ASCEN. ℭ Quem uocet diuum. Cum tantum ſit flagitium in Cæſarẽ ꝓgeniem deorũ cõmiſſum: docte hæſitat quẽ deorum inuocet populus ad placationem obtinendam uenturus tandem quod primum ītendit ad Cæſaris Auguſti laudes: docturuſq; cum potiſſimum deligendum eſſe interceſſorem. Ordo eſt. Quem diuum. i. diuorum īmortalium: ſic æneí. iiii. Vna dolo diuũ ſi fœmina uicta diuorum eſt: populus uocet. i. inuocet: rebus. i. ad res & in ſubleuamen. imperi pro imperii: ruentis. i. labentis & tendẽtis ad ruinaꝫ. Qua ꝑce fatigẽt. idest uſq; ad fatigationem rogitent & ꝑcentur. uirgines ſanctæ. i. ſacratæ ueſtæ ut ſanctimoniales nos dicimus ueſtã. i. deã puritatis per ignẽ ſignificatã: audientẽ minus. i. non exaudientẽ: carmina. i. hymnos & ꝑces carmine conſtantes: ubi annotandum qd̕ Ouidius dicit carmine dii ſuperi placãtur: carmine manes. Cui. ſ. deorum aut hominũ: dabit Iuppiter. i. iuuans pater & ſummus deorum: partes: ideſt munus & officium expiandi. i. purgandi ſcelus. ſ. in Cæſarem cõmiſſum. O Apollo augur qui es augurii & oĩum futurorum peritus: & ita ſciens quomodo & per quem iuppiter placandus ſit: nos precamur ſup. ut tu uenias ſup. in auxiliũ noſtrum: tandem: ideſt poſt longa mala & longam expectationem: amictus humeros: ideſt habens humeros amictos ſeu ueſtitos. nube candenti: ideſt fulgida aut candida: quæ puritatem mentis in homine: in deo autem fauorem ſignificat. Siue tu o Erycina: ideſt uenus in Erycino mõte ꝑcipue culta ridens. ſ. frequenter: unde ab Homero philomides: ideſt amans riſum diciẗ: aut nũc ridens: ideſt beniuola mauis: ideſt magis uis ſup. uenire q̃ ut apollo ueniat. quã ſcilicet uenerẽ erycinam circumuolat iocus & cupido: ideſt filii ſic ab effectu dicti. Siue o auctor generis Romani: ideſt mars: ut recitat in primo & ſtatim in prologo tãgit Liuius auctor dicit ſatiate: ideſt ſaturate ludo: ſcilicet armorum: hoc eſt bello quod marti pro ludo eſt: ludo dicit heu: quæ inter dolentis uox eſt: nimis longo: ideſt nimium durante: quem clamor: ſcilicet bellicus iuuat: ideſt delectat: & quem galeæ leues: ideſt inanes iã cæſis capitibus iuuant & quẽ uultus mauri peditis: acer ideſt ſtrenuitatẽ præ ſe ferens: in hoſtẽ cruentum: ideſt cruore perfuſum ſup. iuuat: reſpicis? ideſt miſeranter aſpicis: genus: ideſt progeniem tuam. neglectum: ſcilicet a te: & nepotes neglectos. ſupple uenias tandem &c.

¶ Augur Apollo: omnium quæ circa nos geruntur: ſolem auctorem eſſe fatentur: & ꝙ diuerſe uirtutes ſolis noĩa diis dederunt. Virtutẽ igiť ſolis quæ diuinationi curationiq́ꝫ p̄eſt, Apullinẽ uocauerunt. Quæ ſermõis auctor eſt Mercurii nomẽ accepit. Auctor eſt Macro. li. i. ſaty. Erycina in Eryſiæ Siciliæ mõte excelſo ueneris tẽplũ locatũ erat: qđ ſingulari ueneratione colebať: antiqtus mulieꝝ frequẽtia refertũ illiꝰ miniſterio dicataꝝ: quas & e ſicilia & externis regionibus multi locarant: Erat & romæ ante portã colinã deæ huiꝰ ædificiũ: qđ ueneris Erycinæ tẽplũ dictitabãt. Cui cũ æde ſacra ĩſignis adiacebat porticus. Auctor ẽ Stra. li. xvi. Meminit ẽt Oui. In faſtis. Ridens: ueneris epitheton eſt: ẽt ab Humero traditũ: dixit. n. ut Porphyrio tradit φιλομμειδης αφροδιτης. i. amans riſum uenꝰ. Iocus: iocũ id accipimus. iqt Fabi. qđ eſt contrariũ ſerio. Nã eſſingeť & terrere & p̄mittere interim iocus ẽ. & Catulus ait. Verboſa gaudet uenus loquella. Cãtus demũ: riſus: & ſaltationes & fiſtule venerẽ comitanť. Cupido: fuit is ueneris martiſq́ꝫ filius: deꝰ amoris a poetis dictꝰ. Eſt autẽ amor uis magna mentis: blanduſq́ꝫ animi calor: qui luxu & ocio nutriť inter læta fortunæ bona. Neglectũ: ad martẽ id attinet: nã paſſus erat romanos ſuos bellis ciuilibꝰ perdi. Reſpicis: dii. n. aſpicientes fauere dñr. Vñ Anchiſes lib. ii. Aenei. ait Iuppiter oĩpotens p̄cibus ſi flecteris ullis Aſpice nos: hoc tm̃: & ſi pietate meremur da: deinde auxiliũ pr: atq́ꝫ hæc oĩa firma. Auctor Mars intelligiť Romuli pater: a quo urbs Roma cõſtructa. Lõgo ludo: lõgis bellis ciuilibꝰ: Martis. n. ludus in p̄liis eſt. Macro. lib. i. ſatur. ſcri. Effectũ ſolis: de quo feruor aĩoꝝ: de quo calor ſanguinis excitatur: Martẽ uocari. Vult. n. martẽ eũdẽ: ac ſoleꝫ eſſe. Iuuat: delectat. Clamor: bellicus. ſ. martis enĩ comites ſunt: bellona: furor: ira: pauor & fama: ut Statius ſcribit. Leues: ſplendentes. Mauri peditis: pro quocũq́ꝫ bellicoſo mauꝝ poſuit. Mauri aũt in lybia ſunt occidentẽ uerſus iuxta quos eſt colũnaꝝ fretũ: qui cũ uberẽ regionẽ habitarent magna tñ ea parte paſturaliter uiuebãt: pugnabãt frequẽtius ab equo haſtati: equis nudis utentes: & iunceis frenis: gerebant et gladios. At pedites elephãtũ pellibꝰ pro clypeis ſe p̄tegebant: leonũ: & pardaliũ: & urſoꝝ pelles induebant: & dormientibus ſternebant. Auctor eſt Stra. lib. xvii.

Augur Apollo.
Siue tu mauis erycina ridens:
Quam iocus circunuolat & cupido.
Siue neglectum genus: & nepotes
Reſpicis auctor.
Heu nimis longo ſatiate ludo:
Quem iuuat clamor: galeæque læues
Acer & mauri peditis cruentum.
Vultus in hoſtem.
Siue mutata iuuenem figura
Ales in terris imitaris almæ
Filius almæ patiens uocari
Cæſaris ultor.
Serus in cælum redeas diuque

ANTO.
Apollo cur Augur me dicuſq́ꝫ
Solis poteſtates
Mercurius ſermonis Auctor
Venus Erycina
Veneris riſus
Aphroditês
Iocus cupido
Amor
Deorum aſpectus
Mars
Martis comites
Mauri

Siue mutata: Ordo eſt: ſiue tu ales. i. Mercu. filius almæ maiæ mutata figura in terris imitaris iuuenẽ patiens uocari Cæſaris ultor. Serus in cælũ &c. Mutata figura cæleſtis. ſ. in humanã. uult. n. poeta Auguſtũ eẽ Mercuriũ. Ales. Mercurii ſimulachra p̄enatis alis adornanť: quæ res monſtrat ſolis uelocitatẽ. Nã q̃ mentis potentẽ Mercuriũ credimus & ſol mundi mens eſt: ſumma autẽ eſt uelocitas mẽtis: ideo p̄enis Mercuriꝰ quaſi ipſa natura ſolis ornať. Auctor eſt Macrob. lib. i. ſaturna. Vult enim eũdẽ eſſe ſolẽ & mercuriũ. In cælum redeas: hoc ait quoniam dixerat eum eſſe mercurium. & mutata figura in terris iuuenem imitari.

Mercuriꝰ cur alatus

¶ Siue tu mauis erycina ridens. Quam iocus circunuolat: & cupido. Poteſt & ridens iocus: & erycina ridens Accipi. i. Home. erycina ridens: ſm illud φιλομμειδης αφροδιτης Siue neglectũ genus: & nepotes. Ad martẽ hoc pertinet quẽ inuidioſe arguit genus ſuũ. i. Romanos neglexiſſe quod paſſus ſit eos bello ciuili uaſtari. Heu nimis longo ſaciate Ludo. pro bello poſuit: hic enĩ uideť ludus eſſe Martis acer & mauri peditis cruẽtum uultus in hoſtem. Mauri pro cuiuſlibet accipe bellicoſe gentis. Speciẽ enĩ pro genere poſuit. Siue mu. iouenẽ figura adu. Auguſto: Mercu. eũ eſſe dicens. Serus in cælũ redeas: ſuauiter optat Augu. ut diu uiuat.

PORPH.

¶ Siue mutata. Venit tandem ad inſtitutum: quo Cæſarem Auguſtuꝫ laudare conſtituit ex eo ꝙ is ſolus deos placere & mala propellere poſſet fungendo: uidelicet officio caduceatoris: ideſt interceſſoris pacis inter deum & romanos: quod quia mercuriale officium eſt. Is enim deorum interpres ac nuncius fingiť. Ideo pulcherrima inuentione rogat: ut uelit uocari romanorum mercurius: ideſt ĩterceſſor: atq́ꝫ ita diutius maneret in terris: egregios ducturus triumphos: pulchre etiam utitur longo contextu: utpote in re graui: atque ubi hæreat: quibus uerbis rem conſequatur: ſignificat enim huiuſmodi inſinuatio quẽdam pudorem ac uerecũdiam ex obſeruãtia natam. Ideo autem dubitare poteſt an uelit induere perſonam mercurii: cũ ſe pro Apolline aliquando geſſerit: quod Suetonius dicit & maro tangit dicens: tuus iam regnat Apollo de Auguſto nimirũ loquens. Eſt ergo ordo Siue o Cæſar Auguſtæ: tu ales: ideſt factus ales: ideſt alatus: mutata figura: ideſt humana in diuinam: aut apollinari in mercurialem: exiſtens filius almæ maiæ: ſcilicet mercurius cuius officio fungens etiam nomen aſſumas: imiteris in terris iuuenem: ſcilicet mercurium ideſt fungaris eius officio in terris quo ipſe fungiť in cælis: & per hoc patiens: ideſt patienter ferens: uocari: ideſt ut uoceris: ultor Cæſaris: redeas: ideſt eas: aut redeas: quia ſenſum a cæleſti demiſſum traximus arce: & quia igneus eſt ollis uigor & cæleſtis origo: ſerus: ideſt non citus: nec cito: in cælum. Poteſt etiam ordo eſſe: qui & magis placet. Siue tu o Cæſar ultor cæſaris: ideſt qui a diis delectus es haud dubie: ut ſis ultor cæſaris (Nã ut Suetonius docet nihil illi cum erat propoſitũ: q̃ ut necem eius ulciſcatur & acta ratificet) patiens uocari filius almæ maiæ exiſtens ales imitaris in terris iuuenem ſcilicet mercurium: redeas ſerus in cælum & interſis diu populo quirini: ideſt romuli: hoc eſt populo romano.

ASCENS.

ANTO. ¶Lætus:innocens & propitius. Quirini.i.Romuli:qui poſtea Quirinus dictus eſt.Vñ legiť li.ii.faſt.Proxima lux uacua eſt:at tertia dicta Quirino:Qui tenet hoc nomẽ Romulus ante fuit.Siue ꝙ aſta Quiris priſcis eſt dicta ſabinis.Bellicus a telo uenit in aſtra deus.Siue ſuo regi nomẽ poſuere Quirites:Seu qa Romāis iunxerať ille cures.Iniquũ acerbũ aſperũ idignātẽ. Ocyor aura:ualde ocys & uelos:eſt.n.cõparatiuũ ꝓpoſitiuo.Virgi.lib.iiii.ait:Vade nate uoca Zephyros:& labere pẽnis. Triũphos.Auguſtus bis ouans īgreſſus ẽ urbẽ poſt philippẽſe:& rurſus poſt ſiculũ.Curules triũphos tris egit Dalmaticũ Actiacũ Alexādrinũ cõtinuo triduo:ut ſcribit Sueto. Pr̃ atq; princeps.Auguſto.n.p̄ris pr̄iæ cognomẽ uniuerſi repentino maximoq; cõſenſu detulerunt.Ipſe aũt p̄catus eſt ſuperos:ut hunc cõſenſum ad ultimũ uitæ finẽ ſibi ꝓferre:liceret auctor eſt Tranqllus.Medos inultos.Parthos ẽt ītelligit a qbus qdẽ.M.Craſſus:& filius eius.P.Craſſus occiſi:de qbus Lucanus ait:umbraq; erraret Craſſus inulta.Eſt āt media duplex:maior & mior.Maioris metropolis ẽ Echatana magna ciuitas:& medicī īperii caput.qa parthi regia utebanť.Nã reges ibi æſtatẽ agebant:frigida.n.ẽ media.Media ipa maior oĩ toti Aſiæ dñata eſt:ut Stra.lib.xi.ſcri.Apia.āt edocet glia belli gerẽdi ælatũ Craſſum ut.ſ.ad indicũ penetraret oceanũ & aurũ parthorũ raperet bellum iniuſte in parthos mouiſſe:cũ eoq; ad.x.milia hoīum iteriiſſe:decẽ milia in poteſtatẽ redacta eſſe.Sueto.uero ſcribit ꝙ parthi Auguſto ẽt armeniā uẽdicāti facile ceſſerũt ſigna militaria.q̃.M.Craſſo &.M.Anto.ademerāt:repoſcenti reddiderunt:obſideſq; inſuper obtulerunt poſtea ſcrib.idem de Tyberio ſic.Recepit & ſigna quæ.Mar.Craſſo ademerat parthi:oſtenditque tunc tribunum militum fuiſſe.

Quirinus — Auguſti triũphos — Pater patriæ — Craſſus — Media — Echatana ciuitas — Craſſus — Parthi — Tiberi

Lætus interſis populo Quirini:
Neue te noſtris uitiis iniquum
Ocyor aura
Tollat.hic magnos potius triumphos:
Hic ames dici pater atque princeps:
Neu ſinas medos equitare inultos
Te duce Cæſar

PORPH. ¶Neue te noſtris uitiis iniquũ ocyor aura bene hæc dicũtur:qa ad Mercu.uideť loqui:qui uolucer deus:ſimul elegāter & illud obliq̃ optat:ut poſt exceſſum Augu.diuus factus recipiať in cælũ. Nr̃is ui.id utruʒ ad bella ciuilia referens ait:an latius ex hoc ītelligitur. Ocyor aura tollat:pro ocius tolla.τσλημαι ωιλλιſι.

ASCEN. ¶Neue.i.uel aura ocyor.i.uẽt⁹ celerior ſicut tolliť mercurius:qui ut dr̃.iiii.ænei.Aeneā medio ſermone reliquit:iniquũ.i.inæqualẽ:& ita īſenſum nr̃is uitiis.q.d.qđ de enoch legiť qui pp peccata hoīum raptus eſt ī paradiſum:& qđ de multis apoſtolus:qbus dignus nõ erat mũdus:Auguſtũ nolle amplius iter ſceleratos conuerſari.Non ergo te tollat:ſed ames potius hic.i.inter nos magnos triũphos.ſ.ducere:& ames hic dici:pater atq; priceps:ſic.n.dict⁹ eſt:hoc eſt pater patriæ. Neu.i.neue:ſinas.i.ꝑmittas:medos:ideſt parthos qui ſigna romanis ablata Auguſto reſtituerunt:eqtare:qa equitando & ſimulādo fugā adoriunť & incautos occidũt:unde Maro fidentemq; fuga parthũ:ne ſinas ergo te duce:ideſt exñte ductore:aut ſub tuo ductu.

¶Argumentum tertiæ Odes:p Mācinellũ.

ANTO. SIc tæ diua &c.Tertia ode Nauim p̄cātur:ut Virgi.finibus atticis icolumẽ reddat.Is.n.Athenas nauigabat:execrať poſtea illũ qui primus ratẽ pelago cõmiſit ſpreto oĩ terrore uentorũ & ſiderum:mariſq; diuerſis piculis gr̃a lucri.Nequicq̃ itaq; dei prudẽtia Oceano terras abſcidit ſi naues īpiæ tranſiliunt uada nõ tāgenda:hoīum deinde audaciā carpit:ruũt.n.ꝑ uetita:hinc ꝓmœtheus fraude ab æthere ignẽ detulit gẽtib⁹:poſt quẽ ſubductũ macies & noua febriũ cohors icubuit terris.Morſq; pri⁹ ſemota & arda corripuit gradũ.Dædalus ẽt pẽnis uolare auſus ultra humanā ſortẽ Herců.iferos petiit.Nil deniq; mortalibus arduũ dicit:nā cælũ quoq; ſtultitia petimus:nec patimur ſcelere nr̃o iouẽ iracũda ponere fulmīa. Sic te diua potẽs cypri.Hæc ode eſt dicolos diſtrophos:primus.n.uerſus glyconicus eſt ex ſpõdeo & duobus dactylis.Secũdus uero Aſclæpiadeus de quo diximus ode pria. Diua potẽs cypri:piphraſis eſt ueneris:eius.n.plura tẽpla in cypro erant de qbus Stra.lib.xiiii.meminit.Eſt aũt ſalutare nauibus ueneris ſidus:hinc ſapho ad phaonẽ ait.Solue ratẽ uenus orta mari mare p̄ſtat eunti.Ma.li.iii.ſat.ſcri.Cypri eẽ ueneris ſignũ barbarum corpe ſed ueſte muliebri cũ ſceptro ac ſtatura uiri putātq; eũdẽ marẽ ac fœminā eẽ.Flor⁹ ſcribit cyprũ ueteribus diuitiis abũdātẽ:& ob hoc ueneri ſacrā.Lactā.āt ſcri.li.i.c.xyii.ꝙ uer⁹ ut ī hiſtoria ſacra cõtineť.pria artẽ meretriciā īſtituit auctorq; mľierib⁹ i cypro fuit:uti uulgo corpoꝝ q̃ſtũ facerẽt.qđ iccirco īpauit:ne ſola præter alias mulieres impudica & appetens uirorũ uidereť.Vtq; Iuſtinus li.yiii.ſcribit:mos erat cypriis uirgines ante nuptias ſtatutis diebus dotaleʒ pecuniā quæſituras in quæſtũ ad littus maris mittere pro reliqua pudicitia libamenta ueneri ſoluturas. Fratres helenæ lucida ſydera.Caſtorẽ & pollucẽ deos in mari iuocāt ut ẽt Pli.lib.ii.meminit.Neptunus ut ſcribit hygin⁹ caſtori & polluci dedit ꝑtātẽ naufragis ſaluti eẽ.eorũq; ſydera alternis luceť aiũt. Alteri⁹ uero ſidus hẽt ſtellas.yiii.Alterius.x. Videto tñ latius.ode.xii.

Tertia Ode dicolos diſtrophos ad Nauim

SIC TE diua potens cypri
Sic fratres helenæ lucida ſydera

Glycõicus uerſus — Cypria uenus — Cyprus — Caſtor pollux — Aeolus

PORPH. SIc te diua potens Cypri.Ad Nauẽ logť.qua Vir.Athenas petierat. Adorās eā:ut eũ icolumẽ ꝑferat. Sic fra.he.lu.ſy.αχιμα εφεξιστε qa frẽs helenæ lucida ſydera ſũt.Cõſtat āt hodie iter nautas caſtoris & pollucis ſtellas plærũq; nauib⁹ īfeſtas eẽ.Iapix a uẽtoſa regiõe uñ ſtat dr̃ q̃ nũc apulia appellať:dič ergo optie hoc uẽto ex italia athẽas nauigari:& iccirco optat ne ali⁹ flet q̃ īpe nauigāti Vir.

ASCEN. SIc te diua &c.Tertia ode licet ad ordinẽ forte nõ reſpexerit poeta:cõgrue ſcribere in gratiā & cõmendationẽ Virgi.Nam quum prima ode & Mecœnatem & ſe(ut diximus)cõmendauit.Secunda Auguſtum principem:conſequens eſt ut in tertia amici ſummi rationem habeat.Is autẽ erat

ci Virgilius

ei Virgilius & propter ſtudiorum morumq; cõformitatẽ:& propter cõtubernalẽ neceſſitudinẽ:unde de eo dicit i ſermonibus Plotius & uarius ſinueſſe Vergiliuſq; Occurreret:animæ quales neq; cãdidiores Terra tulit:neq; quis me ſit deuinctior alter.O q cõplexus & gaudia quãta fuerit:Nil ego iucũdo cõferrem ſanus amico. Vnde hic bona precatione utitur i eius ſalutẽ: alloquens:ut Mãcinel.ſatis ꝓſequitur nauem quæ Vergiliũ in atticam tranſuehẽdũ ſuſceperat. Cæterum licet fabulæ & hiſtoriæ a Mãcinello diligenter enarrãtur: tamẽ multa ad uenuſtatẽ uocabuloꝝ pertinẽtia in aliuz locum recepit.Nõ eni omnia uno loco explicanda ſũt.Eſt autẽ particula ſic aptiſſima præcãtibus.ut in Bucolicis.Sic tibi cũ fluctus ſupter labere ſicanos Doris amara ſuam nõ intermiſceat undã uerum:ut ordinẽ cõtexam hic eſt.O nauis quæ debes finibus atticis Vergiliũ creditum tibi.i. tuæ fidei.i.quæ ea conditione eoque pacto recepiſti.ut eũ reddas finibus atticis: ego precor:ut reddas eum finibus atticis incolumen eũ(dicit per appoſitionẽ) dimidiũ animæ meæ.Sic ſup.precor ut quẽadmodũ eũ reddas:regat.i.dirigat & gubernet te:diua.ſ. uen⁹.potẽs cypri.i. dea & regina i cypro & frates helenæ:ſcilicet caſtor:& pollux:appoſitorie lucida ſidera.i.qui tranſlati ſunt i ſidera: uidelicet i geminos quæ ſidera dũ lucida & bina apparẽt bonũ credũtur.& nautis & militib⁹ portẽdere.& ſic regat te pr̃ uẽtoꝝ.ſ.æolus ſed attẽde ubi ab æolo exigiẽ uẽ toꝝ ipiũ:i alicui⁹ ꝑtitiẽ ipm uẽtoꝝ regẽ dicit ut.i.æneĩ.ubi uero amica retẽtio patrẽ:ut hoc loco.Eſt.n. pr̃ charitatis & bẽiuolẽtiæ nomẽ.Regat dico te aliis ſup.uẽtis obſtrictis.i.occluſis i carcerib⁹uẽtoꝝ:ꝑter iapiga ſup.uẽtũ ſtãtẽ ab appulia & ita ꝓficiſcẽtib⁹ illinc athenas a tergo.quo circa ſecũdã facit nauigationẽ.Norit ergo pueri pulchre dictũ:q tibi creditũ debes:qñ nauis ſit depoſitoria q depoſito ſuſceperit uergiliũ:Finib⁹ ãt.i. oris:qa attica regio termiaẽ mari.Incolumẽ a nõ incolumis:nec repiẽ ſecundæ iflex iõis:ut Ipitiores ꝑcipiunt:nec ſcribiẽ p en ut ipiſſimi etiã faciũt. decepti qa columen columinis reperiunt.Serues norint etiam latinis in uſu nõ eſſe ſaluo uerbũ:ſed ſeruo & conſeruo.

Ventorumque regat pater.
Obſtrictis aliis præter iapiga
Nauis:quæ tibi creditum
Debes uergilium finibus atticis
Reddas incolumen præcor:
Et ſerues animæ dimidium meæ
Illi robur & æs triplex
Circa pectus erat:qui fragilem truci
Commiſſit pelago ratem
Primus:nec tibuit præcipitem aphricum
Decertantem aquilonibus:
Nec triſtes hyadas:nec rabiem noti

℄ Ventorum pater.i.rex æolus qui in inſtrõgyle æoliarũ una regnauit. Cuius fumo qui non flaturi eſſent uẽti in triduũ ꝓdicere incolæ dicebantur. Vñ æolo uentos paruiſſe exiſtimatũ. Auctor eſt Pli.li.iii.Et nos in Iuue.plura de æolo:pro qui dẽ apud nos iterpretaẽ uarius & doloſus.Dio.li.y.ſcribit q æolus uelis uti nautas docuit & obſeruatione ignis qui uenti futuri eſſent ꝓdicebant. Vñ & illũ fabulæ uẽtorũ potentẽ dixere ob eximiãq; ei⁹ ꝑtãtẽ deorũ amicus & noiatus. Iapiga. Iapigia quã & meſſapiã græci uocant regio ẽ iũcta calabriæ & ſalentinis ut ſcribit ſtrabo li.yi.dicta aũt ab iapige dæli filio.Iapix uero uentus eſt ex apuliæ ora ꝓficiſcens quẽ eundẽ taurũ Gelius lib.ii.extimat:nam & eſt occidẽtalis.Eſt autẽ utilis græciam petẽtib⁹ ex italia.Aiæ dimidiũ meæ. Amicus.n.eſt alius ipſe & æqualis æqualẽ delectat:ui habeẽ in æthicis. Illi robur.Illi execraẽ qui primus ratẽ cõmiſit pelago oĩ ſpreto terrore gr̃a lucri: Robur durities igens aĩ. Aes triplex.Maxima æris & pecuniæ cupiditas. Vñ ꝓpertius lib.iii.de peti naufragio ait.Ergo ſolicite tu cã pecuniia uitæ.Es per te imaturũ mortis adimus iter.Natura inſidians pontum ſubſtrauit auaris. Vt tibi ſuccedat uix ſemel eſſe põt. Vel potius æs triplex.i.circa cor itrepidum multiplex æs &c.Qui prios.Naui ut dixius in græciã ex ægypto Danaus prius inuexit,ante ratibus nauigabaẽ iuẽtis in mari rubro inter inſulas ab rege erythra.longa naui iaſonẽ primũ nauigaſſe philoſtephanus auctor eſt ut ſcrib.Pli.yii.Diod.uero li.yi.ait.Neptũnũ ſcdm cretenſes primũ nauigãdi arte iuẽta claſſem iſtituiſſe eiuſq; præfectũ eẽ a ſaturno factũ:qua pp traditũ eſt poſterius neptũnũ iperaſſe mari:ſacraq; ei ab nauigãtib⁹ facta. Addũt & neptũnũ equos primũ domuiſſe:artemq; equitãdi ab illo traditã ex quo hippius ſit appellatus. Aphricum de hoc uento ſupius uideto.Hyadas.ſcribit hyginus in tauri capite ſeptẽ eſſe ſtellas quæ hyades nũcupanẽ.hiades aũt uti inqt tyro Ciceronis libert⁹ab hyo.i.pluo:nã & quũ oriunẽ quũ occidunt tẽpeſtates pluuias largoſq; imbres ciẽt:ut Gellius li.xiii.edocet.Rabiẽ noti:ab meridie auſter qui notus diciẽ uenit. Eſt autẽ hũidus νοτὶς eni humiditas humorq; diciẽ. Eſt etiã notus æſtuoſus:nã auſtro maiores fluct⁹edũtur q aqlõe qm ille iſern⁹ex imo maris ſpirat hic ſũmo:noctu auſter:iterdiu aqlo uehemẽtior:ut ſcri.pl.li.ii.

ANTO. Iapigia Meſſapia Pecunia Nauis Neptunus cur maris deus Hippius Hyadas Auſter Notus Aquilo PORPH.

℄ Quæ tibi cre.de.uir. Ambiguũ utrũ debes finib⁹ atticis an finib⁹ atticis reddas accipiẽdũ ſit. Et ſues aiæ di.meæ.Suauiter hoc dictũ ſm illã amicitiæ diffinitionẽ q plurimũ utũẽ.μια ψυχη εν δυο σωμασιν. Illi ro. & æs triplex circa pe.erat.execraẽ eũ q prius auſus ſit nauigare.dicitq; eũ duriſſimo corde ac pectore fuiſſe: q tãta picl'a nõ timuerit:hẽt ãt hic qdã Homericũ χαλκεον δ' εμοι ητορ.i.ferreũ pect⁹. Nec ra.noti:Quo nõ arbiter adriæ maior. Arbitriũ p rectore poſuit.Signãt ãt in adriatico ſinu nemĩnẽ magis noto ſæuire:per qd uẽ dominationẽ exercere:uel ad extollendos fluctus cũ ſæuit.uel ad placandos cum flare deſinit.

℄ Illi robur.Quia plimũ amico timet:pgrediẽ i deteſtationẽ temeritatis ei⁹q prius nauigauit dicẽs. Robur.i.robuſtitas & durities:& triplex æs.i.maxia cupido ęris:erat illi circa pect⁹.i.i ꝓcordiis hoc ẽ mltũ cupidus erat q uoluit & multũ robuſtus & durus q auſus eſt prius nauigare. Bñ aũt dicit circa pectus:qa ut dicit ſaluator ubi theſaurus tuus illic & cor tuũ:habuit ergo æs circa pectus:qa pectus.i. cor i ære.i.pecuniæ acquiſitiõe.Poſſet ẽt iterpṫrari ſic:triplex æs.i.maxia armatura hoc ẽ maxia cõfidẽtia:erat illi circa pect⁹:q prius ASCENS.

nullo.ſ. facto piculo cõmiſit.i. credidit:ut i eu. Teré.oué lupo cõmiſiſti pelago.i. mari : truci.i. truculéto & imiti:nulli.n.tẽpeſtas parcit.uñ mõſtrũ uocatur a palinuro i fine.y.æneí.ratẽ.i.cõnexioné trabiũ : qa nõdũ nauis extructa erat fragilẽ.i.cito diſſolubiĩẽ:nec timuit aphricũ.ſ. uẽtũ ꝑcelloſum:decertãtẽ.i.colluctantẽ: aquilonibus.i. cũ illis uẽtis uehemẽtibus:nec timuit hyadas.i.pluuiales ſtellas:triſtes.i.nociuas mari & terris:nec rabiẽ noti.ſ. uẽti q & auſter dr:quo uẽto:nõ eſt maior arbiter adriæ.i.q magis ex arbitrio regat adriã ideſt mare adrianũ ſeu adriaticũ:ſeu.i. ſiue uult ponere.i.ſedare.ſeu tollere.i.excitare freta.i.maria feruẽtia.

**ANTO.** ℂ Quo nõ:ordo ẽ: Quo noto nõ maior arbiter adriæ &c. Arbiter adriæ.i.dominus adriaci maris. dñatur.n.uel ad extollendos fluctus quum ſæuit ul' ad placãdos:quũ flare deſinit. Arbiter dicit cui plena ptãs eſt. Auctore.n. feſto Arbiter dicit iudex qui totius rei hẽt arbitriũ & facultatẽ.

**Arbiter**

**Mors uaria**

Mortis gradũ:uarie.n.mortes hoĩb⁹ accidunt ut paſſim uidet Gelli.li.xii.& Macro.li.i.de ſom. ſcribũt:Mortẽ eſſe& natura & fato:aut ex caſu & uiolẽtia extrinſecus illatam. Naturalis ſeu fatalis mors dr ubi corpus aĩam:nõ aĩa corpus relinqt. Cõſtat.n.nũeroꝝ certã cõſtitutãq; rõnem aĩas ſociare corpib⁹.ii numeri dum ſupſunt:perſeuerat corpus aĩari quũ uero deficiunt:mox arcana illa uis ſoluit:q ſocietas ipſa cõſtabat:Impletis itaq; numeris corpus fatiſcit. Cũ iã nõ poſſit aĩari. Mõſtra natãtia. Pli.li.ix. ſcribit ueꝝ eẽqcqd naſcit in pte naturæ:ulla.& in mari eẽ.de his aũt latinis dixius in Iuue. Acroceraunia.ii mõtes ſunt altiſſimi a qb⁹ epiros icipit ut Pli.ſcri. Dñr ãt ab ακρορ qd' eſt ſũmitas extremitaſue & κεραυνος fulmẽ.qa coꝝ ſũmitas fulminib⁹ ĩfeſtatur dñr quoq; ceraunia. Luc.li.iiii.ſcopuloſa ceraunia nautæ ſũma timẽt. Infames ſcopulos: ppterea ĩfames qa ſcopuli ſunt nauib⁹ ĩfeſti:uel ĩfames pp Acrocerauĩa dixit.qa fulminib⁹ ĩfeſtat. Necqcq̃. diſcreuerat de⁹ ab oceano terras quo tutius uiuerẽt hoĩes illoꝝ tñ audacia mare ẽt intrat:fruſtra igit facta eſt ab elemẽto diuiſo. Nõ tãgẽda piculoſa.ppertius itẽ li.iii.ait de peti naufragio. Ite rates curuæ & læti quoq; texite cãs. Iſta per humanas mors uenit acta manus. Terra paꝝ fuerat:fatis adiecimos undas. Fortunæ miſeras auximus arte uias. At tu ſæue aqlo nunq̃ mea uela uidebis. Ante fores domine condar oportet iners.

> Q uo non arbiter: adriæ:
> Maior ponere ſeu tollere uult freta:
> Q uem mortis timuit.gradum?
> Q ui ſiccis oculis monſtra natantia:
> Q ui uidit mare turbidum:&
> Infames ſcopulos acroceraunia?
> Nec quicq̃ deus abſcidit
> Prudens oceano diſſociabili
> Terras:ſi tamen impiæ
> Non tangenda rates tranſiliunt uada:

**Maris mõſtra**

**Acroceraunia**

**Nauigatũ**

**PORPH.** ℂ Quem mortis timuit gradũ. Qui ſiccis ocu.mon.natan. Quã mortẽ inqt abhorrere põt.qui mõſtra maris & aſprima ſaxa ſine lachrymis uidere potuit. Infames ſco.ait ꝓpter atrocitatẽ naufragioꝝ q̃ tibi multi patiunt Ceraunia:mõtes ſunt epiri. Neqcq̃ de⁹ abſcidit prudẽs oceano diſſocia.ter. Proſpexerat inqt natura hoĩbus:ut terræ:qbus ſine piculo utimur:a mari diſcernerent:ſed hoc fruſtra:cũ iã audeat humana temeritas etiam mari ſe committere. Audax iapeti genus prometheum ſignat de quo nota fabula:ideſt ignẽ eum furtim a cælo hominibus attuliſſe & inuexiſſe terris multas calamitates.

**ASCEN.** ℂ Quẽ gradũ mortis timuit.q.d.nullũ is:ſup.q uidit oculis ſiccis.i.nõ lachrymãtib⁹: mõſtra.ſ.marina natãtia & mare turbidũ.i.turbatũ & cõmotũ:& uidit acroceraunia.i.mõtes illos epiri aſſidue fulminatos:appoſitorie ſcopulos iſames.ſ.nũc pp frequẽtia naufragia poſtmodũ illic facta. Neqcq̃ deus &c. Ex temeritate nauigãdi ꝓgredit ad reliquos hoĩum auſus temerarios. Nõ.n.cõtẽti ſunt graſſari p terras:qa de⁹ terrã dedit filiis hoĩum:ueꝝ & maria trãſiliũt:nec illis cõtẽti Dædalus cũ filio aera tẽtauit uolãdo:& prometheus ignẽ ſurripiẽdo:ſed neq; his elemẽtis cõtẽti hercules ĩfernũ ſpoliauit & nos cælũ ipm petimus ſtultitia:qa temerario auſu gigãtes iouẽ e cælo ꝓpellere conati ſunt:uñ petere fere in malã pte accipit:& pp hos auſus ĩmiſſe ſunt mortalib⁹ uariæ peſtes:& phiſica rõne & anagogica. Phiſica qdẽ rõne:qa poſtq̃ igne cœpta eſt fieri uaria decoctio cœperũt & morbi. Anagogica aũt qa deus iratus peccatis nr̃is uarias demittit pœnas. Quicqd eni patimur peccata nr̃a meruerũt:& qa p nr̃m ſcelus nõ patimur iracũda iouẽ ponere fulmina:iõ tacite monet ſi uolumus hr̃e finẽ maloꝝ:iponam⁹ & modũ culpæ:uñ mala ꝓueniũt:atq; ita plurimũ reipu.conducit cohortãs ad bonos mores. Fabulã pmœthei lati⁹ pſeqt Lãdinus q̃ Mãcinellus:uñ qa ſæpe occurrit:uolui cã his annexa:dicit ergo ſic. Fuit pmœthẽ⁹ fili⁹ iapeti regis Theſſaliæ ex Aſia puella:a qua tertia orbis pars Aſia noĩata eſt. Hũc dicũt auxilio mineruæ cælũ aſcẽdiſſe:& ferula ad currũ ſolis appoſita ignẽ ſubripuiſſe : & in terras detuliſſe:& ſimulacꝝ:qd ex limo finxerat:illo aĩaſſe. Hic Oui.de terra loquẽs. Quã ſat⁹ iapeto mixtã fluuialib⁹ undis. Finxit i effigiẽ moderãtũ cũcta deoꝝ:uolũt ãt nõnulli huic hoĩ ſic formato pãdorã nomẽ fuiſſe. At Heſiodus fuiſſe pãdorã nomẽ puellæ q̃ deoꝝ dona portauit:de qua paulo ĩfra,irat igit dii pp huiuſcemodi furtũ promœtheũ p Mercuriũ in caucaſo mõte ut ei⁹ iecur ab aqla ſiue uulture corroderet:deligãdũ curarũt. Hoc fabulæ. Ex hyſtoria ãt referũt hũc relicto fri epimetheo regno ĩ aſſyriã abiiſſe: chaldæorũq; diſciplinã didiciſſe. Sz poſt hæc ĩ caucaſi uertice diu morat⁹ pp libeꝝ cæli pſpectũ:aſtroꝝ curſus obſuate potuit. Et cũ fulminũ rerũq; pluriaꝝ naturã cãſq; cognouiſſet:ad aſſyrios reuerſus illos aſtrologiã & fulminũ ui docuit:& quos oĩno ignorabãt ciuilib⁹ morib⁹ iſtituit. Quæ res occaſionẽ fablæ pbuit:ut hoĩez ex luto cõpoſitũ uiuificauerit nec aliud ſibi uult:q eius iecur ab aqla corroderet:niſi ut notẽt diurnæ curæ circa res altas cõtẽplãdas. Vir oĩno ĩſignis ab Aug.habet. Vixitq; regnãte argo. Lactã.ſcri.illũ primũ e terra humanũ ſimulacrũ finxiſſe. Pli.primũ ex ſilice ignẽ excudiſſe & ferula ſeruãdũ docuiſſe. Addũt ꝑterea deos pãdorã cũ uaſe miſiſſe:in quo incluſi eſſent oẽs morbi: ſed illud Prometheus fraudẽ ꝓuidens nõ recepit. Subdola

dola

dola autē puella iterū abſente ꝓmetheo rediit:fratriq; Epimetheo obtulit. Accepit ſtultus apuitq; uñ oēs ſtatí morbi euolarunt p̄ter ſpem:quæ fundo uaſis adhæſit. Quod icciTco fingiť:qa nullū q̄uis in extrema miſeria cōſtitut⁹ ſit:unq̄ deſerit ſpes. Lōgaq; īter doctos uiros diſputatio fuit:mali plus an boni mortalib⁹: ſpes afferat:uñ illi nomē Epimethe⁹.i.cui cōſiliū nō niſi poſt rē fuerit:nā prometheus eū ſignificat:q ante rē bene cōſulere poſſit. Hæc ille. Ordo aūt eſt. Deus prudens.i.q̄uis prudens.i.prouidens & æterna ꝓuidentia cūcta ꝓgnoſcens:abſcidit.i.diſſecuit & ſegregauit nequicq̄.i. fruſtra:terras: qa & aridā fecerunt manus ei⁹: & Gene.i.dixit deus congregētur aquæ quæ ſub cœlo ſunt ī locū unū & appareat arida. Quæ ideo cito nō q̄ ea:uiderit poeta:ſed ut oſtēdam poetica ſæpe cum ſanctis litteris cōuenire. Quæras autē ſi deus prudens quō nequicq̄ aridam fecerit. At ego rurſus:ſi prudens qūo dixerit pœnitet me feciſſe hoiem. Sed certum eſt deū & naturā nihil facere fruſtra:nec omnipotentē & oīa ꝓuidentē quauis duci pœnitentia:uerū qui ſciuit hois tranſgreſſionem:non minus uetuit quia ſ̄m Auguſtinū tam potens eſt ut malo noſtro utať ad bonū. Abſcidit ergo nequicq̄ quo ad effectū:quia nihilominus tranſiluerunt mortales ſed nō nequicq̄ quantū ad doctrinā:per hoc.n.docuit nos non debere tranſilire:noluit tamen cogere arbitrium ut iuſta ſit in trāſgreſſores animaduerſio. Tūc aūt pœnitentia duci diciť qñ nos meruimus ut ducať:ſicut & iraſci:ſed hæc theologis relinquamus. Abſcidit ergo oceano.i.magno mari:orbē terrarū circūdante:diſſociabili.i.qd̄ diſſociabile fecit:cum naturaliter terræ cohereat & ſuperficiem eius perfundat Si tamē.i.ſi nihilominus:rates.i.naues aut reuera rates:impiæ.i.contra inſtitutum diuinum facientes amore lucri:tranſiliunt.i.temerarie ſine cunctatione traducuntur uada.ſ.marina:non tangenda.i.quæ non debuerant a terrigenis tangi.

Audax omnia perpeti
Gens humana ruit per uetitum nefas
Audax iapeti genus
Ignem fraude mala gentibus intulit.
Poſt ignem æthera domo
Subductum macies & noua febrium
Terris incubuit cohors
Sæmotiq; prius tarda neceſſitas
Læti corripuit gradum.
Expertus uacuum Dædalus aera
Pennis non homini datis.
Perrupit acheronta herculeus labor
Nil mortalibus arduum eſt
Cælum ipſum petimus ſtultitia:neq;
Per noſtrum patimur ſcælus
Iracunda Iouem ponere fulmina

℃ Audax oīa perpeti hominum audaciam carpit ruunt.n.per uetita lucri cauſa. Iapeti genus piphraſis eſt Promœthei. Nam quū Iuppiter iratus quidē mortalibus ignē eripuiſſet ꝓmœtheus reſtituiſſe cogitans cæteris remotis deuēit ad Iouis ignē:quo diminuto & īferulā coniecto hoies poſtea uſi ſunt de quibus hæc & plura hyginus. Re autē uera promœtheus docuit ignē ferula aſſeruare.ut Pli.ſcri.lib.yiii.& Diodorus lib.yi.ait. Ex Iapeto ꝓmetheū natum quem nonnulli tradunt ignē ab diis furto ſublatū hoibus dediſſe. Prius tarda:longius.n.antea uiuebant hoies Corripuit accelerauit propter maciem uidelicet & morbos quod aūt Hora.ſcri.heſiodi eſt. Dædalus.is a paſiphae abſcōditus quū nauibus nullo modo euadere minois irā poſſet ſibi ac ſilio icaro fabricauit alas. De quo qdā multa Diodo.lib.yi. Et naſo lib.ii.de arte. Eos aūt uolaſſe fictū eſt. Nam teſte Pli.lib.yii. Vela icarus.malū & antenā Dædalus inuenit. At diodorus li.yi.ſcri.æolū docuiſſe nautas uelis uti. Acherōta &c.eſt acherō fluui⁹ in calabria intus in peninſula quadā iuxta cōſentiam: a quo oppidani acherontini:ut Pli.li.iii.ſcri.poetæ inferorū fluuium eſſe dicunt:cœno turbiduz & æſtuātē:& in Cocytū arenā eructātē.quæ flumina chaton horrēdus portior terribili ſquallore ſeruat.cōto cymbā ſubigēs:qua mortuorū aias in alterā ripā trāſfert.qua ēt Theſeū:& pithoū poſtea herculē:uiuos q dē trāſtulit territus. Stra.li.yiii.ſcri.q acherō amnis fluens ꝓpe pylū urbē achaiæ alpheū ītrat: Acherontiq; pp īferorū ꝓprietatē īditū eſt uocabulū:qm̄ ea in hora cereris & ꝓſerpinæ ac plutonis tēpla magno ī honore ſunt. Herculeus labor:herculi.n.ab Euryſtheo p̄ceptū eſt:uç ab īferis cerberū ad ſupos æduceret. Ybi theſea ex uinculis cū pithoo ſolutū fauēte ſorore ꝓſerpina ſupis reſtituit. Cerberū īſup uictū ad hoium conſpectū deduxit:auctor eſt Diodo.lib.yi. Et Verg.li.yi.ait. Tartareū ille manu cuſtodē in uincla petiuit Ipſius a ſolio regis.traxitq; tremētē. Libro āt.y.Iliados homerus ſcri.herculē tūc plutonē ēt uulneraſſe in humero: quē & mactaſſet:ſi dii necē paterenť. Arduū difficilē. Cælū ipſum petimus.qd̄ qdem deorum eſt domicilū. alluſit autem ad tytanas qui montibus ſuppoſitis cælum aſcendere uoluere.ſed fulmine icti ſunt:De gigantibus etiam Macrobi.loquitur. Et Diodo.lib.primo. Petimus:appetimus.

ANTO.
Promœthei ignis
Dædalus
Icarus
æolus
Acheron
Cerberus
Hercules

℃ Poſt ignem æthera domo ſubductum. Heſiodus ait. Cum ignis e cælo furto promethei ſubductus eſſet pandoram īmiſſam terris pœnæ cauſa. Nam per eam mulierem patefacto dolio erupiſſe omnium peſtium genera quibus homines laborarent ſecundum eam opinionem hæc dicuntur. PORPH.

℃ Gens humana audax perpeti:ideſt ad finem uſq; pati:omnia.ſ.dura & uetita ruit per nephas uetituz ſcilicet a deo & lege humana. Genus.i.ꝓgenies:hoc eſt filius Iapeti.ſ.promœtheus:audax.i.temerarius:ītulit gētibus:ideſt ad gentes:ignem.ſ.æthereū:fraude mala.i.nociua mortalibus:qa poſt ignem ſubductuz.i.furto ſubtractū:domo æthera.i.ſphera elementari ignis aut currū ſolis ſeu Iouis:ut fingiť:macies & noua.i.non prius uiſa cohors.i.multitudo q̄ſi ut cohorſ cōtra nos armata.febriū.i.uariorū morborū:īcubuit.i.ut incubatrix & alienæ regiōis occupatrix īſiluit:terris.i.īterrigenas.neceſſitas tarda.i.q̄ tarda tūc fuit leti.i.mortis ASCENS.

prius ſemoti.i.longe poſiti ab hoīe:quia hoīes prius q̃ naturá per uariam decoctionem obruerūt diu uixerāt: corripuit.i. celeriter arripuit:gradum.i.iter aut igreſſum ad hoīes Dædalus faber ille athenienſis:expertus eſt ideſt tentauit uolando:aerē uacuū.ſ. hoīe.i. per quē nemo ante uoluerat:pēnis.i. alis nō datis.i.non cōceſſis a deo & natura:homini:q̄ homo ad laborē:auis ad uolatū naſcitur. Labor Herculeus.i. hercules laborioſus perrupit.i.ui fregit & adiit acheronta.i. fluuiū illum īfernalem:quē tráſgreſſus cerberū ad lucem traxit:Nil arduū ideſt ſatis difficile eſt & inacceſſibile:mortalibus.i. hominibus:qui q̄uis mortales ſunt oīa attentant & conantur.Nos petimus.i. inuadere conamur:ſtultitia.i.temetario auſu:ſicut gigantes in fabulis:& babilonii in uera hiſtoria: cælum ipſum ſcilicet quo nihil altius:neq; magis inacceſſibile:deorū uidelicet regnum:ad quod nemo poteſt uenire:niſi pater cæleſtis traxerit illum:eſt ergo emphaſis in pronomine ipſum.Neq;.i. & non:patimur per.i.propter noſtrum ſcelus:Iouem.i. deum ſummum: ponere.i.deponere: fulmina iracundia.i. quæ ſunt indicia iracundiæ.Habet aūt Iuppiter pro tælo:fulmen triſulcum:triplicem eius poteſtatem ſignificans. Eſtq; eius proprium tonare unde theutones diem Iouis diem tonantis uocant: & fulminare:unde pallas non ſum ſed Iouis ignem iaculata dicitur æneí.i.ipſa iouis rapidū iaculata e nubibus ignem. Vulcanus autem dicitur fabricare Ioui fulmina quod fingitur: quia Iuppiter mediam regionē aeris ſignificat:in qua tales(ut dicūt)impreſſiōes generātur pallas:ſummū. Vulcanus infimū:imo in antris ſulphureis incluſum:qui nimirū fulmini materiam ſufficit.Pulchre autem quod Iouis eēt fulminibus dedit dicens fulmina iracūda:quaſi Iouis iracundi:ut Landinus interpretatur pro eo quod irati. Nam iracundus is dicitur qui natura ad irā procliuis eſt:etiam ſi tunc non moueatur ira.Iratus autem is eſt qui aliqua cauſa ira percitus eſt:etiam ſi natura non ſit iracundus.Quæ elegantie ueræ quidem ſunt ſed non ab re uidetur dixiſſe poeta fulmina iracunda:ſunt enim Ioui duplicia fulmina:quædam naturalia:q̄ amica ſunt & aerē purgant:quædam uero ad ultionē parata:unde ænei.i.Et fulmine terres. Et eiuſdē lib.iiii.Iuppiter oipotens & paulo poſt:ante genitor quum fulmina torques.Nequiq̄ horremus.cæciq; in nubib⁹ ignes Terrificāt aīos & inania murmura muſcēt &c. Vt ergo diſcrimē ponat fulminū:dixit iracūda & id potius q̄ irata.Quia.n. ut ariſtoteles docet:cōſuetudo eſt altera natura uident̄ p fantaſiā quādā ipſa fulmina ex multa cōſuetudine per irā torquēdi iracūda effecta.Quinadeo diuus Auguſtinus argutiſſime docet hoīem per cōſuetudinē lōgā peccādi reddi imbecilliorē ad reſiſtēdū.Nā fellis aut bilis agitatio frequens reddit ipſum auctius:qd̓ quo maius eſt:eo magis ad irā ꝓcliue eſt: & frequēs in coitu iecoris exulceratio & prurigo:reddit ipſum ad uenerē pronius quod de cæteris quoq; affectionibus demonſtrari poteſt:ſed nos ſatis:ſupq; philoſophati ſumus.

¶ Argumentum Odes quartæ.

ANTO. QVarta ode Seſtiū uiꝝ cōſularē ad uoluptatē hortat̄ dicit.n.ueris aduentu & fauonii hyemem cedere: naueſque equor repetere nauigādi grā: pecora exire ſtabulis:prata carere pruinis. Venerē iminēte luna nymphaꝝ gratiarūq; choꝝ ducere illaſq; ſimul ludere:dū Vulcanus in antro cyclopas fatigat.Nunc itaq; ait decere myrto uel floribus ornare caput:faunoq;:& ruricolis diis honorē ꝑbere:uel agna: uel hædis.Mors.n.æque paupeꝝ & diuitū domos adit:uitæq; breuitas ꝓhibet nos diu ſperare.Quo circa inferos ſubiens:ibi cōuiuiis uacare nō poterit:nec teneꝝ lycidam pueꝝ ſuū mirabit̄.

Quarta Ode dicolos diſtrophos ad Seſtiū.

SOluitur acris hyems grata uice ueris & fauoni
Trahuntq; ſiccas machinæ carinas.

Phaletius uerſus / Archilochi⁹ uerſus — Soluit̄ acris hyems: Ode eſt dicolos diſtrophos. Conſtat.n.uerſu phaletio ſiue archilochio:ſit primus ex quatuor pedibus heroicis:& tribus trocheis. Quartus aūt pes Dactylus eſt ſemp finiens partem orationis more bucolic:uerſus ſecundus uero hendecaſyllabus eſt:cōſtans ex duobus iābis:ſed ſpondeo frequentius & iambo:pentimetiq; & tribus trocheis. Soluit̄ reſoluitur:molleſcit:laxat̄:nā prius aſtricta fuerat:frigoꝝ cā. Vnde & Virgi.lib.ii. georgi.de uere ait Zephyriq; tepētibus auris:laxant arua ſinus. Grata uice: oīum reꝝ uiciſſitudo eſt ait comicus. Ver aūt hyemi ſuccedens eſt gratiſſimū.Nam hyems humida pariter & frigida eſt. Ver aūt calidū & humectū:Aeſtas ſicca & calida. Autūnus ſiccus & frigidus.ut Macro.lib.yii.ſcribit. Veris & fauoni:pro fauonii. Ver autē incipit ſm̄ Varro.lib.i.de re ruſti.yii.idus Februarii:quo ēt die:ut Columella refert:fauonius ſpirare incipit. Et teſte Pli.lib.ii.græce Zephyrus dicit̄:qui ab occaſu æquinoctiali ſtat:tepidus qdē & ſiccus aperiens terras:tenui frigore ſaluber:de quo ēt Latius li.xyiii.tractauit. Trahunt in mare.ſ.nauigandi gratia fugata hyeme. Machinæ:machina dicitur conatus:cogitatio:inuētio:μαχανομαι excogito machinor. Carinas eſt carina pars ultima nauis. Ouidius lib.iiii.de ponto.Dum mea puppis erat ualida fundata carina.Qui mecum uelles currere primus eras.

Hyems / Ver / Aeſtas / Autūnus / uere initiū Fauonius / Zephyrus / Machina / Carina

PORPH. SOluit̄ acris hyems grata uice ueris & fauoni.Hæc ode ad.P.Sextio cōſularē ſcribit̄:quaſi deſcribens uerni tēporis gratiā cohortat̄ ad lætiorē indulgentiorēq; uitā admonens mortē æqualiter oībus iminere. Grata uice ueris & fauoni.Fauonium uētum qui Zephyrus græce appellatur: ueris tempore incipete flare Virgi.teſtis eſt:qui ſic ait. Vere nouo gelidus canis cum montibus humor Liquitur: & zephyro putris ſe gleba reſoluit.

ASCEN. SOluitur acris hyems.Quia uarietas plurimū ad ornatū poematū facit:inuitat hoc loco Seſtium amicū,ad uoluptatē non īmemor ꝓfeſſionis ſuæ:erat.n.epicureus:docetq; oīa naturalia ipſum inuitare ad uoluptatē:cum ſit uerna tēpeſtas. Præterea fortunā cum ſit beatus.i.ut hic ſentit bn̄: ideſt ampliter habens diuitias:alibi aūt ſeuerius dicet. Neue putes alium ſapiente bonoq; beatū ætatē,cū ſit iam ī ætatis flore qui cito periturus:ſi monet ut dū datur uoluptate fruat̄.Ordo eſt. Hyems: ideſt tēpeſtas hyemalis.i.pluuioſa & frigida qualis eſt hyberno tpe:acris.ſ.hacteuus:ſoluitur.i.diſſoluitur:

nunc uſtc.i.uiciſſitudiſe:gratia.i.utili& accepta mortalibus:ueris.i.uerni tpis:qđ hyemem pmit:& fauoni pro fauonii.i.Zephyri:quo flante putris ſe gleba reſoluit. Machinæ.i.iſtrumẽta nautica trahunt.ſ.in mare:carinas.i.naues a parte totũ ſiccas quia in littus pꝑter itermiſſam nauigationẽ ſubductas.ac neq; pecus.ſ. ouile gaudet iã.i.amplius ſtabulis:qa in aprili ad paſcua emittunť cũ matribus agni:aut arator non gaudet ampliꝰ igni:ut in ianuario:ẽ.n.arãdũ tpe calido uñ maro.Nudus ara:ſere nudus hyems ignaua colonis.

Ac neq; iã ſtabulis gaudet pecus aut arator
Nec prata canis albicant pruinis.
Iam cytherea choros ducit uenus imminente luna
Iunctæq; nymphis gratiæ decentes
Alterno terram quatiunt pede: dum graues cyclopum
Vulcanus ardens urit officinas.

ℭ Pruinis pruina:ut Pli.ſcribit lib.ii.ex rore gelido gignit. Eſt.n.matutino tpe roris gelidi aq cõgelata. Dicta aũt:ut Feſtus ait:q; fruges ac uirgulta perurat. Cytherea.uenus a cytheris urbe: in qua enutrita fuit teſte Heſiodo. Strabo li.viii. ſcribit.Cythera iſulam eſſe:in laconico ſinu: cũ urbe eiuſdẽ nois:cõmodis iſtructa portubus. Idẽ quoq; lib.iii.ait.Cythera inſulã eſſe in mari myrthoo.Eandem uero nos eſſe putemus:ſunt.n.loca illa inter ſe pxima. Pli.item lib.iiii.c.xiii.ſcri. in laconico ſinu eſſe Cythera. Choros ducit:ueris tempore animalia cuncta in concupiſcẽtiam inclinantur: nec ſolum bruta: ſed etiam mulieres: quarum complexio ut plurimum frigida eſt & humida:ſed agente ueris tempore in calorem & uenerem acrius excitantur. Imminente:inſtante:aduentante:apparente. Gratiæ:harum nomina tria ſunt: paſithea:Aglaia: Euphroſine Iouis filiæ ueneriſq; famulæ:quod Lactan.ſcri.lib.ii.ih.ibi.ſ.Non hoc paſithea blandarum prima ſororũ:ab Orpheo in hymnis noiantur:Aglaiahalilia:Euphroſine: quæ ab aliqbus paſithea etiam dicit.αγλαια demũ ſplendor dicif & lœtitia αγλαος ſplẽdidus clarus αγλαιζομαι ſplendeo orno:αγλαιζω honoro:ευφροσυνη lœtitia:ευφρον lætus:ευφραινω lætifico:ευφραινομαι lætor: θαλλια conuiuium:ſertum:feſtiuitas:paſithea oĩs ſeu tota dea πασα:&.n.omnis dicitur:θεα uero dea Etheocles autẽ Orchomeniorum rex primus gratiarũ tẽplum extruxit ut docet Strab.lib.ix.eſt autẽ Orchomenos prope bœotiã teſte eodẽ.Mela & Pli.lib.iiii.ſcribunt eſſe in archadia.Ideq; Pli.docet Orchomenum amnẽ eſſe in Theſſalia.Dicunt alii.Gratias nudas incedere quia ſine fuco eſſe debent:dicunt & ſimul cõnexas.qa iſolubiles eẽ gratias decet.Sed una auerſa icedere:aliæ duæ nos reſpicere dicunť qm profecta ab nobis gratia duplex reuerti ſolet.Homerus lib.γ.iliados ſcribit.Gratias elaboraſſe ueneri ambroſiũ peplũ:quod ab diomede uulnerata reliqt grauiter concuſſa dolore. Graues.i.moleſtas ob operis laborẽ. Vulcanus:Diodorus in principio ſcribit:Vulcanum ignis inuentorẽ fuiſſe apud ægyptios:ubi primus regnauit. In ſexto uero uolumine ait:Vulcanum ferri:æris:auri:argenti:& omnium quæ igne fabricantur:artem inueniſſe eamq; cæteros docuiſſe:quapropter harũ rerum opifices omnes uota ſacraq; huic deo maxima facientes ignem in æternã memoriam ſuſcepti beneficii Vulcanum uocant. Eum poetæ ueneris maritum dixere:quod quidem fictũ puto:quia ſine calore Venus ipſa languet. Dixere item in antro ſub æoliis inſulis manentem habere officinas. & cyclopas ei obſequentes.fabrũq; iouis eſſe:qđ fictũ eſt:quia loca illa igne pleniſſima ſunt:ſine quo nihil artificioſum fieri poſſet:nec metalli genus ullum fundi extẽdiq; ualeret. Cyclopum: brontes: Sterotes: & pyragmon Cyclopes inſignes fuere:hos autẽ artificioſos fuiſſe homines cõſtat:quos Vulcano ignis deo attributus ſub eo iouis conficere fulmina uolunt. De iis Maro lib.viii.inquit: Bronteſq; ſteropeſq; & nudus membra pyragmon βροντη tonitu dicitur βροντάω tono: στεροπη fulgur: αστραπη coruſcatio dr αστραπτω fulguro. Pyragmon quaſi ignita incus:πυρ enim ignis dicitur ακμων incus. Dicti autem Cyclopes a κυκλος quod eſt orbis circulus ue. Et ωψ oculus:quaſi circularis oculus:unicum enim inf rõte male maximum habuiſſe dicuntur. Officinas.eſt officina ubi opera fiunt. Taberna uero ubi uendũtur. Myrto:id ait ad uoluptatem. Veneri enim dicata eſt myrtus:quæ odorifera eſt:& Venus odoribus oblectatur. Semẽ eius odorem oris cõmendat uel pridie cõmanducatum:ut ſcribit Plini.Myrtea autem corona ouantes coronabantur:ut ſcribit Gelius:ac idem Pli. Ouidi.uero de Myrto ueneris ita inquit lib.iiii.faſt. Littore ſiccabat ſuadentes rore capillos. Viderunt ſatyri turba proterua deam. Senſit:& oppoſita texit ſua tempora Myrto. Tuta fuit facto:uoſq; referre iubet. Solutæ:mollificatæ:& reſolutæ fauonio. Nunc & in Vmbroſis. Virgilius etiam libro primo georgi. Imminente uere ſic ait. In primis uenerare deo:atq; annua magnæ Sacra refer cererĩn:lætis operatus in herbis Extremæ ſub caſu hyemis:iam uere ſereno. Tunc agni pingues: & tunc molliſſima uina. Tum ſomni dulces.denſæque in montibus umbræ.

ANTO. — pruina — Cythera — Aĩalium — Genus — gra͞ꝝ noĩa — Aglaia euphroſine — Thallia — paſithea — Orchomenos — Gra͞ꝝ hitꝰ — Vulcanus — Cyclopes — Brontes — Steropes — pyragmon — Officia taberna — myrtꝰ cur ueneris

ℭ Nec prata albicant:ideſt fiunt alba pruinis canis:ideſt ſubcandidis. Venus cytherea:ideſt quæ in cytheris colitur:ducit iam cohors puellarum:luna iminente:ideſt paulo ante noctem quæ humida & ita frigida eſt. ASCEN.

Et gratiæ:ideſt charites decentes:quia nihil decentius gratiis gratum & decentem facientibus:unde decẽter ſunt incomitatu ueneris:& cupido & iocus eius filii:nam niſi ioci & geſtus ſint grati non erit cupido:nec ſine cupidine uenus:unde fatetur cupidinem uires ſuas æneid.i.dicens Nate meæ uires mea magna potentia &cæ.iunctæ:ideſt aſſociatæ.nymphis.ſ.reliquis:unde.iiii.car.Gratia cum nymphis geminiſq; ſororibus audet Ducere nuda choros:quatiunt:ſcilicet ſaltando & trupudiando.terram pede alterno: ideſt ſm rithmum & legem ſaltandi alternatim poſito. Dum Vulcanus ardens urit:ideſt urget fulmine graues:ideſt laborioſas:officinas:ideſt fabricas:ubi operantur:cyclopum:ideſt miniſtrorum ſuorum qui Cyclopes in Sicilia ſunt: ut Mancinellus docet.

**ANTO.** ¶Nitidum unguento ſparſum. Fauno:fauni dicti ſunt a fando.i.uaticinando. Vnde & fautos dicimus iconſiderate loquētes. Traditum uero eſt in ſyluestribus locis fari ſolitos:ut ſcribit Varro.erantq; latinorũ dii. Aequo pulſat pede.Idē quoq; Horatius ſatyr.vi.ait.Neq; ulla eſt:Aut magno.aut paruo leti fuga.quo bene circa Dum licet in rebus iucundis: uiue beatus Viue memor q̃ ſis æui breuis. Beate ſeſti:beatus dicit̃ qui multa habens ſine malo aliquo degit. Vt Cice.in tuſcu.ſcribit.Nos uero latius in noſtro carmine de floribus. Nox:mors ipſa tenebroſa. Fabulæ:illa q̃ de īferis fabulantur poetæ:ſeu ſic:& manes appoſitio fabulæ.i.de q̄bus poetæ fabulantur. Manes:dii īferi itelligūtur hoc loco:de q̄bus latius in iuuēale iam diximus ibi.ſ.eſſe aliquos manes: & ſubterranea regna:&c. Et domus exilis plutonia. Vir. itē ait:per q; domos ditis uacuas:& inania regna. Cicero autem in libro de natura deoꝝ ſcribit: q terrena uis omnis atq; natura Diti patri dedicata eſt:qui dictus eſt apud græcos Pluton.quia & recidant oīa in terras:& oriant̃ e terris. πλουτοσ ãt diuitias ſignificat πλουσιοσ diues dr̃ πλουτεω ditor πλουτιζω dito.Diod. p̃terea li.vi.ſcri.Plutonē ſeplchroꝝ funerūq; atq; donoꝝ q mortuis īpēdūt: uſum itroduxiſſe:cū antea nulla rerum apud hoīes eēt cōſuetudo:q̃ cā extitit: ut uita fūctis dn̄ari extimaret̃. Regna uini: talorū iactu & ſorte bibebāt uictores.ſ. Lycidā:alluſio ē ad lycidā pueꝝ i Buco.Maronis:& Theocritꝰ q de illo æglo.vii.ait.O dulcis lycida calamis emīrēte doctis.Et conflare nouos magna dulcedine cātꝰ Diceris:ac te non alter p̄ſtātior oro Vocibus & numeris meſſores inter & ipſos Paſtores tenero qui tangunt ſidera cantu. Verſibus ipſe tuis nimium delector amice.

Fauni — Beatus — Pluto — Lycida

Nūc decet aut uiridi nitidū caput īpedire myrto
Aut flore terræ quæ ferūt ſolutæ
Nūc & in umbroſis fauno decet īmolare lucis.
Seu poſcat agna:ſiue malit hædo.
Pallida mors æquo pulſat pede pauperꝫ tabernas
Regūq; turres:o beate Seſti
Vitæ ſūma breuis ſpē nos uetat inchoare longā.
Iā te p̄met:nox fabulæq; maneſq;
Et domus exilis plutonia:quo ſimul mearis
Nec regna uini ſortiere talis:
Nec tenerꝫ lycidā mirabere quo calet iuuētus
Nūc oīs & mox uirgines tepebūt.

**PORPH.** ¶Nunc & in umbroſis fauno decet imolare lucis.Sic & Virgi.ueris temporis aptū ruſticis ad ſacrificādū dicit.quia tunc ſomni dulces:&.m.uina. Seu poſcat. Attende.ſ.g.agnam maluiſſe dicere q̃ agnum ſm̃ illud Virgili.Et Cæſa.i.ſ.p.Neſcio quid enim quædā elocutiones per fœ.g.gratiores fiunt. Pallida mors æquo pulſat pede pauperū tabernas.Per tabernas uulgares domos ſignat:per turres altiores. Nec regna uini ſorta.hoc ad magiſtria cōuiuiorū ptinet:q̃ taloꝝ iactibꝰ ſortiri ſolitos:& Plau.ſignificat i captiuis:itē i aſinaria.

Terræ ſolutæ: utrum liberæ & cultui non inſeruientes intelligēdum:ut prata ſignificare uideatur:an tēperiæ & æſtu aeris ſolutæ:q̃ pauloante frigore hyems ſtrictæ erāt.Sic & Virg.illud & Zephyro.p.ſe.g.t.

Sed pfecto fortuna in oī re dñaſ.Sene.uero eplá xcix.ait ita. Errāt.n.qui aut boni aliqd nobis:aut mali iudicāt:tribuere fortunā. Valētior.n. oī fortuna aius eſt: & in utrāq; ptē ipſe res ſuas ducet. Beataq; ac miſeræ uitæ ſibi cā eſt. At naſo.li.ulti. triſtiū inqt.Rara quidē ē uirtus q̄ nō fortuna gubernat.Quæ maneat ſtabili:quū fugit illa pede. De fortuna denuo multa iā diximus in fine ſaty. x.Iuue.Tollere ad honorē & diuitias:uñ Iu.inqt. Si fortuna uolet fies de rhetorē cōſul.Si uolet hæc eadem fies de conſule rhetor. Et hir.li.iiii.de bel. alex.ait.Fortuna plerūq; eos quo plimis bñficiis ornauit:ad duriorē caſum reſeruat. Ambit:circūuenit orat. Bithyna carina. Bithyni ſūt Aſiæ populi iuxta friges:& myſios:ut Stra.ait lib.xii. Laceſſit:inſtigat:puocat:frequēter lacerat nauigādo. Carpathiu pelagus eſt. Carpathos inſula excelſa a qua:pelago quoq; nomē inditū ē:ut ſcribit Stra.lib.xi.de ſporadibus.Pli.aūt lib.v.ſcribit Carpatū unā eē de inſulis rhodiorū. Dacus aſp. Diuiduntur Daci a germanis.Danubio: ut ſcri.Tacitus:de eiſdem uero latius.Stra.li.vii. Profugi ſcythæ.i.parthi:nā ii fuerunt ſcytharū exules:qd' & ipſorū uocabulo manifeſtat:ſcythico.n.ſermone.Exules pthi dicunt auctor eſt Iuſti.li.xli. Latium ferox. Vñ anchiſæ umbra dormiēti Aeneæ in ſicilia lib.v.æneí.ait.Gens dura atq; aſpera cultu Debellāda tibi latio eſt.plini.aūt lib.iii.ſcri. q latiū antiquum a tyberis Circeos uſq; ſeruatū eſt miliū paſſuū.l.lōgitudine tā tenues primordio imperii fuere radices poſtea latii nomen pceſſit ad lyrim amnem:qui Mynturnas diuidit.Sinueſſa aūt extrema urbs eſt in adiecto latio. Purpurei:purpurati. Stantē colūnā:metaphora eſt.intelligit.n.regni robur. Cuius pſidia : ut inqt Saluſti.nō exercitus neq; theſauri ſunt:uerū amici:populus freqns ſtipatus & collectus. Ceſſantes:deſides & nihil agentes.Cōcitet:ut Iulius Brutus egit cōtra Tarquinios:ut itē.M.Brutus cōtra iuliū Cæſarē. Anteit: nunc diſſyllabū eſt. Sæua neceſſitas.i.dura:uult aūt poeta fortunā in oibus dñari: unde q ipſa uoluerit neceſſario fiunt.Acron legit ſerua neceſſitas:tñ & ſæua:& ſerua hic cōuenit:melius aūt ſæua:intelligit.n.poeta fati neceſſitatē:cui fortuna ſubiacet hinc ait Manilius aſtronomus.Hoc niſi fata darēt nūq fortuna tuliſſes.

Carpatos carpathiū mare

Daci

parthi.

parthi

Latium duplex

Minturnæ

Sinueſſa.

Fortuna

Trabales:igētes & lōgos uti trabes:hæc aūt oia tormētorū gña erāt. Cuneos:itelligit ferrea fruſtula qb9 cōſtringunt Cōpedes & manicæ. Manu ahenea.i.dura & firma. Ahenea aūt triſyllabū eſt.nea.n.eſt unius ē ſyllabæ hoc in loco:pōt & ahena legi. Vncus:coruū ferrū:quo rei & infœlices trahebanſ. Vñ Iuue.ſaty.x. ait.Seianus ducif unco ſpectādus. Liquidūq; plūbū.Nocentes.n.liquefacto plumbo qñq; plectabatur.

¶Præſens uel imo tollere de gradu:præſens ita dictū ut pſentia dicunt numina deorū: q ſe potētiāq; ſuam manifeſte oſtendūt. Vertere fu.tri.uertere p eo qd' eſt cōuertere:& mutare poſitū eſt. Te do.æ.hoc aūt recte dī qm fortuna:& ſemp & ubiq; metuēda eſt. Quicūq; bi.la.ca.Car.Bithyna ait ut ſolent poetæ ſpēm p genere ponere qlia ſunt illa Virg.Leuis inatat alnus miſſa pado:p quolibet flumine: & illā ducit amor trās gargara tranſq; ſonantem Aſcaniū p quolibet mōte. Profugi ſcythæ.manifeſtū eſt cū pfugos dixerit q.ſ. fugiendo prælíarenſ. Et purpurei me.ty.pro purpurati:purpureum aliud eſt ſi proprietatem attendas : nā ſic dicif purpureū:ut lapideū igneū:hoc eſt q purpura tm̄ conſtat. Stantem colūnā pro incolumitatē : dignitatis:& totius domus intellige. Ne po.fre.ad ar.ceſ.ad ar.cō.bene tumultū uulgarē expreſſit repetendo. PORPH.

Te ſemp anteit ſæ.Nec.n.eſt ſuæ ptātis qui neceſſitati ſubiectus eſt. Clauos tra.& cu.ma. Eleganti cōceptione hæc inſtrumenta fortunæ accōmodat.ſ.quibus torquet & cogit implicatq; res humanas.

¶Paup colonus iuris ābit.i. morte ambiētiū & magrātū petētiū ſuppliciter orat:ſollicita prece.te dominā ruris. Et qcūq; laceſſit.i.ſulcat:& ptranſit carina bithyna.i.naue ex bithynia.i.nauta & negociator pelagus carpathiū.i.mare iuxta carpathon inſulā rhodiorū:ambit ſollicita pce te dominā æquoris.Dacus aſp.i.licet aſp:& ſcythæ pfugi qui nō habēt certas domos aut parthos ſcytarū exules dicit:& urbes & gētes & latiū.i.ēt latiū ferox:qa bellicoſum:uñ maro.Gēs aſpera cultu Debellāda tibi ē latio & matres regū barbarorū & tyrāni.i.reges aut uiolēti:aut ēt pii:purpurei.i.purpurati ſeu purpura decorati metuūt te.Dixi aut etiam pii:quia omnes reges olim tyrāni ſunt dicti: uñ latinus de pio ænea eius amicitiā expetens.pars mihi pacis erit dextrā tetigiſſe tyrāni:Metuūt dico:pruas.i.porro in terrā deuoluas:pede imperioſo.i.ſuperbo colūnam.i.potenta ASCEN.

tũ:ſtãtẽ.ſ.illis.& ne populus freq̃uẽs cõcitet.i.puocet.ſ.clamãdo ad arma:ad arma ſumenda.ſ.cõtra tyrãnos & reges.ceſſantes.i.reſides & pigros:& frãgat imperiũ.ſ.tyrãnoꝝ.Sæua neceſſitas.ſ.fatalis:anteit.i.præcedit ſemper te.quia fata plus pñt q̃ fortuna:anteunt:ſunt tamẽ coniuncta ſicut apud Vergi. libro.viii.Fortuna omnipotens & ineluctabile fatũ:quia quæ fata.i.a deo conſtituta ſunt:nobis cauſas ignorantibus fortuita uidentur:unde dictum eſt.Fata uiam inuenient:anteit ergo geſtans manu Ahena.i.duriſſimas clauos trabales.i.uectes tortorios:ſunt aũt pedicæ ligneæ q̃bus alligant̃ torquẽdi:dicti claui a cõpingẽdo:trabales q̃a trabiũ inſtar:aut q̃a illis cõnectendis ſufficiant:& geſtans cuneos quibus arctiores fiunt clauati.nec uncus ſeuerus.ſ.quo ad ſuppliciũ trahebãtur damnati:ue pro uel liquidũ plumbũ qđ infundit̃ torquẽdis abeſt hoc eſt tecũ ſunt omnia tormentoꝝ genera.

Te ſpes:& albo rara fides colit
Velata panno.nec comitem abnegat
Vt cunq; mutata potentes
Veſte domos inimica linquis.
At uulgus infidum.& meretrix retro
Periura cedit:diffugiunt cadis
Cum fæce ſiccatis amici
Ferre iugum pariter doloſi.
Serues iturum cæſarem in ultimos
Orbis britannos:& iuuenum recens
Examen eois timendum
Partibus oceanoq; rubro.

ANTO. Fides — ℂ Fides albo uelata pãno: fides eſt firma opinio ut docet Ci.in partitiõibus. Et Sene. ep̃la.lxxxix. inquit. Fides ſanctiſſimum humani pectoris bonum eſt nulla neceſſitate ad fallẽdũ cogit̃ nullo corrũpit̃ p̃mio. Vre:inquit:occide nõ pdam. Liuius p̃terea lib.i.ſcribit.Numã Pompiliũ fidei ſolẽne inſtituiſſe:ad quod ſacrarium flamines bigis curru arcuato uehi iuſſit.Manuq; ad digitos uſq; inuoluta rẽ diuinã facere:ſignificantes fidẽ tutãdam:ſedẽq; eius ẽt in dextris ſacratam eſſe. Nec comitẽ abnegat:dicit.n.Ouidi.li.ii.de ponto.Et cum fortuna ſtatq; caditq; fides.

Amicitia uulgi — At uulgus infidum:oſtendit ſupius fidẽ ſequi fortunã quocũq; mutata ierit. Vulgus aũt:& meretrix:& infidi amici mutatã fortunã diffugiunt. Vñ Oui.inquit lib.ii.de ponto. Turpe quidem dictu:ſed ſi modo uera fatemur. Vulgus amicitias utilitate pbat.Et libro.i.triſtiũ.Donec eris fœlix multos numerabis amicos. Tempora ſi fuerint nubila ſolus eris.Itẽ eodẽ in li. inquit.Horrea formicæ tendunt.ad inania nunq̃ ibit ad amiſſas nullius amicus opes. Vtq; comes radios per ſolis eũtibus umbra eſt. Quũ latet hic preſſus nubibus illa fugit.Mobile ſic ſequit̃ fortunæ lumina uulgus. Quæ ſimul iducta nube tegunt̃:abit. Cadis:uaſis q̃bus uina cõdunt̃ Virg. Vina bonus q̃ deinde cadis onerarat aceſtes. Serues ituꝝ:lõgũ ẽ hypbaton:tendit.n.illuc uſq;:o diua gratũ q̃ regis antiũ ſerues &c. Examen:militũ agmẽ.Metaphora.n.eſt ab apibus:quaꝝ filii relinquẽtes alueos examẽ colligunt: & alio ſe recipiũt. Eois:timẽdũ p̃tibus oriẽtalibus populis:ut medis:p̃this:pſis:arabibus:indis. Oceanoq; rub. Ex mari eoo:uñ ſol orit̃ qđ indicũ uocãt qđ rubrũ mare ſiue æthiopicũ appellãt:ad auſtrũ uerſus effundit̃ ex ca maxime p̃te q̃ uaſta q̃dã ſolitudo:& inhabitabilis terræ plaga cõſpicit̃:ardẽtibus ſemp caloribꝰ exuſta. Auctor

Rubrum mare Perſæ — eſt Diony.Pliniuſq; li.vi.cap.xxii.ait q̃ perſæ rubrũ mare ſemp accoluere pp qđ is ſinus perſicus uocat̃.Solinus aũt cap.xlvii.ſcribit.Rubrũ mare in duos ſinus ſcindi. Quoꝝ qui ab oriente eſt perſicus appellat̃.quem quidem habitauere perfidis populi.Ex aduerſo uero unde arabia:eſt alter arabicus uocatur.

PORPH. ℂ Te ſpes & albo rara fides.Bono epitheoto rarã fidẽ appellat:q̃a a paucis colit̃.Et albo aũt rara fides colit uelata pãno.Poſſet uideri ſordide dixiſſe pãno:niſi uellet hac cõceptiõe intelligi a paupibus magis coli fidẽ. Albo aũt dixit pp honeſtatẽ fidelitatis.Aut nunq̃d albo panno fides uelata dr̃ q̃ qui fidẽ colunt honeſti habeant̃:ſed paupes fiant qm acquiſitio magis pfidia puenit. Nec comitẽ abnegat utcũq; mutata potẽtes ueſtes domos inimica linquis. Non ſpernit te inq̃t o fortuna fides cũ linquis potentioꝝ limina uel cũ relinqs diuites:per hoc aũt uidet̃ ſignificare eos qui ex dignitate honoris aut diuitiaꝝ ceciderint: nec fidẽ apud eos remanere.i.fidem quoq; amittere:& hoc quoq; dupliciter intelligitur fides illis nec hẽat̃ nec ſeruet̃. At uul. infi.& me.pe.c.Diffugiunt cadis cum fæce ſiccatis amici hæc elegãter dicunt̃:quia fortunæ euẽtũ ſubire cũ amico uulgares hoies nolũt. Ferre iugũ pa.do.αλληγορικως oſtendit neceſſitati amicoꝝ nolle cõiunctos eſſe. Serues ituru cæſa.in or.bri.Cæſarẽ auguſtũ dicit hic:unit ñ huius cõiũgẽdũ.Sic.n.o diua gratũ q̃ regis antium. Serues iturũ Cæſarem iuuenẽ. Examẽ.ab apibus factũ p multitudine militũ poſuit. Timendũ: cuius exercitus timetur & in occaſu:& oriente. Oceano rubro:hoc eſt rubro mari:qđ eſt in oriente.

ASCEN. ℂ Spes colit te:quia q̃ ſperantur fortuita ſunt:cũ etiam quæ poſſidentur incerta ſint:& fides rara:quia pauci ſunt fideles:uelata pãno albo:qui paupeꝝ ẽ ueſtitus:pauperes aũt fere fidẽ ſeruant:quia nõ habent in quo fallant:etiam colit te:quia ſi fides dicta eſt:ut fiat qđ dictũ eſt.i.pmiſſum:certe fortuitũ eſt id p̃ſtare.Nec.i. & nõ:& fides nõ abnegat comitẽ:utcũq;.i.qualitercũq; aut quãdocũq; tu inimica.ſ.effecta ueſte mutata: q̃a uidetur fortũa læta aliter indui q̃ inimica:relinquis domos potẽtes.i.potẽtũ. At.i.ſed: uulgus infidũ & meretrix piura cedit retro.i.retrorſum.ſ.cũ fortũa abeũte:quia amici doloſi.i.nõ fidi ferre pariter iugũ.ſ.aduerſitatis:ſicut gauiſi ſunt de bonis & lætis diffugiunt cũ cadis ſiccatis fæce.i.ut primum uaſa uinaria ad fæcem uſq; exhauſta ſunt. Serues ituꝝ.Hucuſq;:ut dixi:dilata ẽ cõſtructio.Nã ordo ẽ:o diua q̃ regis antiũ &c ſerues .i.cõſerues p̃cor: Cæſarem.ſ.Auguſtum:iturum.i.qui ire parat:in britannos:quos anglos uocamus:ultimos orbis immo ſ̃m Vergi.extra orbem poſitos:dicit enim in Buc. Et penitus toto diuiſos orbe britannos. At in æn.dixit extrẽos hoium morinos quos teruanos uulgꝰ uocat:& ſerues recẽs examẽ.i.nouã fœturã moꝝ capũ primo educẽdoꝝ iuuenũ.i.tironũ timẽdũ.i.formidãdũ partibus eois.i.oriẽtalibus:& oceano rubro.

ℂ Heu cicatriciũ:

ANTO.

¶Heu cicatricum.Deteſtatur poeta bella ciuilia:quibus quidem omne nefas cõmiſerát:ſpreto deorum metu:ſuorumq; pietate:charitateq; patriæ quæ omnibus maxima eẽ debet:quod & Cicero meminit. Cicatricum quas.ſ.bella ciuilia dederát.Cicatrix autem dicitur liuor.& obductio uulneris:ſic dicta q; occæcet uulnus. Sceleris:quod in patriam romani milites ægerant. Fratrumq;:ſcribit enim Appianus lib.ii.ſub Cæſare & Pompeio militaſſe in pharſalia ad ſimile belloꝝ facinus qui eiuſdem eſſent ciuitatis ciues ſimul cognati amiciq;:nonnulli fratres. Quid refugimus.q.d.nihil. Nos appoſitio dura ætas.i.ferrea:ait.n.Ouidi.lib. primo meta. Aurea prima ſata eſt ætas:poſtea inquit,Subiitq; argẽtea proles Auro deterior fuluo precioſior ære. Tertia poſt illas ſucceſſit Ahenea proles.Sæuior ingeniis:& ad horrida promptior arma.Non ſcelerata tamẽ de duro eſt ultima ferro.Protinus irrupit uenæ peioris ĩ æuum.Omne nefas fugere pudor:uerumq; fideſq;.In quorũ ſubiere locum fraudeſq; doliq; Inſidiæq;: & uis : & amor ſceleratus habẽdi Viuitur ex rapto nõ hoſpes ab hoſpite tutus.Non ſocer a genero: fratrũ quoq; gratia rara eſt uicta iacet pietas &c.

Aetatis iiii.

Eheu cicatricum:& ſceleris pudet
Fratrumq;:quid nos dura refugimus
Aetas? quid intactum nefaſti
Liquimus? unde manum iuuentus
Metu deorum continuit? quibus
Pepercit aris? o utinam noua
Incude diffingas retuſum in
Maſſagetas arabaſq; ferrum.

Intactum.intentatum. Nefaſti:nefarii ſcelerati. Vnde a quo loco uel a quo homine.q.d.a nullo. O utinam:optat Hora.fortunam noua incude reficere in maſſagetas & arabas ferrũ bellis ciuilibus retuſum.

Diffingas:reficias reformes in fortuna. Retuſum: repercuſſum & hebetatum. Maſſagetas: Maſſagetæ populi ſunt in ſcythia ad orientem uerſus trans araxem quoꝝ ſtudium eſt:ut continuo ſagittandi caſu conterantur infeſtiſſimi admodũ hoſpitibus neq; cum uicinis populis ullam ſeruare diutius amicitiam:neq; fidem poſſunt:frumenti ac uini uſum prorſus ignorant:bibunt enim laccum equorum admixtum ſanguine; ut Dionyſius ſcribit.Meminit item multa Herodo.lib.iii.& Stra.lib.xi.

Maſſagetas

PORPH.

¶Heu cicatricum & loe.pu.huius.ſ.ſceleris quod in bello ciuili in nos admiſimus. Quid nos dura refugimus Aetas? ſuauiter figurauit non æras. Quid intactũ nefaſti liquimus . Nefaſtos pro nefariis poſuit. O utinam noua incude diffingas retuſum in maſſagetas arabaſq; ferrũ.αμφιβολον.Nõ enim retuſum in maſſagetas accipiendum:ſed in maſſagetas diffingas:ſenſus.n.ferrum q; retudimus in corporibus noſtrorũ bello ciuili diffingas.i.refabrices aduerſus barbaros.Maſſagetæ autem genus thraciæ.

ASCEN.

¶Eheu pudet.ſ.me cicatricum.ſ.ſuſceptarum in bello ciuili & ſceleris quod i patriam Romani milites egerant:& fratrum uel conciuium:uel reuera fratrum in bello ciuili diſcordiũ quid.ſ.ſceleris nos ætas dura q̃a ferrea.refugimus? q.d.nihil:quid nos nefaſti.i.nefarii liquimus intactum.i.inuiolatum? q.d.nihil:uñ.i.a quo continuit iuuẽtus manum metu deorum? q.d.a nullo:q̃bus aris pepercit? q.d.nullis. O utinam fortuna diffingas.i.acuas noua incude:in maſſagetas.i.ſcythas & arabas ferrum retuſum.i.hebetatum.ſ.in cæde ciuili. Hoc eſt ut arma ciuium cæde obtuſa:in hoſtes acuantur.

Ode.xxxvi.dico.diſtro.Lętitię uacãdũ ſcribit ob Numidæ reditum ex hiſpania.

ET thure & fidibus iuuat
Placare:& uituli ſanguinę debito
Cuſtodes numidę deos:
Qui nunc heſperia ſoſpes ab ultima
Charis multa ſodalibus
Nulli plura tamen diuidit oſcula
Quam dulci lamiæ;memor

ANTO.

¶Argumentum.Odes.xxxvi.

TRrigeſimaſexta ode ſcribit ſacrificandũ eſſe diiſq; agẽdas gratias:obſeruatum ab eis Põponiũ numidam:nuper enim ab hiſpania ſoſpes redierat:hortaƭ inde ut diẽ læti & hilares celebrẽt genio operã tribuẽtes. Et thure ſi.iu.Ode eſt dico. diſtro. eſt.n.metrũ primo uerſu Glyconico de quo i ode tertia:ſecundo uerſu Aſclepiadeo. Fidibus:in ſacris.n.fidicines ẽt adhibenƭ. Iuuat: delectat me placare:tũc.n.placanƭ dii quũ uota eis pſoluunƭ debito:ex uoto.ſ. Heſperia:ultima hiſpania ĩtelligiƭ:ſoſpes:ſaluus dr̃ auctore Feſto. Lamiæ: de ælio lamia dicit:de quo ẽt ſupius in ode.xxvi.

Soſpes

PORPH.

ET thure & fidibus iuuat placare & uituli ſanguine debito:hanc odem ſcribit in honorẽ Põpõnii noie numidæ p cuius ſalute reuerſi ex mauritania uota ſoluere æquũ eẽ dicit. Et thure & fidibꝰ iuuat placare.Fidicinas hodie quoq; Romæ ad ſacrificia adhiberi ſicut tibicines nemo q̃ neſciat. Iuuat placare cu.nu.deos.Placare ꝑ eo qđ eſt gratiam referre intelligẽdũ nõ ut placari irati dicunƭ cũ.n.numidam dicat ſoſpitem rediſſe apparet eum deos ꝓpitios & ante ſacrificia habuiſſe: cuſtodes ãt pro cõſeruatoribus accipiamus:qui nũc heſperia ſoſpes ab ultima. Numida.Hic ex mauritania in qua militauerat reuerſus eſt.Ergo heſperiã nũc occiduam partem intellige non ut heſperia a Vir.Italia diciƭ.

ASCEN.

ET thure & fidibus. Argumentum per Mancinellum patet: uult enim ob amici fœlicem reditum poſt rem diuinam dandum eſſe epulum:quod lautum quidem & oppiparum uult:ſed ſine litibus & Zelotypia. Videtur autem ad lamiam loqui:ut ſit ordo.O lamia iuuat.i.delectat & profit:placare.i.placidos:& ut dicunt contentos facere:quia dum diis uouemus nõ ſunt placati: donec red

diderimus nota. Et:ideſt ſimul thure:& fidibus.ideſt hymnis & canticis ad lyram dicendis: & ſanguine uituli debito:ſcilicet ex uoto:deos cuſtodes numidæ:ſcilicet amici noſtri. Qui nunc ſubaudi reuerſus ſoſpes: ideſt incolumis:ab ultima heſperia.ideſt ultima parte hiſpaniæ:diuidit charis ſodalibus multa oſcula: ut de more faciunt itali:dum poſt longam peregrinationem ad ſuos ſe recipiunt. tamen nulli diuidit plura: ꝙ lamiæ.ſcilicet ælio: dulci:ſcilicet amico & ſodali:exiſtens memor puertiæ pro pueritiæ: actæ:ideſt tranſactæ: non alio rege.ideſt ſub eodem rege ſeu rectore: hoc eſt ſub eodem pedagogo:& memor togæ mutatæ ſimul quod uno die togam uirilem ſumpſerit cum ælio lamia.

Actæ non alio rege puertiæ:
Mutatæq; ſimul togæ:
Creſſa ne careat pulchra dies nota:
Nec promptæ modus amphoræ:
Neu morem in ſalium ſit requies pedum:
Nec multi damalis meri
Baſſum threicia uincat amyſtide:
Neu deſint epulis roſæ
Neu uiuax apium:neu breue lilium:

**ANTO.** ℭNon alio rege:per id oſtendit eos equos fuiſſe eodem enim rectore & alumno ſeu præceptore fuerant pueri & togã mutarant:nec pro rege patronus eſt accipiendus: quomodo enim diceret mutate ſimul togæ.De domino ſed patrono lamia intelligere non conuenit:nam lamia puer ut ille erat. ut hic oſtenditur propterea libera toga ſolis liberis dabatur. Puertiæ:pro pueritiæ per ſyncopem. Mutatæ togæ: primis annis adoleſcentiæ:quæ anno quartodecimo ĩcipit pueri no- **Prætexta** biles apud romanos deponẽtes prætextam ſumebant uirilem togam cum ſolemnitate in templis oblati & in forum deducebantur:unde dicit Se- **Toga libera uirilis** neca. Tenes memoria quod gaudium ſenſeris quum prætexta poſita ſumpſiſti uirilem togam: & in forum deductus es ſunt & qui ſcribant liberam togam adoleſcentibus in feſtis liberalibus exhibere ſolitos: ad ſignificationem liberioris uitæ in futurum conceſſe:memor actæ pueritiæ & mutatæ togæ. ſcribitur a Cicero.quod Scipio nihil difficilius eſſe dicebat quam amicitiam uſq; ad extremum uite diem permanere mutari etiam mentes hominum ſæpe dicebat & quod ſummi puerorum amores ſæpe una cum prætexta & toga deponerentur:horum autem omnium numida memoriam retinebat. Creſſa enim Plinius li.vii. de gentium fœlicitate ſic ait. Vana mortalitas & ad circumſcribendam ſeipſam ingenioſa computat more **Calculi dierũ** thraciæ gentis:quæ calculos colore diſtinctos pro experimento cuiuſq; diei in urnã condit: ac ſupremo die ſeparatos dinumerat:atq; ita de unoquoq; pronunciat.Horatius tamen hic cretenſibus quoq; eandem conſuetudinem aſcribit fuiſſe. Promptæ:apertæ exhibitæ & paratæ latæq; in conuiuium. Amphoræ.uinario uaſi. Nec modus.ſ.ſit per quod hortatur largius bibendum. Nec morem:ordo eſt:nec ſit requies pedum **Salii** in morem ſalium. Saliũ:ſalios duodecim marti gradiuo Numa Pompilius legit tunicæq; pictæ ĩſigne dedit & ſuper tunicam æneum pectori tegmen.cœleſtiaq; arma quæ ancilia appellantur ferre: ac per urbem ire: canentes carmina cum tripudiis ſolemnique ſaltu iuſſit. Auctor eſt Liuius meminit item latius Ouidius libro tertio faſto. Damalis:mulier uinoſa & temulenta numidæ amica hinc dicit poeta illam relicto baſſo eius ueteri amico intereſſe debere conuiuio numidæ noui amici & cum eo certare bibendo. Threicia amy- **Amyſtis** ſtidæ:amyſtis potio quædam erat apud thracas:& ideo amyſtis dicta:quæ certa menſura clauſis oculis potabatur uel erat poculi ſpecies ꝙ uno ictu hauriebant. Auctores ſunt Acron & Porphyrio. Roſæ. Valerius lib. **Coronæ in conuiuio** ſecundo de ciuitate ſpartana loquens ſcribit primos Ionas unguẽti coronarumque in conuiuio dandarum & ſecundæ menſæ ponendæ conſuetudinem haud parua luxuriæ irritamenta reperiſſe. Viuax apium:ho- **Menſæ ſecundæ unguẽta** nos apio in achaia erat coronare uictores ſacri certaminis nemeæ:ut ſcribit Plinius librodecimonono & libro uigeſimo ait ſuauiores aquas potui incoctum apium præſtare & ꝙ ex aqua coctum potumque renibus **Apium** medetur. Viuax autem apium inquit quoniam diu uireſcit necaret: ut alia multa holera. Omnes in damalim. Senſus eſt quod effecti omnes ebrii Damalim aſpicient ueneris gratia ſicuti & centauri fecerunt in perithoi nuptiis:damalis autem ſoli numidæ inhærebit.

**PORPH.** ℭ Actæ non alio rege puertiæ. Pueritia pro pueritia:per ſyncopen dixit. Signat autem Pomponium hunc Numidam a pueritia lamia patrono uſum. Mutatæque ſimul togæ:prætextam utique togæ mutatæ:quæ depoſita uirilis accipitur. Per hoc ſignat eos pariter adoleuiſſe. Creſſa:ne careat pulchra dies nota. Album calculum creſſam notam dicit. Quia crethenſibus mos erat lætos dies calculis albis:quos in pharetras mittebant:notare triſtes autem nigris:per hoc ergo dicit poeta lætum diem exigendum. Neu prompte modus amphora Neu moram in ſalium ſit requies pedum per quod ſignat & largius bibendum & ſaltandum. Salii autem ſacerdotes martis hodieq; trepudiare in ſacrificiis Martis dicũtur: unde & ſalii a ſaliendo:ideſt a ſaltando dicti. Ordo eſt autem. Neu ſit requies pedum ſalium more: neu multi: damalis meri Baſſum threicia uincat amyſtidæ. Amyſtis ut quidã aiunt potio quædam eſt apud thracas. Alii poculi ſpeciem eſſe aiunt eo ꝙ neceſſe ſit uno ductu potionem haurire. Senſus autem eſt damalis quæ multi meri eſt:ideſt ebrioſa:non uincat baſſum in potando: ideo baſſus quoque multum potat. Neu breue lilium: quod breuis temporis eſt:hoc eſt cito defloreſcit.

**ASCEN.** ℭEt ideo ne dies pulchra.i.feſtiua:careat nota creſſa.i.cretenſi:qa in creta eſt multũ cretæ.i.terræ albæ:uñ ſicut carbonem pro nigredine:ſic cretã ꝑ albedine ponunt poetæ. Nõ ergo intelligemus cretẽſium eſſe morem lapillos candidos in uas coniiciendi diebus lætis. ſed diem lætum poſſe notari creta.i. colore candido.

Nec modus

Nec modus.i.menſuram ſit amphoræ.i.uaſi uinario capaci:prõptæ.i.deprõptæ. Neu.i.neue requies ulla ſit morem ſalium.i.quin ſaltent:ut ſalii dum ancilia ferunt. Et poteſt eſſe saliom pro ſaliorum :aut adiectiue di ctum. Nec multi:uult ut damalis bibax & laſcioa mulier amica quondam numidæ adſit quidem ſed ſine ſuſpitione Zeloiypiæ quam ne iniiciat monet ot non alteri adhibat:licet alii eam laſciuios inſpiciant. Ordo eſt. Nec damalis amica numidæ mulier ſup.multi meri.ſ.capax:uincat.i.ſuperare contendat:baſſum amato rem ſoum abſente numida.amyſtide.i.poculo uno hauſto & clauſis oculis ſiccando: threicia.i.quo thraces uti ſolent. Neu roſæ deſint.i.ut adſint epulis:nec apiom uiuax.i.diu uirens: aut uirere faciens.nam eſt apium dictum ꝙ apex huius ferre ſolebat uictoris:ueterum fieret dum more triumphus:nec lilium breue quãtum ad tempus ideſt breuiter deciſurum ſup.deſit.

Omnes in damalim putres
Deponant oculos:nec damalis nouo
Diuelletur adultero
Laſciuis hæderis ambiciosior.

❡ Potres:uino graues & infectos & languidos. ANTO.
Diuelletur.ſ.ab ipſo numida per nouum adulte rũ ſicuti nec diuulſa fuit hippodame a perithoo per centauros. Ambitioſior: magis ambiens ſuis lacertis.

❡ Putres oculos:uino putres intellige:uidemus PORPH.
enim ex uino oculos quaſi languidos fieri. Nec damalis nooo diuelletur adultero. Sẽſus eſt:nec nouus adolter.i.amaror damalim auellet a priſtino ſuo ama tore. Laſcioi hæderis ambitioſior. Ambitioſa ab ambitu lacertorum.i.amplexu damalis dicta eſt quæ ob hoc hæderæ comparata eſt quia & illa ſolet arbores ambiræ:ideſt circundare: hæderas autem laſciuas dixit quia quaſi ludentes uagæ ſerpunt.

❡ Et omnes deponant oculos putres.i.corruptos in damalim.i.eã laſciue reſpiciant:nec damalis diuelletur ASCEN.
a numida:nouo adultero.i.per nouum adulterum. exiſtens ambitioſior.i.arctius ambiens & complectens numidam:hæderis laſciuis.i.ꝙ faciant hederæ laſciuæ truncum:aut murum cui adherent.

## Trigeſimaſeptima Ode tricolos tetraſtrophos de auguſti uictoriæ lætitia.

NVnc eſt bibendum:nunc pede libero
Pulſanda tellus:nunc ſaliaribus
Ornare puluinar deorum
Tempus erit dapibus ſodales:
Antehac neſas depromere cæcubum
Cellis auitis:dum capitolio
Regina dementes ruinas
Funus & imperio parabat

❡ Argumentum Odes.xxxvii.

TRigeſimaſeptima Ode ſodales horta ANTO.
tur ad lætitiam & oolupratẽ ob uicto riam quidem ab Auguſto habitam cõ tra Antonium & Cleopatrã: quæ rui nas & funus Romano imperio parabat. Nũc eſt bibendum: nonc pede libero. Ode eſt tricolos te traſtrophos. Eſt enim ſimilis nonæ. Pede libe ro:ideſt ſolutiori & laſciuienti. Saliaribus da Soliares
pibus: ideſt copioſis & ſolennibus: nam ſaliares cœnæ
ſacerdotales cœnæ erant:quas ſalii faciebant am pliſſimi apparatus. Vnde Plinius libro.xxi.ca.iii. de coronis ſcribens ait. Sutiles ſaliorum ſacris in uenimus:& ſolẽnes cœnas. Apuleius libro quar to:ſic:ut equus quidem meus tanta copia:& qui dem ſolus potitus ſaliares ſe cœnaſſe cœnas cre deret. Puluinar deorum:puluinaria dicebantur Puluinar
aut lecti deorum aut tabulata in quibus ſtabant numina:ut euidentiora eẽnt. Acroo ita ſcribit. Seruius etiã libro.iii.g.ait quod puluinaria ſunt proprie.lectuli qui ſterni io quibuſdam templis conſueuerant. Regina Cleopatra.ſ.de qua latius quomodo fugerit diximus in Epodo nono. Eſt autem ordo:dum regina impotẽs ſperare quilibet & ebria dulci fortona cum grege turpium uirorum contaminato morbo parabat capitolio dementes ruinas & furias:ideſt exitium imperio dementes ruinas pro ipſa demens.

NVnc eſt bibẽdom:Hac ode lætitiam profitetur ſuam poeta ob uictoriam actiacam auguſti: qua PORPH.
Mar. Anto. apud actiũ promontorium nauali prælio ſuperauit:Ac deinde Alexandriam cœpit. Nunc pede libero pulſanda tellos.i.libere tripudiandom eſt ac per hoc ludendum. Nunc ſaliari bus ornare puluinar deorum. Tempus erit dapibus ſodales:ſacerdotales cœnæ quas ſalii faciunt dicontur eſſe ampliſſimi apparatus: Vnde in prouerbio ſaliares cœnas dicere oppiparas ac copioſas. Ante hac nephas depromere cæcubum Cellis auitis:per cellas auitas uinom uetuſtum ſignat. Funus & impe rio parabat. Funus pro exitio poſitum eſt. Imperio autem utiq; romano intelligendum.

NVNC eſt bibendũ. Epulũ cũ uictima celebrandũ monet ſodales ab uictotiã Auguſti contra An ASCEN.
tonium & Cleopatram in bello actiaco: meminit autẽ potius Cleopatræ ꝙ Antonii qđ hic Ro manus illa barbara ſit:quodq; hic illius auſpiciis & militibus rem male geſſerit. Verũ quia ut di cit Maro æneí.ii. Nullum memorabile nomẽ Fœminea in pœna eſt:nec hẽt uictoria laudẽ Ex tinxiſſe nephas &c. Ideo inducit Cleopatrã uirili aío bellantẽ euictam ſibi mortẽ conſciſcentẽ Et ꝗa id ꝑter naturã muliebrem facit: monſtrũ uocat:ut in proceſſu patebit. Ordo autem hic eſt. O ſodales.i.o ſocii men ſæ:quibus cum ueſci & conuiuere ſolitus ſum. Nunc eſt ſcilicet nobis & omnibus Romanis:bibendum ſcili cet ad uoluptatem(nam ad neceſſitatem ſemper bibendum eſt. Notum autem eſt gerundium in dum & eius

gerundiua nomina cum uerbo eſt importare quandam neceſſitatem:aut decentiam: ut ita faciendum fuit: ideſt ita oportuit factum:mos gerundus eſt thaidi: ideſt decet morem gerere &c.& utrunq; etiã hic:nam bibendum eſt gerundium:pulſanda gerundiuum nomen)Tellus eſt pulſanda nunc quod emphaſim per excluſionem habet:qui non prius:pulſanda eſt inquã: pede libero:ſcilicet a curis & ſollicitudinibus:hoc eſt nunc liberius ſaltandum & tripudiandum eſt:& tempus erit:nunc ornare puluinar ideſt tabulas:aut potius lectulos deorum inquit in epulo & uiſcerationibus ſterni ſolebant quaſi & dii ipſi accumberent:nã in lectis olim faciebant conuiuia:unde & tricliniũ dictum eſt:hinc enim ait poeta noſter primo ſermonum. Sæpe tribus uideas lectis cœnare quaternos:ubi autem hic dicitur. Tempus eſt ornare puluinar:orator diceret ornãdi puluinaris:dapibus ſaliaribus ideſt opiparis & ſumptuoſis quales ſunt ſaliares. Nam ſicut regium & regale differunt:ut quicquid regis fit:regium dicatur:regale autem regis magnificentia dignum:ſiue eius:ſiue alterius ſit:ſic ſalium & ſaliare:nam ſalium eſt ſaliorum:ſaliare:ſaliis dignum. Veteri ergo de more ſacerdotes & rebus ſacris dediti menſis pinguioribus indulſerunt. Vnde bene dicit dapibus: nam & dapes uolunt eſſe deorum aut ſolenniores eſca. Addit quare dixerat nunc:quia ante hac.i.ante huius tempus nephas ſup.fuit: depromere promendo extrahere:cellis auitis ideſt in quibus aui uinum condiderant:& ita ſane uetuſtum ſignant:quod in precio ſummo erat: quod etiam a patria laudat addens:cæcubum ſup.uinum natũ in cæcubo monte campaniæ. Ante dico erat nephas dum regina.ſ. Cleopatra regina ægypti:impotens.i. ualde potens:ut Mancinellus aſſerit:uel reuera impotens.i.per impotentia animi:quia non poterat continere animũ aſperãda re illicita & quam aſſequi nõ poſſet.unde ſicut(quod recte docet in enchiridio diuus Auguſtinus) deus & ſancti in cælo qui peccare non poſſunt non ſunt dicẽdi ob id impotẽtiores ſed multo potentiores:ſic qui appetitum ſuum ab illicitis arcere nequeunt non potentes ſed impotentes dicendi ſunt & id uitium impotentia merito uocatur:regina ergo impotens.i.per impotentiam abſtinendi a negatis:coacta ſperare quilibet.i.quãlibet rem tã conceſſam q̃ non conceſſam.Nec legendũ eſt quodlibet: nã quodlibet eſt adiectiuũ: nec ſtat ſine ſubſtantiuo quidlibet autem ſubſtantiue ponitur:& per ſe plenũ eſt:& ebria:docet qũo impotẽs effecta eſt:q̃a effecta ebria.i.rõnis expers:fortuna dulci:q̃a ut dicit Maro aſpirat primo fortuna labori. Et ſic quoq; Cleopatræ euenerat quæ primo uicerat:& quia Antonio triumuiro nupſerat ſperabat poſſe imperiũ Romanum aſſequi:cum grege turpium uirorum ſcilicet ſpadonum.

Contaminato cum grege turpium
Morbo uirorum:quilibet impotens
Sperare:fortunaq; dulci
Ebria:ſed minuit furorem
Vix una ſoſpes nauis ab ignibus
Mentemq; lymphatam mareotico
Redegit in ueros timores.
Cæſar ab italia uolantem
Remis adurgens:accipiter uelut
Molles columbas:ac leporem citus
Venator in campis niualis

ANTO. ❡Contaminato:corrupto. Morbo caſtratione turpium uirorum:ideſt ſpadonum qui Cleopatram ſequebantur de quibus late ĩ epodo nono. Impotens Impotens:ualde.p. Virgili item lib.i.geor.nun q̃ imprudentibus imber offuit:ideſt ualde prudẽtibus.Cice.quoq; lib.q̃nto th.Qui nihil metuãt nil agant nil concupiſcant nulla impotentia efferantur:ideſt ualida potentia.Ebria elata & iprudens fœlicitate ut ebrii uino.Vix una ſoſpes nauis quo pacto euaſerit Cleopatra uideto latius in epo.ix. Ab ignibus:multe enĩ Ant. naues uſtæ multe ſubmerſæ multe captæ ſunt:de q̃bus ample legito in epodo nono. Lymphati Lymphatam mẽtem ideſt commotã inſania & ueſanam. Varro enim ſcribit quod in græcia commota mẽte quos lymLympholenti pholentos appellant:lymphatos dixerunt noſtri Mareotis mareotico uino:ſcilicet mareotide palude ægypti:ubi optimum:uinũ hinc ait poeta lib.ii.ge.ſunt thaſiæ uites:ſunt & mareotides albæ. Velut.ſ.adurgẽs.

PORPH. ❡Contaminato cũ grege:ideſt cũ grege ſpadonum quos Cleopatra ſatellites:& cubicularios habebat:quos morbos turpes dixit quia ferre ii effœminati ſunt. Fortunaq; dulci:hoc eſt fortunæ ſucceſſu demens & inconſulta. Sed minuit furorẽ uix una ſoſpes nauis ab igni. Vna nauis q̃:ſcilicet effugit uicta ab auguſto ſm unam nauem dictum apice.Mentemq; lymphatam mareotico redegit in ueros timores.Mareotis palus eſſe dicitur in ægypto: unde uinum mareoticum. Dicit ergo lymphatam mentem mareotico ex ebrietate ueſanam accipi. In campis niualis hæmoniæ:Hæmonia dicitur ab hæmone monte quem niualem merito appellauit quia eſt frigidiſſimus.

ASCEN. ❡Contaminato.i.qui grex erat cõtaminatus morbo.ſ.caſtigatione:dicunt enim ſpadones a uerbo græco σπαω ſpao:quod eſt euello:ob teſticulos euulſos:& parabat capitolio.i.arci Romanæ:ruinas dementes.i.dementer conceptas:& parabat imperio.ſ.Romano funus.i.exitium:quia actum fuiſſet de imperio romano ſi ipſa uoti compos fuiſſet:traduxiſſet enim rerum ſummam ad ægyptios.In quo etiã poeta callide aſtruit iuſtam Auguſti quærelam qui pro Romano imperio bellabat. Ebria ergo fuit:ſed uix una nauis.ſ.in qua ipſa euaſit:ſoſpes:ideſt incolumis ab ignibus ſcilicet immiſſis a Romanis:minuit ſcilicet Cleopatræ furorem.i. dementiam & temeritatem: quia oculos quos læta fortuna eripit aduerſa reſtituit & redegit mentẽ.ſ. Cleopatræ lymphatam.i.furore & ebrietate parcitam:mareotico.ſ.uino quod in mariotide palude ægypti naſcitur huius eſt confidentia quã prius ex læto ſucceſſu in ægyptiis ſuis habebat:in timores ueros:cũ uana fuerat confidentia:põt & huic fini eſſe alius ordo:ut iam dicam. Cæſar ab italia.Recitat quãto impetu Cæſar Cleopatram

Cleopatram:ut eam caperet inſecutus ſit:& quanta animoſitate illa in fugam coacta cum nõ eſſet ſpes reparandi exercitus ne in triumphum duceretur adhibitis ſerpentibus ſibi mortem cõſciuerit:qd' (ut dixi) in laudem uergit Auguſti. Nam laus uictoris ex precio dependet uicti. Parũ.n.fuiſſet mulieré muliebriter agẽtem uiciſſe:unde ironicos dicit Iuno ad uenerem æne.iiii. Egregiam uero laudem & ſpolia ampla refertis Tuq; puerq; tuus:magnum & memorabile numen Vna dolo diuum ſi fœmina uicta deo:: dicit ergo Cæſar adurgens ſup.erat remis.ſ.ſuis.ſ.illam unã nauim Cleopatræ:uolantem.i.celeriter aufugientem:ab italia:cum prius etiam capitolio ruinas paraſſet:aut quia non eſt uerbum:Cõſtruamus cum ſuperioribus ſic. Et Cæſar adurgens remis illam unam nauẽ Cleopatræ uolantem ab italia: redegit mentem Cleopatræ lymphatam ideſt inebriatam:mareotico.ſ.uino:in ueros timores. Adurgens dicit:uelut accipiter.i. auis illa p̃datrix ſup. adurget:columbas molles.i.imbelles & mites:ac uelut uenator citus.i.celer urget ſup.leporem in campis.

Hæmoniæ:daret ut cathenis
Fatale monſtrum:quæ generoſius
Perire quærens nec muliebriter
Expauit enſem:nec latentes
Claſſe cita reparauit oras
Auſa & iacentem uiſere regiam
Vultu ſereno:fortis & aſperas
Tractare ſerpentes:ut atrum
Corpore cohiberet uenenum
Deliberata morte ferocior
Sæuis liburnis:ſcilicet inuidens
Priuata deduci ſuperbo
Non humilis mulier triumpho,

¶ Hæmoniæ:ideſt teſſaliæ:nã teſſalia ipſa priori ſæculo pyrrha ab deucaliõis uxore pyrrha. nominabaſ & Hæmonia ab hæmone: a cuius filio theſſalo theſſalia uocata eſt plura. Strabo lib.ix. ANTO. Hæmonia Theſſalia
Hæmoniæ:hic fiat colõ:nam ſuperiori ſententiæ cõuenit non ſequenti. Fatale:a fatis ei ſeruatum:uel fatale.i.mortiferum nec latentes claſſes cita repauit iras:ſenſus é qd' Cleopatra apd' actium uicta in patriã fuga delata eſt:noluit enim ueloci claſſe extremas ægypti oras adire: illaſq; ſibi munire:quo tutior eſſet. Plutarchus aũt in Antonii uita ſcribit:q; ubi in alexandriã appulit. Cleopatra inter rubrũ & ægyptiũ mare tranſferre claſem iſtituit in arabicũ ſinum & cum auro & argẽto & magna ſuorum manu in ignotas ſedes commigrare:fugiens bellum ac ſeruitutem. Sed quũ primas naues per terrã delatas arabes igne cõbuſſiſſent:Antonius tũc etiã in legionibus q̃s apud actium reliquerat ſpem hr̃e & incolumes eſſe putaret fruſtra tamen. Deſtitit. Cleopatra ab incepto & portus ac littora cuſtodire contendit. Vacans cum Antonio uti prius luxuriæ & lautitiæ ac ſumptui: interea ob Auguſtum in urbem reuocatum ab Agrippa: quia res urbanæ præſentiam ſuam deſiderare uidebantur facta eſt dilatio belli. Demum exercitum in alexãdriam adduxit. Antonius aũt ſuis militibus deſtitutus & p̃ditus quũ accepiſſet Cleopatram:licet falſo ſibi mortem conſciuiſſe gladio ſibi uẽtrem pcuſſit:ſeq; in lecto poſuit deide ad Cleopatram deductus eſt adhuc Cleopatra.
uiuens cui multa dixit inde ſumpto uino expirauit. Poſt hæc miſit Auguſtus Proculeium:ut Cleopatram uiuam adduceret quo eius pecuniis congeſtis potiretur & in triumpho etiam duceretur:illa tamen contendit gladio quo accincta erat ſeipſam necare. Proculeius uero ademit ſibi:febre poſtea oppreſſa eſt nimio planctu. Qua de re eã adiit Auguſtus promittens quam plurima uti ipſa optabat & hoc ne ſe occideret attamẽ ne in triumpho deduceretur clam Auguſto ſibi mortẽ conſciuit aſpidis morſu in brachio recepto:accurrẽs autem Auguſtus inuenit eam mortuam aureo in lecto iacentem regio morte ornatam quam poſtea magnifice ac regie una cum Antonio ſepeliri iuſſit. Iacentem regiam:ideſt territã & mœſtam alexandriam. Fortis:magnanima. Deliberata morte:ideſt ubi mori decreuit. Ferocior ſæuis liburnis:Appianus lib.ſecundo ſcribit. Illirio:: gẽtẽ liburnos eẽ de qb⁹ multa ĩ primo epodo:liburni ãt ut ẽt Porphyrio ſcribit dñr ad mortem eẽ paratiſſimi. Scilicet inuidẽs:ſenſus eſt:qd' Cleopatra ſe occidit inuidens Auguſto. ne ipſa regina priuata ſcilicet regno:ideſt captiua & ſerua duceretſ in triumpho ſuperbo:ideſt glorioſo ob eam deductam. Auguſtus Cleopatræ mors Liburni
¶ Daret ut cathe.fa.mon. A fato ſibi ſeruatũ. Aut deteſtabile:aut dictũ hoc accipiamus:q̃ſi decreto nobis fatorum obiectũ. Nec muliebriter expauit enſes:nõ tanquam enſe perierit Cleopatra:ſed ſignat eam tã præſtantẽ aĩ fuiſſe ut enſem quoq; timuerit. Nec latẽtes cita claſſe repauit oras. hoc ẽ nec fugit latẽtes.i.intimas ægypti regiones ut uires inde repararet. Fortis & aſperas tractare ſerpentes:hoc ideo dicitur quia ſerpentem ſibi oppoſuit cuius morſu periit. Deliberata morte ferocior ſæuis liburnis:deliberata:utrum procognita poſitum eſt:an uero dẽ qua pleriq; deliberant.i.dubitant:ut ſit hoc perpetuũ epithetõ mortis. Signat aũt in ipſius mortis ſignificatione cõſtantiſſimam fuiſſe. Liburni:gẽs ferox:illyrici ad moriendum apparatiſſima. Scilicet inuidens:priuata deduci ſuperbo non humilis mulier triumpho. Inuidens:ſcilicet Auguſto ne captiuitas ſua illi glorioſiorem honeſtioremq; triumphum facere ornatu. Nam & T. Liuius refert illam cum de induſtria ab augu. in captiuitate indulgentius tractaretur identidem dicere ſolitam fuiſſe ου θριαμβευσομαι ideſt non triumphabor ab alio. PORPH.
¶ Hæmoniæ.i.theſſaliæ:niualis.i.niuibus conſperſæ:cũ effugere nõ põt:adurgens dico:ut daret cathenis.i. uinculis:monſtrũ fatale.i.mulierem (quod mõſtri ſimile eſt) pluſq̃ uiriles animos habentem:ſed fatus.i.morti deſtinatam. Et quia emphaticos monſtrum pro monſtruoſa muliere poſuit:refert non ad uocẽ: ſed ad rẽ dicens:quæ ſcilicet mulier monſtruoſa quærens.i.intendens perire generoſius.ſ.q̃ mulieri competat:nec expauit muliebriter.i.more mulierum:unde dictum eſt:bellaq; matribus deteſtata: enſem.i. mucronem: nec reparauit cita.i.ueloci claſſe.i.& non repetiuit ad reparandum exercitum oras.i.extremas partes regni:laten ASCEN.

tes.i.in quibus latere potuiſſet:auſa uiſere.i.ire uiſum:aut uidere:uultu ſereno.i.impterrito:&.i.ſimul:regiã
aulam:iacentẽ.i.concuſſam ex re male geſta:&.i.ſimul ipſa fortis.i.animoſa:auſa eſt tractare ſerpentes a ſpe
ras.i.aſpides uenenoſas:ut cohiberet.i.contineret & imbiberet corpore.ſ.ſuo.uenenũ atrum.i.atrã mortem
inducturum:exiſtens morte deliberata.i.poſtquam deliberauerat & decreuerat mori:ferocior liburnis.ſ.po
pulis illyriæ:ſæuis.ſ.in ſe: q̃a ad mortem paratiſſimis:ſcilicet.i.ſcire licet cur id fecerit:quia inuidens mulier
non humilis.i.regalibus natalibus nata:deduci priuata.ſ.regno ſuo:ſuperbo.i.pompoſo & magnifico triũ
pho.ſ.Cæſaris Auguſti:ubi aequiſitus eſt color ex antitheſi.i.contrapoſitione:nam humilis & ſuperbus anti
theta ſunt. Dicitur enim humile ab humo:quaſi humi ſerpens ſuperbum a ſupra quaſi ſublime. Erat autem
mulier non humilis quantum ad genus & animos:humiliata tamen per fortunam:quia uicta.

Argumentum. Odes. xxxviii.

ANTO. TRigeſima octaua:& ultima huius pri
mi uoluminis ode ſuo puero ſcribens
odiſſe ait pſicos & ãpliſſimos appar⁹.
Itaq; mediocria ſibi ad uoluptatẽ: pa-
persarum uitia randa monet. Perſicos odi puer apparatus. Ode
eſt ſecundæ ſilis. Perſicos apparatus. Vino pſæ
magnoperæ temperãt:tñ cuiuſcunq; generis uo-
luptatibus q̃s audierint frui ſtudẽt. Quod Hero-
philyra dotus lib.i.ſcri. Diſplicent nexæ philyra coro-
næ:philyra caſus eſt ablatiui: Vñ Oui.ẽt lib.quin
to faſtorum ait. Ebrius incinctus philyra cõuiua
Tilia capillos Saltat Pli.aũt lib.xvi.de tilia inquit. In-
ter corticem & lignum tenues tunicas eſſe multi
plici membrana:e q̃bus uincula tiliæ euocantur.
Lẽniſci Tenuiſſime earum philyræ coronaꝝ:lemniſcis ce
lebres antiquorũ honore. Feſtus uero ſcribit lem
niſcos faſciolas fuiſſe dependentes ex coronis.

## Ode. xxxviii. dicolos tetraſtrophos de Parſimonia.

PERSIcos odi puer apparatus:
Diſplicent nexæ philyra coronæ
Mitte ſectari roſa quo locorum
Sera moretur.
Simplici myrtho:nihil allabores
Sedulus curo:neq; te miniſtrum
Dedecet myrtus:neq; mẽ ſub arcta
Vite bibentem.

Explicit liber primus.

Plini.lib.xxi.cap.iii.ſic ait.craſſus diues primus argẽto auroq; folia imitatus ludis ſuis coronas dedit. Acceſ
ſerunt quoq; & lemniſci quos adici ipſarum coronaꝝ honos erat pp hetruſcas:q̃bus iũgi niſi aurei nõ debe
bãt puri diu ſuere ii:celare eos primus īſtituit. P. Claudius pulcher bracteaſq; ẽt philyræ dedit hæc ille. Phi
Roſæ lyra.i.illæ lib.& membranula. Sera:tarda. Moreẽ:moram trahat ultra alias Pli.lib.xxi.ſcribit quod roſa
Carthaginæ Hiſpaniæ hieme quoq; tota precox eſt. Precox item cãpana ſera mileſia: nouiſſime tamen de-
finit præneſtina. Simplici myrtho:ideſt cui nſl aliud addatur. Eſt autem Ordo. Sedulus ego curo nihil alla-
bores:ideſt laborando addas ſimpliciter myrtho. Sedulus ſine dolo & ſimplex. Sub arcta Vite bibentem.
Pampinis denſa & umbroſa:quod quidem in æſtu pergratum eſt.

PORPH. PErſicos odi puer apparatus. Ad puerum ſuum de hilaritate loquitur negans ad uoluptatem opus
eſſe magno apparatu:perſæ autem reges ob nimias diuitias in ſumptuoſiſſimis delitiis uitam age
re dicuntur. Diſplicent nexæ philyra coronæ:hoc eſt diſplicent coronæ operoſius factæ. Mit
te ſectari roſa quo locorum ſera moretur:uetat puerum magnopere roſas ſibi quærere quæ ſo-
lent iam præterito ueris tempore ex frigoribus afferri. Simplici myrtho:nihil allaborens. Senſus: nihil alla
bores myrtho applicare. Simplex enim myrthus delectat nec in hac re uolo ſedulus ſis ideſt ocioſus. Vt pluſ
quam &c.ut pluſq̃ myrtho coroneris:ordo eſt aũt:nihil curo.i. nõ curo ac per hoc nolo. Neq; ſub arcta ui
te bibentẽ:arctã uitẽ ſpiſſam ac per hoc umbroſam accipe. Plautus in aulularia myrthũ ẽt fœminino gñe di
xit & neutro fœminino.ſic p myrtheta ꝓſiluit:Et hæc myrth⁹ ueneris ẽ hæc myrtheta nomẽ ſignificat.

ASCEN. PErſicos odi. Hac ode huius libri ultima modeſte cõmemorat poeta parſimoniã ſuam ſignificans
ſe amare cœnã parabilem ſine magno apparatu:idq; ex ꝓfeſſione epicuri:qui cum uoluptatẽ po
tiſſimum animi:ſummũ bonũ cenſeret:nec eam aſſequi poſſet niſi modicis cõtentus ſit:nõ enim
cuius contingere poteſt rerum affluentia:ſæpe ad parſimoniam:& ut apud Senecam legiẽ pcos
hortulos inuitauit ſectatores ſuos. Ordo igiẽ eſt. O puer ideſt miniſter ego odi:ideſt odio pſequor:apparatus
perſicos ideſt nimis lautos & ſumptuoſos:quales hñt perſæ unguento & reliquo apparatui nimis indulgen-
tes:& coronæ ſcilicet ex roſis:hoc eſt ſerta:nexæ.i.connexæ filis:philyra ideſt ad philyram: hoc eſt circulum
factum ex lib.ſeu cortice interiore tiliæ:diſplicent ſup.mihi quaſi dicat cõtentus ſum ſimplici fronde: & iõ
mitte ideſt omitte aut dimitte:ſectari ideſt diſquirere:quo locorum ideſt in quo loco:roſa moretur ideſt per
maneat antequam defluat ſera ideſt tarda. Vt ſcilicet faciunt delicati qui roſas cum apđ ſe defecerint ex alie
nis locis comparant. Ego curo ideſt uolo ut tu ſedulus ideſt quamuis ſis ſedulus: ideſt ſeorſum a dolo: hoc
eſt diligenter ſeruiens:nihil allabores ideſt nihil per laborem adiicias myrtho ſimplici ideſt puræ & imper-
mixtæ:quia neq; myrthus dedecet te miniſtrum ideſt cum ſis miniſter:neq; dedecet me bibẽtem ideſt cum
bibere parem non ſub lacunari aureo:ſed ſub uite etiam arcta:ideſt non ſane ampla.

❡ Finis primi libri carminum Horatii Flacci cum commentariis ſuis.

Argumentum primæ ode ſecundi uoluminis.

PRima ode ſecundi uoluminis hortaſ poeta Aſinium Pollionem Tragœdiaꝝ ſcriptorem:dõ ciui- ANTO.
liũ belloꝝ Cæſaris & magni Põpei hiſtoriá cõficit:ſæuere tragœdiæ muſam qeſceſ finat.Ordina Ciuilis bel
tis.n.publicis reb⁹ poterit tragœdiæ minus repetere.Laudat inde Aſiniũ ipm a pietate:a pruden li initium.
tia:a dignitate & honore ab eloquẽtiæ uiribus.Oñdit poſtea belloꝝ ciuiliũ calamitaté:dicit.n.ro
mano ſanguine totũ pene terraꝝ orbẽ repletũ:poſtremo eius muſam hortaſ ut relicto lugubri cátu ſecũ le



uiora q̃rat q̃lia ſanẽ ſyricos uerſus decreuerit:metrũ uero ſiłe eſt ode.ix.Motũ ex Metell c cõſule ci uicũ:ordo é:o pollio:appoſitio iſignẽ p̃ſidiũ mœſtis reis:& cõſulenti curiæ cui laurus triũpho dalmatico pepit æternos honores.Tractas motũ ciuicum ex M.cõſule belliq; cás &c. Motũ ci.i.tumultũ & cõmotionẽ ciuilẽ: quũ.ſ.Q. Metello: Lucio affranio cõſulibus nimia Põpei potẽtia ciuibus mouit inuidiá:ita ut Põpeiũ detractarẽt:p̃ſertim metellus ob minutũ crete triũphũ: & Cato q aduerſus potẽtes ſemp obliquus detrectabát Põpeiũ:actuſq; obſtrepebat: hic dolor Põpeiũ ad p̃ſidia dignitati panda ipulit quare orbis ipiũ ſocietate triũ principũ occupatũ eſt.Nã Galiá Cæſar ſuaſit:Craſſus aſiá Põpeius hiſpaniá q̃ dñatro.x.an.traxit:ut latius.L.florus edocuit:& li.ii.Api.& Plutar.in cæſa. Belliq; ca. Craſſi morte apud pthos:& morte Iuliæ Cæſaris filiæ q̃ nuptæ Põpeio erat:ſtatim æmulatio erupit. Nã Põpeio ſuſpectæ Cæſaris opes:& Cæſari põpeiana dignitas grauis.Ergo lẽtulo Marcelloq; conſulibus rupta p̃ria cõiuratiõis fide:de ſucceſſore Cæſaris ſenat⁹ i.põpei⁹ agitabat.Nec ille annuebat: niſi p̃ximis comitiis abñti ſibi rõ ſui cõſulatus hreſ:quẽ decẽ tribus fauẽte Põpeio nup decreuerát:ſed diſſimuláte codẽ negabaſ niſi ueniret & peteret maiorũ more ille cõtra flagitabat decreta ac niſi in fide p manerẽt:nõ ſe remittere exercitũ:ergo ut i hoſtẽ decretũ é:his Cæſar agitat⁹ ſtatuit p̃mia armoꝝ armis deſẽdere:p̃ria ciuilis bella arena Italia fuit &c.hæc & plura.L.florus: & aliĩ ſupradicti. Et ui.Cæſar.n.nec ferebat parẽ: nec Põpeius ſupiorẽ ut florus ſcri. Modos.i.q̃bus modis bellũ geſtũ eſt inter Cæſarẽ & Põpeiũ.p̃ia.n.ciuilis belli arena Italia fuit cuius arces leuib⁹ p̃ſidiis Põpei⁹ iſederat ſed oia ſubito Cæſaris ipetu oppreſſa ſũt prima arimini ſigna cecinerũt tũ pulſus hetruria libo:Vmbria Thermus Domitius cõfinio. Senatus ab urbe Põpei⁹ Brũduſio.Vrbẽ Cæſar.pene uacuá metu:uacuá metu igreſſus cõſulẽ:ſeipſe fecit.Aerariũ quoq; ſpoliauit:pulſo fugatoq; Põpeio maluit prius ordinare p̃uincias q̃ ipm ſeqoi.Demũ in cápis phlilippicis theſſaliæ deuictus Põpeius fugis in ægyptũ ubi ſub oculis ſuæ uxoris liberorũq; gladio trucidatus é:hæc & plura.L.florus.Ludũq; fortunæ:fortunæ ludus eſt imos attollere ſummos deprimere:qđ ipſi Põpeio & ſociis quoq; euenit. Principũ:Cæſaris & põpei. Graues ami.i.noxias:fuerát.n.affines:& una orbis impiũ ſibi ipſis cum Craſſo diuiſerant. Nondũ uncta: & ſolẽt.n.arma ungi finito bello ad fugádá eruginẽ: per id aũt oſtendit ciuile bellũ nõ penitus exhauſtũ. Expiatis:pugnatis & lotis cruoribus. Opus:appoſitio eſt.

Ciuilis belli cauſæ

Ciuilis belli modus

Q. Hora. Flacci Carminum Liber Secundus.

Ode prima tricolos tetraſtro. Ad Pollionem.

MOtum ex metello cõſule ciuicum
Belliq; cauſas: & uitia & modos:
Ludumq; fortunę: graueſque
Principum amicitias: & arma
Nondum expiatis uncta cruoribus:

MOtum ex metello cõſule ciuicũ.Hæc ode ad aſiniũ pollionẽ cõſularẽ uiꝝ & triũphalẽ ſcripta eſt: PORPH.
qua hortaſ eũ ut omiſſo tragœdiaꝝ ſcribẽdaꝝ ſtudio:ichoatũ hiſtoriæ opus cõſumet.Ac pinde
βαſαλαri.i.i tráſlatiõe belloꝝ ciuiliũ pollio hiſtoriá belli ciuilis a cõſulatu lẽtuli & mamerti coe
ptis altius repetit.i.a Metello celere &.a.L.Afranio cõſulibus.Attende aũt non ciuile ſed ciuicum
dixiſſe antiqua figura:illi enim ciuica hoſtica deinde ciuilia & hoſtilia dicebant.Denoiationes aũt hæ fere li
beræ ſunt apud doctos:& motũ p bello poſuit. Ludũq; fortunæ:hoc eſt quæ res humanas ludibrio habet.
Et arma nõ ex.i.loti cruores ſint:ergo intelligi uult pene adhuc in manibus eſſe arma ciuilia:ſolẽt autem
ungi arma cũ poſt bellũ tranſactum reponẽda ſunt.Ordo ergo eſt:nõdũ expiatis cruoribus.

MOtum ex metello.Secũdũ librũ ab altiore auſpicatus exordio admonet aſiniũ pollionẽ: de quo ASCEN.
eſt illud in buc.maronianis Pollio & ipſe facit noua carmina:occulere ad tps tragœdiá quam do
ctiſſime ſcripſit de belloꝝ ciuiliũ miſero exitu eo q nõdũ ſopita eẽnt.Ordo aũt é lõge petẽdus ſic

ſic O pollio.ſ. aſini:inſigne p̄ſidiū.i.defenſor:reis mœſtis.ſ.criminis accuſatis: & curiæ.i.ſenatui cōſulenti.ſ. cōſiliū peten.i.tā in priuatis q̄ publicis cauſis:cui laurus.i uictoria lauro donata: peperit æternos honores triūpho dalmatico.i.quē duxiſti deuictis dalmatis:tu tractas motū.i.tumultū: ciuicū.i.ciuilem ex metello cōſule.i.ſumens initiū ex cōſulatu Quinti metelli & Lucii affranii: & cauſas belli.i.ambitionē.uñ addit & pro.i.uitia & modos:quia etiam ī iuſto bello ſæpe modus bellandi uitiū affert:& ludum fortunæ:q̄ nūc hos nūc illos extulit:& amicitias.i.cōſpirationes principum.ſ. triūuirū:graues.ſ.reipub.quæ per eas extincta eſt. Aut amicitias Cæſaris & Pompei:graues quia in ſummum odium excreuerunt.

Periculoſę plenum opus aleæ
Tractas:& incedis per ignes
Suppoſitos cineri doloſo.
Paulum ſeueræ muſa tragœdiæ
Deſit theatris:mox ubi publicas
Res ordinaris:grande munus
Cecropio repetes cothurno:
Inſigne mœſtis præſidium reis
Et conſulenti pollio curiæ:
Cui laurus æternos honores
Dalmatico peperit triumpho.
Iam nunc minaci murmure cornuum
Perſtringis aures:iam litui ſtrepunt.
Iam fulgor armorum fugaces
Terret equos:equitumq; uultus
Audire magnos iam uideor duces
Non indecoro puluere ſordidos:
Et cuncta terrarum ſubacta
Præter atrocem animum Catonis.

Herculis mors Deianirā uero intellecta re laqueo uitā finiuit:Hercules autē cōſtructa pyra in Oeta mōte ex reſponſo apollinis:& deſperata ſalute in pyram aſcendit rogans:ut ignem ſubiicerent:tunc philoctetes in gratiam ſagittarum:quas ei hercule:relinquerat pyram ſoccedit:ſubitoque fulminibus circum cadentibus pyra exuſta eſt. Accedentem Iolao ut oſſa colligeret:quum nullum penitus repertum eſſet: credentes herculem ſecundum oraculi reſponſa ad deos tranſlatum illi ut heroi ſacra quædam fecerunt:hæc meminit Diodo.libro quinto. Quod etiam libro nono met.Oui.ampliſſime ſcribit. Efficacis hercolis.id quidem herculis p̄peruū eſt epithetō: Efficax n.dr̄ q facile pōt efficere & iplere qcq̄d uoluerit:Iocoſe iocis gaudēs:Spōda:exteriore p̄te lecti.

PORPH. ℭHoc de.u.d.p.ſ.ſ.a.ut cum ait ruens uolens adderat.Nec munus hu.effica.herculis: de ueſte illa loquitur ſanguine:Ne ſi delibuta quam e Deianira coniuge oblatam hercules cum ſe induiſſet incendio eius abſumptus eſt:efficacis autem perpetuum epitheton uult eſſe herculis. At ſi quid unquam tale concupiueris ioco ſe mecœnas præcor:oportune iocoſum appellat cui uelit iocos ſuos commendatos eſſe.

ASCEN. ℭMedæa uenefica illa notiſſima apud colchos:ut ideſt poſtq̄ mirata eſt Iaſonem ducem.ſ.argonautarum: candidum.i.formoſum:præter ideſt ſupra omnes argonaotas ſcilicet reliquos perunxit ip̄m illigaturum.i. qui erat illigaturus tauris ſcilicet ferociſſimis:iuga ignota ideſt inſolita & non prius impoſita:hoc ſcilicet ueneno allii. Et ſu.ipſa ulta pellicem ſcilicet glaucam creontis regis corinthiorum filiam ab Iaſone ductam: donis ideſt quibuſdam munuſculis a filiis ad matrem allatis:delibutis ideſt inunctis atq; infectis hoc ſcilicet ueneno quod in allio eſt.(Non tamē putat ad allio effectum:ſed tantam uim allio eſſe: ut talia fieri poſſint) fugit ſerpente alite ideſt alato poſt incenſam regiam:ut Māci.recitat. Nec tantus uapor.i. exhalatio ignea; ſiderum.i.ui ſiderum demiſſa:inſedit onquam appuliæ ſiticuloſæ:quia æſtuoſæ quātus ſu.ardor allii inſedit mihi:nec munus herculis efficacis ideſt ad herculem efficacis uirtutis uirum miſſa tunica quam camiſiā uocant.uenenato ſemine & ſanguine infecta:inarſit humeris ideſt in humeris herculis:æſtuoſus ideſt ardentius quam ſu.allium inarſit præcordis meis. At o mecœnas iocoſe ideſt qui iocis gaudes: ego præcor ſi concupiueris unquam:quid ideſt aliquid:tale ideſt allii eſum:puella apponat tuo ſuauio ideſt oſculo aut ori manum ne.ſ.os ipſius cōtingas:& cubet extrema ſponda.i.p̄te lecticæ ultīa:hoc ē eā des pœnā: ut ab amica ſpernaris.

Argumentum

Argumentum. Odes.iiii.

ANTO. POcta ĩ Menã libertũ ĩuehit̃:is.n.pecunia ſupbus erat:& ordīe eqſtri receptus:tribunuſq; militũ factus. Acrõ autem & Phorphyrio ſcribunt Menam Cn.pompei magni libertum fuiſſe. Deinde apud ſex.Põpeium magni filium manſiſſe:quo qdem exercente pyraticã ad auguſtũ pfectus claſſis relicto ſexto confugit:iteꝗ; poſtea ad ſextum reuerſus eſt:rurſus illo relicto ad auguſtũ redijt: a quo tribunus militum factus eſt:Sue.ẽt ſcri.neminem unq̃ libertinorum adhibitũ ab auguſto cœnæ excepto Mẽa.ſed aſerto ingenuitatẽ poſt proditã ſexti Põpei claſſem.Metrũ uero eſt primæ ode epodum ſimile.

Ode.iiii.dic.diſt.in Menã Cn.Põ.libertũ.

LVpis & agnis q̃ta ſortito obtigit
Tecum mihi diſcordia eſt:
Ibericis peruſte funibus latus:
Et crura dura compede:
Licet ſuperbus ambules pecunia:
Fortuna non mutat genus.
Vides ne ſacram metiente te uiam
Cum bis ter ulnarum toga

Sortito: ex ſorte & naturali diſpõne. Naſo quoq; in ibin ait. Pax erit hæc nobis donec mihi uita manebit Cum pecore infimo quæ ſolet eſſe lupis. Ibericis funi Iberia bus græci eãdem iberiam & hiſpaniam noiabãt: ſic ẽt romani.ut Stra.ſcri.lib.iii.Ptole.item li.ii.ſic ait Hiſpaniæ quæ apud græcos iberia dicit̃ tres ſunt: regiones. Betica. Luſitania:ac Taraconenſis. Ibericis funi: oſtẽdit eũ fuiſſe Põpei regimẽ in iberia:pompeius.n.in iberia ſæpe contra ſertoriũ pugnauit a ſenatu qdẽ miſſus cũ metello in ſertoriũ & ppenna demũ obtrũcato ſertorio a ppenna amico:quẽ & heredẽ inſtituerat. Pompeius ipſe plenã uictoriam hũit nouiſſime cõtra perpẽnã pugnauit:qui captus & occiſus iberici belli finis extitit.ſcri.ea Apia.lib.i.lib.item.ii.aſſerit.quo tempore Põpeius brũduſiũ ſe contulit timore cæſaris:eius exercitum in iberia cõſediſſe:oĩbus in promptu patis:quocũq; neceſſitas ire cogeret. Erant aũt illic petreius & afranius põpei ꝓtores cõtra quos cæſar ipſe pugnauit: ac uicit. Eoſq; ad põpeium liberos redire cõceſſit:relicta hiſpania ſibi poſſidẽda:pp hæc igit̃ oñdere uĩ Hora. menam põpei remigẽ in iberia fuiſſe. Ibericis funi. Sparthũ herba eſt ſpõte naſcẽs: & q̃ non queat ſeri carthaginenſis hiſpaniæ citerioris portio nec hæc tota montes quoq; ſpartho opit:id in aqs mariq; inuictũ eſt: in ſicco ꝓferũt e canabi funes:in uſu eſt nauiũ armamentis iũco græci & ad funes uſi ſunt:ide trãſlatus a pœnis ſparthi uſus. Pli.auctor lib.xix. Meminit itẽ Gelli.lib.xvi.ca.iii.dicens igit̃ Hor. ibericis funibus ſparthi funes ĩtelligit q̃bus nautæ utunt̃. Peruſtæ latus:puſtũ hñs funiũ uidelicet flagris:p qd eũ uiliſſimũ ignauiſſimũq; fuiſſe remigẽ oñdit. Crura:tibias intelligit. Crus.n.nũc coxa nũc tibia dicit̃. Dura cõ.ferreis annulis & pedicis q̃les qdẽ remiges ipſi ferre ſoliti. Sacrã uiã. Via ſacra illa qdẽ erat:ut legit̃:q̃ a capitolio tẽdit ad Titi arcũ:Sic dicta:ut Varro ſcri.q̃a ſacra quotquot mẽſibus ferebant̃ in arcẽ.i.capitoliũ. Et per q̃ augures ex arce pfecti ſolebãt inaugurare. Scribũt alii ĩ hac uia:q̃m iuxta forũ romanũ erat:fructus & poma uẽdi ſolita. Vñ ait in arte Ouidius. Rure ſuburbano poteris tibi dicere miſſa illa uel ĩ ſacra ſint licet empta uia. Cum bis ter.ordo eſt. Cum toga ulnarũ bis ter:per qd̃ amplam fuiſſe oſtẽdit:hinc etiã ait Ammianus. Sudãt ſub põderibus lacernarũ. Iuuena.quoq; ſat.i.Criſpinũ eiuſdẽ fortunæ cũ mena de toga ſic taxat. Cum pars niliacæ plebis:cum uerna canopi Criſpinus tyrias humero reuocante lacernas. Ventilet æſtiuum digitis ſudãtibus aurum. Vlnarum. Seruius in buco.& lib.iii.geor.ſic ait. Vlna ſm alios utriuſq; manus extenſio eſt:licet Sueto.unum cubitum uelit eſſe tantummodo:qd̃ magis uerũ eſt.hæc ille:hic uero cõuenit magis:prima ſignificatio:ut intelligamus amplitudinem togæ:non longitudinem:ut aliqui ſentiunt.

PORPH. LVpis & agnis quanta ſortito obtigit tecum mihi diſcordia eſt. Hanc æglogam ĩ Menam ſcripſit libertum pompei magni qui perfectus claſſis fuit ſexto Pompeio bellum aduerſum Auguſtum cæſarem gerente. Hic cum claſſe ad Cæſarem tranſierat:deinde ad ſextum redit & rurſus refugit ad Cæſarẽ. Tecum mihi.di.eſt intelligendum hic extrinſecus tanta.ſic enim conſequens erit elocutio:quanta ſortito attigit diſcordia lupis & agnis.tanta mihi tecum eſt. Hybericis poſte funibus latus.reſtibus cæſum ſæpe ac per hoc malum ſeruum fuiſſe uult intelligi: hybericos autem funes ideo dicit quia in beria.i.hiſpania plurimum ſpertum naſcit̃. Vides ne ſacram metiente uiam cum bis ter ulnarum toga ora aduertat huc & illuc liberrima indignatio ideſt uides ne ut euntes ora huc & illuc uertant. Ordo eſt:uideſne ut liberrima indignatio uertat huc & illuc ora euntium te metiente ſacrã uiam:cũ bis ter ulnarũ toga liberrima indignatio. Signat ãt populum ex indignatione:q; ille oblitus conditionis tam magnificus ĩcedat detorquere ab illo aſpectum:& bene liberrimam indignationem dixit:q; libere ac palam hunc uidentes inſeruitutem inuehunt̃ cum bis ter ulnarũ togã hoc eſt cum ſex ulnarũ toga hãc ãt iuſtæ togæ mẽſurã ĩtelligẽdũ ẽ.

ASEN. LVpis & agnis. Menam libertinæ conditionis hoĩem quanto odio proſequatur ob ſuperbiam eiꝰ commemorat:hac ode dicens. O ſuper:mæna peruſte latius ideſt habens latus perudum funibus hibericis ideſt chordis:nauium ex ſpartho iberico factis frequenter ictu quaſi igni induratum: & peruſte crura ideſt habens crura peruſta & compreſſa dura compede(cum ſcilicet ad tranſtra alligatus remigaret)tanta ſup.diſcordia eſt mihi tecum:quanta diſcordia obtigit ſortito ideſt ex ſorte ideſt natura quam animalium quodque naſcendo ſortitur:lupis:& agnis qui inter ſe inimiciſſimi ſunt. Cauſam additionam licet tu amboles ſuperbus pecunia ideſt propter pecuniam adulatione & fraude partam:tamen fortuna non mutat genus ideſt propterea non minus es degener & minime generoſus. Videſne. Arguit eum ex cæcatum ſtrepitu fortunæ non uidere importunitatem ſuam dicens. Videſne:ne o mæna:ut ideſt qualibet liberrima ideſt nullo metu diſſimulata indignatio ſup.eſt:cum toga ſcilicet tua:bis ter ideſt ſex ulnarum:

Vt orã uertat huc & huc euntium
Liberrima indignatio:
Sectus flagellis hic triumuiralibus
Præconis ad faſtidium
Arat falerni mille fundi iugera:
Et appiam manus terit:
Sedilibuſq; magnus i primis eques
Othone contempto ſedet.
Quid attinet tot ora nauium graui
Roſtrata duci pondere
Contra latrones atq; ſeruilem manum.
Hoc hoc tribuno militum?

AOTO. ℭ Liberrima indignatio ideſt iuſtiſſima & ingens: libere enim non timide agebatur in eum. Sectus flagellis. ideſt uirgis ceſus. Iuue. ſat. uide mulierum ſæuitia in ſeruos ait Hic frãgit ferulas rubet ille flagellis: hic Scu- (Flagella triumuiri) rica &c. Vbi non ſecat ſed rubet in omnibus legitur: flagella autem dicunt ſummæ arborum partes ab eo q̃ uẽto⁊ crebros flatus ſuſtineãt. Virgi. lib. ii. geor. Neue flagella ſumma pete. Triũuiralibus: Innuit me nam publice quoq; in maius dedecus fuſtigatũ. Triũuiri. n. ſuppliciis p̃erant: hic ſic Salu. in Catili. ait. Triũuiroſ q; ad ſuppliciũ poſtulabat. Soſia itẽ in Plauti amphi. ſic inqt. Quid faciã nunc ſities uiri me in carcerẽ cõpegerint. Inde cras e promptuaria cella deponat ad flagium. Plini. quoq; lib. xxi. cap. iii. ſic ait. Atq; ob id duci eum in uincula. Triumuiri iuſſiſſent: Vt q; Liuius lib. xi. ſcribit. Triumuiri capitales: tũc primum creati ſunt ubi curius denatus cõſul Samnitibus cæſis ſabiniſq; uictis bis in eodem magiſtratu triumphauit. Præconis ad faſtidium ideſt tamdiu cæſus donec etiam præconi faſtidio eſſet. Per quod itelligendum dum noxii cedebant p̃cones tubas iſlare ſolitos. Qui mos adhuc (Phalernũ) mea i patria uelitris ſeruari ſolet. Phalerne fũdi. Secũda uini nobilitas phalerno agro erat: q; ager a ponte cãpano leua petẽtibus urbanã coloniã Syllanã nup capuæ cõtributã incipit: ut ſcribit Pli. lib. xiiii. In agrum uero phalernũ Appia uia ibat: pp̃terea appiæ quoq; meminit. (Iugerum) Iugera: iugeri mẽſura in ducẽtos & quadraginta lõgitudinis pedes dimidioq; i latitudine patet. Auctor Quintilia. lib. i. Teſte aũt Plinio lib. xviii. iugerũ uocabat q̃d uno iugo boũ in die exarari potuiſſet. (Viæ præclare) Appiã: p̃clariſſime ſũt uiæ: ut Strabo ait. li. v. Appia. latia. Valeria. Appia q̃dem ad mare uſq; ſinueſſã p̃tẽdit. Valeria uero in ſabinã uſq; ad maros. Hæc a tyburtinis capit initiũ: in ea appiã & ualeriã media latina eſt: q̃ ad caſinũ oppidũ cõiungit appiæ: a capua decẽ & nouẽ diſtãs ſtadiis. Pli. aũt ſcribit. Appiũ Claudiũ cæcũ in cẽſura uiã uſq; Brunduſiũ lapidibus ſtrauiſſe. Vñ illa appia dicta ẽ. Mannis: mãni equi dicti q; mãſuetud: nẽ manuũ ſequant: uulgo burrici dicebant: ut Porphy. ſcri. Sedilibus primi. Pedian⁹ in orõne p Cornelio ſic ait. Quã quã L. roſcius. Otho biennio añ cõſul firmauit in theatro: ut eqtibus romanis. xiiii. ordines ſpectãdi gratia darent. Et Sene. epiſtola. xliiii. inqt. At me hercle multis. xiiii. gradus clauſi ſunt nõ oẽ curia admittit. L. ẽt flo(Otho)rus lib. xix. epi. Liuii ſic ait. L. roſcius tribunus plæbis legẽ tulit: ut eqtibus romanis in theatro. xiiii. gradus p̃ximi aſſignarent. Othone contẽpto. i. ſpreta Othonis lege. Quid attinet. Quid p̃deſt inqt Hora. expugnas pyratas & manũ ſeruilẽ. Cum mena olim & ſeruus & pyrata cũ ſexto. ſ. Pompeio nunc tribun⁹ ſit militũ. Roſtrata ora nauium: proras intelligit habentes in fronte roſtra ærata pp ſcopulo ſcilicet ne oſtendantur. Cõtra latrones. cõtra pyratas itelligit. Sex. n. põpeius maria oĩa dep̃datoribus iſeſtabat: ita ut romani maxia fame augerent. In ſicilia aũt nauali p̃lio eũ Agrippa deuicit: ut li. v. Appia. ait: de quo latius ode. vi. li. i. iã diximus. Seruilẽ. m. Syrus qdã in ſicilia ad libertatẽ & arma ſeruos cõcitauit. Itaq; ſexagita ſeruo⁊ milia collegit iure belli refractis ergaſtulis. Inde caſtella uicos oppidã miſerabili de reptione uaſtauit: cœpit & caſtra p̃to⁊. Tãdẽ pp̃ẽna impatore ſuppliciũ de eis ſumptũ ẽ apud ethnã iterũ poſtea inſurrexere: ut prius ſæuientes, Aqlius tãdẽ deleuit. Tertio duce ſpartaco & gladiatores & ſerui multo peiora fecerũt demũ Licinius craſſus eos circa brutiũ angulũ ſupauit. Hæc oĩa late hñtur apud Luciũ florũ. Hoc hoc tri. mi. i. & latrõe & ſeruo.

PORPH. ℭ Sectus. fl. h. t. Triũuiralibus aũt q; dixerit ſpecialis elocutionis uſum eẽ p̃ generali puto: neq; n. triumuiris tm̃ ſed ẽt aliis poteſtatibus ius ẽ alienos ſeruos flagellare. Præconis ad. f. aſpere donec aliud agẽtibus triũuiris p̃co cum uellet deſinere iuberet. Et ap. m. t. elegãter mãnis: q̃a nimiarũ delitiarũ aſſuẽtia ẽ equos burricos habere: mãnos ãt equos uulgo burrichos appellãt. Appia pro q̃libet uia poſuit. Arat p̃prie q̃a phalerni agri meminerat: quo. ſ. appia uia neceſſe ẽ ire. Sedilibuſq; magnus in primis eqs. Othone contẽpto ſedet: & magnus eques & ſedilibus in primis eũ uehemẽti indignatiõe p̃fert: ex q̃ttuor aũt ordinibus quos lege Roſcius otho. tri. ple. in theatro q̃ſtori ordini dedit quo primi uerſus tribunitiis uacabãt. Quid attinet: tot ora nauiũ graui roſtrata duci põdere cõtra latrones atq; ſeruilẽ manũ. Sẽſus ẽ quid p̃deſt claſſe roſtratis nauib⁹ ducere aduerſũ latrones ac fugitiuos: quos ſextus põpei⁹ armauit: cũ hũc patimur tribunũ eqtẽ romanũ eẽ.

ASCEN. ℭ Vertat. i. uertere faciat huc & huc. i. in q̃libet. partẽ: ora euntiũ. i. tranſeũtiũ: & hoc te metiẽte. i. eũdo mẽſurante: uiã ſacrã quæ ducit i capitolium. Indignatio autem populi eſt dicentis: hic. ſ. qui tam pompoſus incedit. Sectus ideſt conciſus: flagellis triumuiralibus ideſt iuſſu triumuirorum incuſſis: ad ideſt uſq; ad faſtidiũ ideſt tedium & contemptum: præconis ſcilicet inflantis tubas & pronunciantis crimina ipſius tantis per dũ cædebatur: arat mille iugera fundi phalerni ſcilicet fertiliſſimi præcipue uini: ſed poteſt uideri ad ſuperbiã eius dictum: q; optimi uini fundum aret. & terit mannis ideſt equis in deliciis habitis: appiam. ſ. uiã: huc illuc q; obequitando: & ipſe effectus magnus eqs ſedet in primis ſedilibus. ſ. quattuordecim eqtibus aſſignatis in theatro: othone ſcilicet. L. roſcio: qui eam legem: tulerat: ſpreto ideſt contempto quia libertinæ cõditiõis cedo eũ locũ occupauit. Quid attinet ideſt ad rẽpu. faciet & quid p̃deſt: tot roſtra ora nauium duci. i. educi graui pondere contra latrones ideſt pyratas atq; contra manũ ſeruilẽ. i. ſeruorũ ſub ſyro. ſparthaco & ſimilibus graſſantiũ. Hoc hoc. i. tam tali hoie: tribuno. i. exiſtẽte tribuno militũ? q. d. hũc potius debellandum q̃ illos.

Argumentum

¶ Argumentum Odes. V.

ANTO.

HAec ode in canidiã ueneficã ſcribitur:ea quippe adamans uerum:a quo ſpernebatur p̃textatũ pue rũ cũ ſagana ueia:& folia ueneficis mulieribus clam cœperat:ſpoliauerat:in foſſam uſq; ad mẽtũ cum incantata aqua imerſerat:quo ex illius fame deficientis medulla:& iecore amoris poculum parare poſſet:puer aũt ſalutis expes diris iprecationibus illa eſt inſecutus. De eadẽ uero canidia latius Epodo.iii.diximus. Præterea de canidia:& Sagana lata idẽ Hora.ſcr.in ſat.viii.i.li.ubi incipit carmen. Vidi ego met nigra ſuccintã uadere palla canidiã &c.

Ode.v.dicolos diſtr.in Canidiã ueneficã.

AT o deorum q̃dquid in cælo regis
Terras & humanum genus.
Quid iſte fert tumult⁹:& q̃d oĩu3
Vultus in unum me truces?
Per liberos te (ſi uocata partubus
Lucina ueris affuit)
Per hoc inane purpuræ decus precor
Per improbaturum hæc iouem.
Quid ut nouerca me intueris?aut uti
Petita ferro belua?
Vt hæc trementi queſtus ore conſtitit
Inſignibus raptus puer:
Impube corpus quale poſſet impia
Mollire thracum pectora.
Canidia breuibus implicata uiperis
Crines & incorruptum caput.

Eſt autem metrũ primo ſimile. At o deorũ. Timẽtis pueri uerba ad deos. At enim timoris interiectio eſt q̃ q̃dẽ plenã affectus motuſq; animi ſignificationem habet. Deorũ q̃cq̃d.i.q̃cũq; dei in cœlo regitis terras & hoies. Fert:apetit. Tumultus:mulierum furor. Ec q̃d ferũt.i.appetũt. Per liberos:te canidiã puer orat iã ſe capiẽtem. Veris p̃tubus.i.legitimis filiis.uel nõ fictis partubus:p quod inuit eã uel nõ peperiſſe:uel ex adulterio cõcepiſſe. Lucia:hãc grauidæ iuocabãt:q̃m exactis mẽſibus lucem naſcentib⁹ iuno p̃bet unñ appellatur iuno lucina ab iuuando:& lucæ:ut Varro.docet Mac.li.vii.ſcribit qũo diana q̃ luna eſt αρτεμις dr̃ q̃ſi αεροτεμις hoc eſt aerem ſecã. Lucina a parturientib⁹ iuocatur:q̃a primũ eius munus eſt diſtẽdere rimas corporis:& meatibus uiã dare:quod eſt accelerãdo partu ſalutare. Inane:uanũ nõ enim ſibi p̃derat. Purpuræ de p̃textã itelligit. P̃riciis.n.bulla aurea cũ toga cui purpura prætexebatur utebantur.cordis aurẽ figuram in bulla ante pectus annectebãt.ut illam inſpicientes ſe hoies cogitarent ſi corde p̃ſtarent. Togã uero p̃textã ferebãt:ut ex purpuræ rubore ingenuitatis pudore te gerenſ:ut Mac.li.i.ſat.ſcr. Petita.ſ.h.leonem intelligit:uulneratus enĩ obſeruatione mira p̃cuſſorẽ nouit: & in q̃talibet multitudine appetit. Eũ uero q̃ tela q̃dem miſerit:ſed tñ non uulnerauerit correptũ raptatũq; ſternit nec uulnerat:auctor Ply.lib.viii. inſignibus:hoc eſt p̃rexta & aurea bulla. Impube.c.ſup.tale erat. Trhacũ.p.ſunt enĩ trhaces bellicoſiſſimi & ſi crudeles. Hic pollid.li.ii i æne.hic æneæ.heu fuge crudeles terras. Mela.ẽt ſcri. Thraces feroces eẽt & imites:uñ ut inquit q̃dã feri ſunt:& ad mortẽ patiſſimi nec fœminis q̃dẽ ſegnis eſt animus:ſup mortuorũ uirorũ corpora interfici:ſimul ſepeliri uotũ eximiũ hñt. Eſt ãt thracia europe regio iuxta myſiam:& macedoniã:& propontidem:ut li.iii.Prolo.edocet. Dio.ẽt aſſerit thraces p ampliſſimã regionẽ diffuſos p̃tĩ ad latus p̃põtidos maris colere:p̃tĩ ad helleſpõtũ cõiectos p̃tĩ ẽt ad ægeũ teneř.

Lucina
Lucina
Iuno
Artemis
Lucina
Bulla prætexta
Leonis natura
Thraces feri
Thracia

PORPH.

AT o deoꝝ q̃cquid i cœlo.r.t. Verba p̃textati uociferãtis in domo canidiæ:quẽ ſignãt a bea furtiz raptũ:ut necromãtiã ex eo faceret. Et bñ abrupta exclamatio in cœlũ:hoc enim dicit peremptũ eſt quicquid in cœlo eſt regens terras. Quid iſte.f.t. Tumultũ aũt dicit rapinæ ipſius quã paſſus eſt. Aut q̃uid oĩum uultus in unũ me truces. Earum dicit quæ cum canidia cõſcie miniſtræ ſceleris huius furant. Per hoc inane purpuræ decus præcor:quo magis oneret atrocitatẽ ſceleris huius p̃textatum ac per hoc honeſtum ac delicatum facit hunc puerum eſſe. Inane ergo decus purpuræ:apud eam inane intellige:quæ.ſ.ſine reſpectu æquitatis eius in eum ſæuiat. Inſignibus raptis puer:impube corpus:inſignia pueri intellige raptam prætextam ac bullam σχημα εφεξ[illegible] puer impune corpus:hoc eſt impube corpus erat. Quale poſſet ipia mollire trachũ pectora:ẽt trachũ ſic dr̃ illud apud Virg.q̃s talia fando Myrmidonũ dolopũ ue aut duri miles ulyſi:p̃ ẽt Myridonũ dolopũ ue. Brẽnib⁹ i.u.c.&.i.c. Furiali habitu eã deſcripſit & breues uipere p̃petuo επιθετο dr̃:nã ſũt nota ãt ẽ figura elocutiõis illigata crines:& illigata caput.

ASCEN.

AT o deoꝝ. Canidiã ueneficam q̃ puerũ p̃textatum ad ueneficium rapuerat taxans iducit ipm puerũ in raptu ſic q̃ritantẽ. At.q.d.ut hũanas opes nõ iplorẽ:o q̃cq̃d deoꝝ.i.q̃cũq; exñs deus in cœlo regis terras & genus humanum:quid iſte tumultus:ideſt mulierum furor fert:ideſt affert noui: aut quid ſibi uult:ecquid uultus truces omniũ.ſ.harum ueneficarũ ſcilicet Saganæ. Veiæ. Foliæ & Gratidiæ ſeu Canidiæ ſup.conuertuntur in me unum. Ego præcor o canidia ſup.te per liberos.ſ.tuos quorum memoria quia illis ſimile contingere poſſet:mihi perdere deas:ſi lucina uocata.i.inuocata a te:affuit ueris.i.non ſimulatis p̃tubus.i.ſi quos liberos habes:& ii qui tui dicunť non ſunt ſuppoſiti ſed tui p̃corem per hoc decus purpuræ.i.p̃ẽ r hanc prætextã quã ut nobilis puer ferebat:inane.i.nihil mihi p̃ficiens:quia nihilo minus raptor & p iouẽ improbaturũ.i.damnaturũ hæc & ita de te ſupplitia ſumpturũ:q̃d intueris me ut nouerca aut & bella.ſ.leo petitã.i.laceſſita ferro?hacten⁹ ſũt pueri uerba. Vt hæc tremẽti. Verba ſũt poetæ narrãtis qũo ueneficæ illæ ducæ canidia pueꝝ idulgẽtẽ iclemẽter abripuerũt dicẽtiſq; ſic.ut.i.poſtq̃ puer q̃ſtus i.cõqueſtus.hæc.i.hmõi quæ dcã ſũt:ore triſti cõſtitit iſignib⁹.ſ.nobilitatis & gñis:uidelicet p̃texta & bulla aurea raptis exñs corp⁹ ipube ſu.tale q̃le poſſet mollire ipia pectora thracũ.i.barbaroꝝ ferociũ:q̃les ſť thraces. Canidia magr̃a ueneficarũ iplicata crines & caput incõptũ.i.habens eas implicata more furiarũ:uiperis: ideſt ſerpentibus uenenoſis:breuibus:pro modo capillorum uetulæ:nam uult illi uiperas pro capillis fuiſſe.

Iubet ſepulchris caprificos erutas
Iubet cupreſſos funebres
Et uncta turpis oua ranæ ſanguine:
Plumamq; nocturnæ ſtrigis
Herbaſq; quas colchos atq; iberia
Mittit uenenorum ferax.
Et oſſa ab ore rapta ieiunæ canis
Flammis aduri colchicis.
At expedita ſagana per totam domum
Spargens auernales aquas
Horret capillis: ut marinus aſperis
Echinus. aut currens aper.
Abacta nulla ueia conſcientia
Ligonibus duris humum

ANTO. ℂ Caprificos: e caprificus ſylueſtri gñe ficus nū̃q matureſcẽs: eius uirtutes ſunt plurimæ. Quarū una ē ꝙ
Caprificus caprific⁹ ferociū tauroꝝ collo circūdata in tñ rabidū naturā cōpeſcit: ut ĩmobiles p̄ſtet. ply. li. xxiii. ita ſcr.
naſcit̃ āt in parietibus: & ſaxis monumẽtis: hic aliq dictā putāt caprificū ꝙ pietes qbus naſcit̃ carpit.
Cupreſſus Cupreſſus. f. Cupreſſus diti ſacra ē: & iō funebri ſigno ad domos poſita: ut ply. li. xyi. ſcri. Set. āt li. yi. æn.
ſic ait. Cupreſſus adhibet̃ ad funera: uel ꝙ cæſa nō repullulāt: uel ꝙ p eā funeſtata oñdit̃ domus: ſicut læ/
tā frondes idicāt feſtę. Varro tñ dicit pyras iō cupreſſo circūdari pp granē uſtrinę odorē ne eo offendatur
pop uli circūſtātis corona: q̃ tādiu ſtabat rñdēs fleti/
busꝑficę plāctuū principi: q̃diu cōſumpto cadauere
& collectis cineribus dicebat nouiſſimū uerbū illicet
qđ ire licet ſigñat. Vñ eſt. Dixitq; nouiſſima uerba:
hęc Ser. ibi. Et ferales añ cupreſſos conſtituūt. Fune
Funebre bres luctuoſas: funerum uero dicitur quod ex funere
Funerum conſtat: funeſtum quidem quod funere inquinatum
Funeſtum eſt. Turpis. r. de rana rubeta intelligit: cuius & in ter
Rubeta ra: & humore uita plurimis referta medicaminibus
ut plyni. lib. yiii. docet dicuntur autem rubetę quia in
ueperibus: & rubis uiuunt ut idem ſcribit libro xxix.
Et li. xxix. de ouis aſerit qūo ranæ hñt: & cū ouis ſo/
Striges cietatē ſimul frōti ĩpoſitę ꝯ epiphoras. Strigis: đ ſtri
gibus li. yi. ſa. ſic ait Naſ. Sūt auidę uolucres: ñ q̃ phy
neia mẽſis Guttura fraudabātꝫ ſed genus ide trahūt.
Grāde caput: ſtātes oculi roſtra apta rapiæ. Canicies
pēnis: unguibus hamus ĩeſt. Nocte uolāt: pueroſq; pe
tūt nutricis egētes. Et uitiāt cunis corpora rapta ſuis.
Carpe dñr lactētia uiſcera roſtris. Et poto plenū ſan/
guine pectus hñt. ē illis ſtrigibus nomē: ſed nois hui⁹
cā ꝙ horrēda ſtridere nocte ſolēt. Colchos. a. i. he regiones ſibi cōiunctę ſūt ĩ pōto ꝓuincia ad ſeptētrio
Iberia nē: de qbus late Ptole. li. y. ĩ pō. āt ꝓuētus eſt maloꝝ graminū. Hic ęgl. yiii. Maro. legit̃. Has herbas atq;
Pontus h̃ pōto mihi lecta uenena ip̃e dedit mœris naſcnnt̃ p̄lima pōto. Flā. c. q̃les media colchis tractauit. Ep.
ēt pe. idē Hor. de canidia ĩqt. Cale ſuenenis officia colchis. Saga. alterius ueneficę nomē. Expedita ac/
Auernus cincta. Auernales. a. Cōtiguus baiis lucrinus adeſt ſinus ĩtra quē auern⁹ ē: ĩ auerno maiores nři ĩqt Str.
li. y. hōericade functoꝝ uaticinia fuiſſe fabulis edidere. Eſt āt auernus: & fūdo: & oſtio ſūt cōmodus: &
magnitudie: & natura portū ꝯtinēs Supcilia q̃dā ardua auernū undiq; circūcludūt p̄ter oſtiū. Str. tpa amœ
nus culta molis oli āt agreſtib⁹ referta nemoribus & ꝓceris arboribus in uia: q̃ ſupſtitiōe q̃dā umbris obſcu
rarū ſinū reddebāt. Rumor erat ĩdigenaꝝ ſup uolātes aues q̃s teter exhalās odor exaiaret ĩ ipſas aq̄s deci/
dere: ſicut ĩ locis ad plutonē deſerētibus: hāc āt locoꝝ ptē plutoni dicatā opinabāt̃: placatiſq; prius p ſacri
ficia diis manibus illuc ĩtrabāt: aderat enĩ q talibus exponēdis ductores eēnt ſacerdotes locoꝝ fructus pci
piētes: fons uero ibi fluuialibus ſcātes aq̄s excurrit ĩ mare ab eius uſu abſtinebāt oēs Stygias opinātes eſſe
aq̄s. eo ĩ loco cōſtructū erat oraculū: ex aq̄rūq; feruore uicinaꝝ phlegetōrē eē cōiectura ſactitabant: & ex
acheruſia palude iuxta miſenū. hæc ex Str. Auernales. a. ĩ auerno defūctoꝝ uaticinia fiebāt: q̃ loci ps plu
tōi dicata exiſtimabat̃. Maro quoq; de Didone ueneficia ꝓ amore parāte dixit li. iiii. æn. Spſerat & latices
ſimulatos fontis auerni. Erat. n. ꝓpe fons in mare excurrēs: a cuius uſu abſtinebāt oēs: ſtigias opinātes eſſe
Echinus aquas: ut latius paulo ſupius diximus. Echinus. echini piſces ſūt e cācroꝝ gñe. ĩ qbus ſpie ꝓ pedibus: igre
di ē iis orbē uolui: ora ĩ medio corpe in terrā uerſa: ply. li. ix. id ſcri. eſt ēt terreſtris echinus q echinacius ali
ter dicitur. Ab. a. remota a nulla conſcia. i. cognitiōe ſui ipſius cordis. Veia alterius ueneficæ nomen.
Ligonibus: ligo ruſticū inſtr̄m eſt: dicit̃ aūt ꝙ propter latitudinem ſub terra facilius leditur: ut Var. docet.

PORPH. ℂ Iubet ſepulchris. c. c. nō ide iubet: ſed ex ſepulchris notiſſimis eruas accipe. q̄m ĩferna ac uenefica eē h̃ ſacrificia ĩtelligi uult. Alia deniq; ſūt & q̃ ſubiiciūt̃. Iubet cup̄ſſos funebres & c. Herbas. q. c. urbs ē theſſa/ lię. Theſalia āt uenenoꝝ ferax ē Hyberia āt nūc q̃ ĩ pōto ē ĩtelligēda. porro āt ut Vir. naſcit̃ plumāq;. n. ſt. ſic dñr uulgo ſtrigiæ. qa a ntō ſtrix nō ſtrigia. hæc āt ē auis ē nocturna mali ominis. Flāmis adu. c. p uene ficia accēdiſſe uult, ſed hoc pp Medęā dř q̃ colchis fuit. At ex. ſ. p. t. d. Saganā hāc ex cōſciis ac miſtris ue nefici illius accipe. Expeditam, ſuccintam uidetur dicere. Abacta ueia nul. cō. ablatiui caſus eſt, & ē ſen ſus, ueia quæ nulla mala conſcientia remota eſt.

ASCEN. ℂ Iubet caprifi. i. ficus ſilueſtres erutas. i. euulſat ſepulchris, ut ad necromātiā aptę ſint: & iubet cup̄ſſos fu nebres. i. ad funera ptinētes, & oua uncta ſanguie ranæ turpis. i. rubetę, & plumā ſtrigis. ſ. auis nocturnæ i. noctu pueros auferre ſolitę ſicut & lamię & herbas. ſ. uenenatas ad philira apt as q̃s colchos. ſ. ĩſula p̄ria medeę & cires, atq; iberia q̃ ē ad pōtū nō hiſpania hoc loco: ferax uenenoꝝ, qa naſcit̃ p̄lima pōto mittit & iubet oſſa rapta ab ore canis icinię, aduri flāmis colchicis ueneficis edoctis ut a medea q̃ regiā creōtis ĩ/ cēderat. At. i. ſed. Sagana. i. ſa uenefica ſpargēs p totā domū aq̄s auernales. i. ab auerno lacu quo ad infe/ ros deſcēdit̃ hauſtas horret. i. horrida ē capillis aſpis. i. erectis, ut echin⁹ marin⁹. ſ. piſcis hñs teſtā tā aſpā ut ē calix caſtaneę (Eſt & echineis piſces q ꝙ naues ĩmorat̃ remota dicet̃) aut ap. ſ. ſylueſter currēs, qa tūc ſpioſas ſetas erigit. Veia q̃. iii. ueneficia, nlla. i. ñ ulla ñ ab acta. i. đpulſa ab ĩcepto, ulla ꝯſcia, cū. ſ. nullā rectā aut pietas hřet ꝯſciaꝫ, cū. q. d. aĩ hūanitate ſe luſa, ſūt āt abacta & uera noĩatiui, nlla & ꝯſcia ablatiui caſus.

ℂ Quo

ANTO.

¶Exauriebat, effodiebat euacuabat. Quo.p.ordo eſt, quo loco puer īfoſſus poſſet emori in lōgo ſpectaculo dapis mutatę bis terq; die puero.n.anteponebanť epulę ſeui⁹ deide mutabātur, ut ſpectādo magis puer ipſe affligereť eſuriēs qđ ēt Porpbyrionis eſt ſnia. & magis qdē cōueniēs:ꝗ aliorū quorūdā opinio. Quātū: ordo ē tm̄ ꝗtū corpa ſuſpenſa ab aq̄ extāt mēto. Exerta uti. Veneficii cām explicat, ut.ſ.ex pueri uiſceribus amatoriū poculū facerēt Pli.li.xxyiii.ſcr.nō paucos græcos ſingulorū uiſcer̄ mēbrorūq; hoīum.ſ.ēt ſapores dixiſſe: alii aūt medullas crurū ꝗrebāt: & cerebrū īfantiū: miletus oculorū ſuffuſiōes felle bois ſenari docuit iecur: pueri.ſ.qđ aridū appellat Hor. Iuue.ueto ſaty.i.ſic cū ait.n. Quid referā quanta ficcū iecur ardeat ira: qđ qdē pp colerā ait ꝗ callida eſt & ſicca. Colera autē ab ipſo epate ad fel tranſmittiť: ex qua ira mouetur: hinc cōlerici facilius iraſcūtur pp humoris tenuitatē. Interminato: ſenſus eſt ꝙ ex pueri medulla: & ie core amoris poculū uolebāt efficere cum ſemel ītabuiſſent pupulæ fixæ cibo interminato.i.quū iam moriturus eſſet. Interminato cibo.i.interdicto, nō.n.fuerat terminatus in ore ipſius pueri. Sed tm̄ poſitus ante oculos ut magis cruciaretur, hinc ait pupulæ fixo cibo, & hoc oñdit ſenſum illum Acronis & alterius non conuenire ibi longo die bis terq; &c. Vel interminato.i.affixo, & ualde terminato, & p id īmobili. Intabuiſſent.i. languiſcent. Pupulæ, parue oculor̄ imagines, ꝗs phyſici dicūt ante triduū morituris nō apparete. Plini. etiā ait lib.vii.in oculor̄ & nariū aſpectu indubitata eſſe mortis ſigna. Celſus quoq; lib.i.de indiciis mortis inter talia ſcribit eſſe oculos conc auos, & ſi oculi lumen refugiunt, & illacbrymant quæq; in bis alba eſſe dicūt rubeſcūt, atq; in iiſdē uenulæ pallent pituitaq; in his innatās nouiſſime angulis īhæreſcit &cæ. Foliā, hæc alia uenefica erat. Ariminēſem, fuit ariminū umbror̄ colonia ſicut & Rauēna uerū utraq; romanos accepit inqlinos: habet aūt Ariminū portū: & eiuſdē nois amnē auctor eſt Stra.lib.v. Neapolis ocioſa innuit prædicta neapoli facta eſſe. Nam Gratidia neapolitana fuit, ut ſuperius dictū eſt. Ocioſa aūt Neapolis a poeta dicitur, qm̄ ut Stra.lib.y.edocet. habebat neapolis calidarum aquarū ſcatebras & apparatiſſima balnea, inde plurimi e Roma ſeceſſum faciebant aut qetis atq; ocii gratia, præſertī qui eruditōi operā darēt, aut remiſſoris uitæ deſiderio. maxime quos ſenectus affligebat uel aduerſa ualitudo &c. Voce the.i.magica. Theſſali.n.cātibus lunā cœlo ducere dicebanť. Hinc Tibul.elegia.viii. ait. Cantus & e curru lunā deducere tentat, & faceret ſi non æra repulſa ſonēt. Et Plautus in amphi.inqt. Ego pol hodie ulciſcar illum theſſalū ueneficum, qui peruerſe uertit familiæ mentē meæ diximus & plura in Iuue.ſaty.yi.ibi. Vna laborāti poterit ſuccurrere lunæ, & illic Theſſala philtra. Irreſectū pollicē.i. ualde & uſq; ad periculum roſum, de ungue aūt intelligit: per hoc demū Canidiæ atrocitatē & furorem oſtendit. Liuido, atro īnuido, moleſto & rabido, ſequenti Epodo ait, an ſiqs atro dente me petiuerit.

Pupulæ

Theſſali Venefici

Exhauriebat īngemens laboribus
Quo poſſet īnfoſſus puer
Longo die bis terq; mutate dapis
Inemori ſpectaculo.
Cum promineret ore quātū extant aqua
Suſpenſa mento corpora.
Exerta uti medulla & aridum īecur
Amoris eſſet poculum
Interminato cum ſemel fixæ cibo
Intabuiſſent pupulæ.
Non defuiſſe maſculæ libidinis
Ariminenſem foliam
Et ocioſa credidit neapolis
Et omne uicinum oppidum:
Quæ ſydera excantata uoce theſſala
Lunamq; cœlo deripit.
Hic irreſectum ſæua dente liuido
Canidia rodens pollicem:

PORPH.

¶Longo die bis terq;.m.d.i.ſ.ut magis incitareť puer ait illi anteponi æpulas, & ſæpe mutari. Execta uti.m.&.a.i.nūc uť cām tāti facinoris epithetis dolo malo cōſcitura, ſignificat aūt Canidiā amoris potionē Varo ꝑparare, infert.n.nō uſitatis Varo potionibus interminato. Semel fi.ci.in.p.N.d.m.l.A.fo. Dicit etiā foliā noīe ueneficā huic ſceleri īterfuiſſe, qđ ait maſculæ libidinis ad id ptinet ꝙ dicantur ꝗdā mulieres hr̄e naturā monſtroſæ libidinis coeūdi fœminis, quo crimine ēt Sappho male audiit. Et oc.c.u.uideť ſignificare ſcelus hoc neapoli factū, nā ut ſupra diximus, gratidia hæc neapolitana fuit. Neapolim aūt ocioſam ꝑ qetā dixit ſimul qa ocioſus.i.uitæ qetioris aptiſſimus ille ſeceſſus eſt. Hic irre.ſ.d.li.ſed illud attēde, ut duabus ꝓpōnibus exaggerata ſit facinoris attrocitas irreſectum per ualde, & ſæpius ſectum.

ASCEN.

¶Exhauriebat.i.effodiebat humū duris ligonibus quo.ſ.loco, uel quo.uideo ut puer.ſ.ꝓtextatus ille raptus, infoſſus poſſet emori in lōgo ſpectaculo dapis bis terq;.i.frequēter mutatæ die.i.p ſingulos dies, uolebat.n.puerū deſiderio cibi tm̄ oſtēſi emori ut eius medullæ deſiderii explēdi uim hērent cū.ſ.puer ꝓmineret.i.extaret ore ſup.tm̄ ꝗtum corpora ſuſpenſa aqua.i.ab aqs extant.i.eminēt mēto.i.cū eſſet infoſſus mētotenus, ideo uti.i.ut medulla pueri exerta.i.extracta (Ab ex & ſero fit exero) & iecur aridū exertū, eēt poculū amoris.i.philtrū, nā in iecore & medullis putatur ſumma uis amoris, cū pupulæ.i.puæ imagines oculor̄ pueri, ītabuiſſent.i.in mortē reſolutæ eſſent ſemel cibo interminato.i.non ad termiū.i.os ꝑducto ſed tm̄ oñſo. Nō defuiſſe. Docet & quartā ueneficā Foliā noīe affuiſſe dicēs. Et neapolis ocioſa.i.fabulis & nugis uacans & talium rer̄ credula & oē oppidū uicinū. Ideſt tota uicinia, qa a cratidia neapolitana hæc gerebanť credidit foliā ariminēſem.i.ab Arimino illuc uſq; arcitā mulierē ſup.libidinis maſculæ.i.fortis ſicut maſcula bilis dr̄, aut in maſculos, aut reuera ſuperne more maſculor̄ incūbere ſolitæ, non defuiſſe, immo affuiſſe, quæ.ſ.folia uenefica deripit.i.deorſum rapit coelo ſydera decātata ideſt carmine

**ANTO.** deorſum tracta.uoce theſſalia.i.magica qua theſſali plurimum ualuiſſe creduntur. & lunam ſup. decãtata. uñ Maro i buc. Carmia uel cœlo pñt deducere luná. Hic.i.hoc loco & ipſe cũ ſie ueneſice cõgregate ſuas q̃q; partes explerent:canidia qui princeps erat:ſæua.i.immitis:rodés pollicẽ.ſ.ſuũ quẽ furentes & impatientes rodere ſolent:unde petronius ut recitat Acron.pollice ait uſq; ad periculum roſo. irreſectum id eſt ualde ſectum:aut certe non ſectis unguibus quod immũdæ ueneficæ cõuenit. dente liuido.i. inuido aut obſcœno.

Quid dixit aut quid tacuit:o rebus meis
Non infideles arbitræ
Nox & diana quæ ſilentium regis
Arcana cum fiunt ſacra.
Nunc nunc adeſte.nũc I hoſtiles domos
Iram atq; numen uertite:
Formidoloſis dum latent ſiluis feræ
Dulci ſopore languidæ:
Senem quo omnes irrideant adulterum
Latrent ſuburanæ canes
Nardo perunctum:quale non perfectius
Meæ laborarunt manus.
Quid accidit:cur dira barbaræ minus
Venena medeæ ualent:
Quibus ſuperba fugit ulta pellicem
Magni creontis filiam:
Cum palla tabo munus imbutum nouam
Incendio nuptam abſtulit

Quid dixit:aut quid tacuit.q.d.oĩa ſcelera ꝓtulit: nec quicq̃ prætериit. Arbitræ:iudices:mediæ cõſciæ teſtes. Quæ ſilé.re. Nocte.n.oĩa ſilẽt ſed tũc potiſſimũ quũ luna latet:uñ Pli.li.xvi.ca.lv.ait.Inter oẽs conuenit utiliſſime in coitu eius ſterni ſ. pple arbores quem diẽ alii interluniũ alii ſilentis lunæ appellant. *Diana Luna* Diana: dianã & lunã eandẽ eſſe putant. Luna a lucendo nominata eſt. Diana uero dicta quia noctu quaſi diem efficeret auctor. Tul.in li.de na.de.in ueneficiis aũt ac magicis diana ſemp inuocabaẽ:quod itẽ li.titi.& li.vi.æneι. late patet. Numẽ:ueſtrã potẽtiã. Hoſtiles do.in uag; eſt imprecatio a quo ipſa ſpernebaẽ.uñ orat noctẽ & dianã efficiant illũ ſenẽ quoq; adulterũ eſſe:& ita cruciari amoris impatiẽtia:ut nocturno tpe:quo eſt feræ quieſcunt unguẽto perunctus per urbẽ uageẽ ad uiſendas amicas:canes allatrent:& oẽs irrideãt. Formidoloſis:ordo eſt:dũ feræ dulci ſopore languidæ latẽt ſiluis formidoloſis canes ſuburanæ latrent ſenem nardo perunctũ:quo.i.ut oẽs irrideãt adulterũ. Quale.i.tali nardo quali &c. *Subura* Suburanæ canes:erat ſubura celeberrima in urbe regio:ſic dicta q; ſub muro terreo carinarũ eſſet:ut ſcribit Varro q deinde ait:ſubura Iuni⁹ ſcribit ab eo q; fuerit ſub antiqua ut be:cui teſtimoniũ põt eſſe q; ſubeſt & loco qui terreus murus uocaẽ. Nardo perunctũ.i.nardino unguẽto. Summa cõmẽdatio unguẽtorũ eſt:ut tranſeũtẽ fœm ná odor inuitet ẽt aliud agentem nardi folium principale eſt in unguentis:frutex eſt graui & craſſa radice:ſed breui ac nigra folio paruo denſoq;. Cacumina in ari.ſe ſpargunt:ideo gemina dote nardi ſpicas ac folia celebrãt. Sincerũ qdẽ leuitate deprehenditur.& colore ruffo odoriſq; ſuauitate & guſtu.maxime ſiccante os ſapore iucundo.laudatur ſyriacum:mox gallicũ:tertio loco creticum:ita Pli.lib.xii.ſcri. *Ablatiui in e.* Quale pro quali:inuenies tamẽ a crudele etiam & a perenne & a bimeſtre:de quibus noſtram ſpicam declinationis uideto Priſ.etiam li.xvii. dicit Hor.hoc loco poſuiſſe tale q̃le:pro tali q̃li. Meæ m.p id unguẽtariã fuiſſe apparet. Quid ac miraẽ canidia cur uoti cõpos ueneficiis ſuis non fieret contra uarũ ipſam ſpernẽtẽ. Venana me.i.q̃libus medæa uſa eſt in glaucã creõtis filiã & Iaſonis ſpõſam.Superba.i.potẽs. Vlta p.expulſa medæa iaſon glauceam ſeu Creuſam Creontis regis corynthi filiã duxit uxorẽ quapropter irata medæa p filios dona q̃dã uenenis illita ſpõſæ miſit quæ cum illa corpori applicuiſſet:incidit in morbum paterq; auxilium filiæ feres quum corpori illius beſiſſet ilico expirauit auctor Diod.lib.v.Noſq; plurima diximus epodo tertia. Palla.erat palla honeſtæ mulieris ueſtimentum.hoc eſt tunicæ pallium:ut Marcel.aſſerit. Tabo.ideſt ueneno.

**PORPH.** Quid dixit aut qd tacuit:ſenſus eſt.q̃ ſcelera non dixit:aut q̃ ſilẽtio ꝑterire potuit Ore.m3.n.i.a.hæc iã canidiæ uerba ſunt. Nũc i ho.d.i.atq; nu. Varo hæc iprecaẽ a quo faſtidiebaẽ. Quale nõ p.m.la.man⁹ hic ſeias illã ut dixim⁹ unguẽtariã fuiſſe:attẽde aũt elocutionẽ cõſtitutã quale nõ pfecti⁹ cũ ſit dicẽdũ quo non pfectius.Quid accidit cur dira barbaræ minus uenena medeæ ualẽt:indignaẽ uenena medeæ eſſe q bus illa uſa ſit eũ de ſe pellice ſua ulta eſt. Cum palla tabo munus: infectum. pala munus figura eſt quæ [illegible] dicitur.Tabo autẽ nunc ueneno aliter Virg.huic atro liquunẽ ſanguine guttæ.Et terram tabo maculant.

**ASCEN.** Quid dixit aut qd tacuit.i.nõ dixit.q.d.fas nõ eẽ dicere ſcelera q̃ dixit qa nihil qđ execrabile eſſet tacuit: aut furẽtis morẽ exprimit cui neq; q̃ dicat neq; q̃ taceat cõperta ſunt:dixit aũt tãdẽ:o nox & diana.i.luna q̃ regis ſilẽtiũ.i.ſilẽtẽ noctẽ:cũ ſacra arcana q̃lia ſunt magica a romãis ꝓhibita fiũt:nõ iſideles imo fideles arbitræ meis reb⁹.i.q̃ res meas ꝓ arbitrio aut celare & pficere:aut reuelare & fruſtrari poteſtis:adeſto nũc nũc.& uertite nũc i domos hoſtiles.ſ.uari irã atq; numẽ.i.ũram potẽtiã nocẽdi:dũ.i.donec feræ lãguidæ.i. pſtratæ dulci ſopore:latẽt ſiluis formidoloſis:canes ſuburanæ.i.q̃ ſunt i ſubura regiõe romana:latrẽt ſenẽ.ſ.uarum: quo.i.ut oẽs irrideãt ſenẽ adulterũ perũctũ nardo.i.unguẽto nardino ſu.tali:q̃le(ut Mãci.uult)ꝓ q̃li:ex Priſ. auctoritate:malim tñ dicere nõ rectũ a pfectius ſed a laborarũt ut ſit.ſ.unguẽtũ nardinũ meæ man⁹ nõ laborarũt pfecti⁹.ſ.q̃ hoc ſit laboratũ. Quid ac.ſ.noui qđ ipediat uim icãtãdi:cur dira uenena.i.philtra medeæ barbaræ.i.q̃lib⁹ illa uſa ẽ min⁹.i.nõ ualẽt ſu.mõ aut min⁹ ualẽt q̃ tũc uulnerarũt:qb⁹.ſ.uenẽis:ipa ſupba qa uoti cõpos:fugit ulta pellicẽ.ſ.glaucã aut creuſã filiã creõtis magis.ſ.corithiorũ regis Cũ palla.cõnectiẽ ſupioribus ſic.Cũ.i.qñ palla.i.ueſtis hõeſta mulieri apta ſicut palliũ uiro:appoſitorie mun⁹.i. donũ ibutũ.i. tictũ tabo.i.uenẽo tabificatiuo abſtulit filiã nuptã.i.ſpõſã iaſõis creuſã aut glaucã icẽdio.ſ.ignis ex ueneficio oborti.

Atqui

ANTO. ¶ Atq. aſſerit ſe nil omiſiſſe ꝗ illis ꝗ Medea egerat, miratꝰ igr̃ cur uoti cõpos ñ fuerit. Indormit.n.ordo ē; ĩdormit uarꝰ cubilibꝰ unctis obliuiõe oĩu3 pellicũ, putat.n.aliã ueneficã id egiſſe: ut Var.ſ.amore libĩ oĩum ſit oblitus meretricũ &c. Pellicũ, pp ſeipſam id ait. Ah ah, doloris interiectiones, pñt ẽt riſus eſſe aliqñ. Nõ uſi.ordo eſt, o Vare. Appoſitio caput fleturũ recurres ad me potionibꝰ nõ uſitatis: nec mens tua redibit ad me uocata uocibus marſis. Marſis uocibus.i.cantibus. Sũt marſi italiæ populi ꝑpe fucinũ lacũ. Soli.aũt ſcri. Marſoꝝ gentẽ ſerpẽtibus illęſam eſſe nil mirũ, nã a circes filio ii genus ducũt, & de auita potẽtia deberi ſibi ſciũt ſeruitiũ uenenoꝝ, ideoq; uenena cõtemnũt. Medeæ filius marſis imperauit. Angitia autẽ Medeæ furor uicina fucino loco occupauit ubi ſalubri ſcientia aduerſus morbos reſiſtente quũ denſiſſet hominũ uiuere dea eſt habita hæc ex illo. Virg. ẽt lib. vii. de iis meminit, unde ait. Neq; eũ iuuare in uulnera cantus. Somniferi & marſis quæſitæ in montibus herbæ. Faſtidienti.ſ.me canidiã. Sidet. deſcẽdet, ſuberit.i.elemẽtoꝝ ordo mutabitur. Bitumen atris ignibus, bitumẽ liquidũ qđ naphtã uocant igni admotum corripit ignis, & ſi corpus eo illitum igni admoueris deflagrat nec aqua ullo pacto extingui poteſt, ſed magis ardet niſi ualde multam ſuper infuderis. nigrum bitumen. Babylonii ĩ lucernis pro oleo urebant, hæc ex Strabo libro. xvi. Pli. autẽ libro trigeſimo quinto capitu. xiiii. ſcribit Bitumen alibi eſſe limũ, alibi terrã, gignebatur, & pingue liquoriſq; oleaci in ſicilia utebanturq; eo ad lucernaꝝ lumina olei uice. Vis bituminis quæ ſulphuri. Sub hæc, circa hæc. Non iã ut ante mollibus, erat enim ſalutis expes. Lenire, pro leniebat, ideſt mulcebat, placabat, mitigabat. Mollibus, ideſt blandis. Vnde rũperet ſilentiũ, unde loq inciperet. Thyeſteas preces, ideſt diras imprecatiões: & qualibꝰ thyeſtes in atreũ uſus eſt cognitis filioꝝ mẽbris, ut in tragœdiis late habetur. De atreo autẽ & thyeſte latiſſime diximus ode. vi. i. li. Venena magnũ fas nefaſq;, ordo eſt. Venena non ualent cõuertere humanã uicẽ, appoſitio magnũ fas, & nefas.i.meritũ, & pœnã cuiuſq;. Eſt.n.ſenſus, ꝙ uenena licet multa poſſint efficere: attamen nullo pacto conuertent cuiuſq; merita: nam uel ꝓmiis uel pœnis afficientur omnino merentes.

Atquí nec herba, nec latens in aſperis
Radíx feſellit me locis.
Indormit unctis omnium cubilibus
Obliuione pellicum.
Ah ah ſolutus ambulat ueneficæ
Scientioris carmine.
Non uſitatis uare potionibus,
O multa fleturum caput
Ad me recurres: nec uocata mens tua
Marſis redibit uocibus.
Maius parabo maius infundam tibi,
Faſtidienti poculum.
Priuſq; cœlum ſidet inferius mari
Tellure porrecta ſuper.
Quam non amore ſic meo flagres utí
Bitumen atris ígnibus:
Sub hæc puer non iam ut ante mollibus
Lenite uerbis impias:
Sed dubius unde rumperet ſilentium
Miſit thyeſteas preces.
Venena magnum fas nefaſq; non ualent
Conuertere humanam uicem.

PORPH. ¶ Indormit, unctis oíum cubili. obli. pellicum: & reliqua. obſcura elocutio, quæ ſic ordinanda eſt indormit cubilibus unctis obliuione oíum pellicum, & eſt ſenſus, neſcio quare ſunt præſentiora ueneficia quæ cubile ungunt medicaminibus, per quæ medicamina obliuio ei datur oíum pellicum, pellicens aũt canidia pro ſe ſola dixit. Ah ah ſolutus. a. u. ſ. c. hoc eſt quod ingemuit ꝙ alia ſcientior uenefica inuẽta ſit ꝗ ipſa eſt. Ad. m. r. n. u. m. tua Marſis reditus uocibꝰ, uoces ſuas marſas dicit ꝗs magicas, ut ſit ſenſus. Mens tua magicis meis uocibus ſemel euocata, nunq̃ redibit ad ſanitatẽ aut nũquid hoc dicit, mens tua a me incantata nunq̃ redibit etiam ſi marſis uocibus reuocetꝰ marſi aũt periti incãtationẽ ſunt, huic etiã rei Virg. teſtis eſt, qui ſic ait. Spargere qui ſomnos cantuq; manuq; ſolebat. Faſtidiẽti. po. faſtidiẽtis. me. Miſit Thy. ꝑces. i. diras execratiões ꝗlibꝰ in tragœdiis Thyeſtes atreũ execratur. Venena magnũ faſq; nefaſq; nõ ualent, magnũ fas uenena ſunt ſi hoſtibꝰ dentur, magnũ nefas ſi amicis. Nõ ualent cõuertere humanã uicẽ, ſic ſenſus eſt, ꝗuis uenena poſſunt, nõ tamen ualent merita in contrariũ uertere, ut liberẽt pœna ꝗ male mereantꝰ, uices aũt appellãtur pœnæ, quæ in ſceleratis amiſſis regerentur.

ASCEN. ¶ Atqui. i. ſed qũo nõ efficio qđ uolo, nec herba nec radix latẽs in locis aſperis fefellit me: & tñ ſup. uarꝰ ĩdormit cubilibꝰ oĩum pellicũ. i. aliaꝝ cõcubinaꝝ ꝗs ſibi ꝙ ſe eiꝰ uxorẽ cẽſeat pellices cẽſet, unctis obliuione. i. munitis cõtra ĩcãtamẽta quæ ut inefficatia obliuiõe ꝑterit uarus, & hic ſenſus mihi ꝗdrãtior ꝗ is quẽ Mãcinellus colligit, nã ſeqꝰ ah ah, ꝗ uox iã reſciſcẽtis eſt, ipſe ambulat ſolutus. i. expeditꝰ, carmĩe. i. ꝑ carmẽ ueneficæ ſciẽtioris. i. peritioris, ꝗ canidia. ſ. ſit, aut ꝗ ego ſum ſi id uerbis canidiæ dicas, ꝗ pſequẽs ſmonẽ ĩ uarũ ait. O uare caput fletuꝝ. i. q ꝑcipue fleturꝰ es tu recurres ad me, potõibꝰ ñ uſitatis. i. nõ uulgaribꝰ utpote ex pueri medullis. Nec mẽs tua redibit. ſ. ĩ ſe, uocata. i. reuocata, uocibꝰ marſis. i. qbꝰ marſi & cetũq; alii in italia faſcino qd pñt ualẽt, qa ego parabo & ego infundã tibi faſtidiẽti. i. ſuperbe cõtẽnẽti. ſ. hæc leuiora pocula, poculũ maius. i. potẽtꝰ & efficaciꝰ. Cœlũ, ſidet. i. ſedẽ capiet prius ĩferius mari. i. ꝗ ſit mare, & hoc tellure. i. terra ꝗ ĩfima modo eſt, porrecta ſup. ſ. cœlũ ꝗ nõ flagres. i. ardeas, ſic amore meo. i. a me ꝗ bi imiſſo, alioq ſm Vallã diceret mei, uti. i. queãdmodũ bitumẽ ſup. flagrat ignibꝰ atris. i. piceis & uix extinguibilibus. Puer ſub hæc. i. circa aut inter hæc, uel paulo añquã hæc fierẽt, nõ lenire. i. nõ lenibat ſeu leniebat, iã. ſ. ampliꝰ, ĩpias. ſ. ueneficas, ꝑcibꝰ mollibꝰ ut fecit añquã ueneficas ſciſſet, ſed dubiꝰ uñ rũpere ſilẽ

tium: ideſt unde loqui inciperet: miſit, ideſt emiſit preces, ideſt imprecationes thyeſteas, ideſt quales thyeſtes in atreum fratrem miſerat. Venena, ideſt ueneficia non ualent conuertere uicem, ideſt uiciſſitudinem humanam, appoſitorie magnum fas & nefas: ideſt ut faciát id quod fas eſt nefas aut ediuerſo: quia fas nemo ſine præmio & nefas ſine poena committit.

Diris agam uos: dira deteſtatio
Nulla expiatur uictima.
Quin ubi perire iuſſus expirauero
Nocturnus occurram furor.
Petáq; uultus umbra curuis unguibus:
Quæ uis deorum eſt manium:
Et inquietis aſſidens præcordiis
Pauore ſomnos auferam.
Vos turba uicatí hinc & hinc ſaxis petés
Contundet obſcœnas anus.
Poſt inſepulta membra different lupi
Et exquilinæ alites
Neq; hoc parentes heu mihi ſuperſtites
Effugerit ſpectaculum.

ANTO. Diræ ¶ Diris. Diræ execrationes dicũtur ac deteſtationes ſeu maledicta ut etiam Porphyrio aſſerit. Agam, inſequar. Dira deteſtatio, ſiue execratio, & maledictio. Nulla expiatur uictima nullo ſacrificio expiari, ideſt purgari poteſt, itaque quod imprecatur omnino futurum innuit. Nocturnus occurram furor, indignatio & ira. Ouidius item ait in ibin. Tũ quoq; quum fuero uacuas dilapſus in auras. Ex animis manes oderit umbra tuos. Tum quoq; factorum ueniã memor umbra tuorum. Inſequar & uultus oſſea forma tuos. Quicquid ero ſtygiis erumpere nitar ab undis. Et tendam gelidas ultro in ora manus Me uigilans cernes, tacitus ego conditus umbris excutiá ſomnos uiſus adeſſe tuos. Denique quicqd ages ante os oculoſq; uolabo. Et querar & nulla parte quietꝰ eris. Verbera ſæua dabunt ſonitum, nexæque colubris. Conſcia fumabunt ſemper ad ora faces. Quæ uis deorum eſt manium, ideſt furiarum, ergo multo magis timendum. Inquietis præcordiis, hinc Iuuenalis ſatyra tertiadecima inquit, de periuris & ſceleſtis: cur tamen hos tu euaſiſſe putes: quos diri conſcia facti. Mens habet attonitos: & ſurdo uerbere cædit. Occultum quatiente animo tortore flagellum. Philoſophus ait. Stultos malorum memoria torqueri. Vos turba. Ordo eſt Turba hominum, ſcilicet uicatim hinc & hinc ſaxis petens contundet uos, appoſitio, obſcœnas anus. Liuius autem furoris ipſe cauſa erit, ut populus, ſcilicet eas ſaxis opprimat ſcelerum cauſa. Vicatim, per uicos. Obſcœnas maledicas, immũdas uitabiles. Different, diſtrahent, ideſt in uarias partes ferent dilaniata ſcilicet. Exquilinæ alites. Exquilinus mõs dicitur ubi ædis eſt mariæ maioris, & uiti in macello. Dictæ exquiliæ ab excubiis regis, ſeu ab eo q; excultæ ab rege Tullo eſſentut Var. docet. Neq; hoc. c. d. optat earum ſupplicia à ſuis etiam parentibus aſpicienda: eſt autem ordo hoc ſpectaculum neq; effugerit parentes, ſcilicet meos heu mihi ſuperſtites. Heu dolentis interiectio, dolet enim parentum memoria, dolet item ſe harum ſcelere ſuperſtitem parentibus ſuis eſſe non poſſe, ut æquum eſſet euntibus ordine fatis.

Exquilinꝰ

PORPH. ¶ Diris agam uos, dira deteſtatio, diræ, ut dixi execrationes dicuntur ac deteſtationes ſeu maledicta, agam autem nunc perſequar ſignat. Vos turba uicatim, hinc & hinc ſaxis contundet obſcœnas anus, eleganter quia inſanos ſolent fuſtibus & lapidibus inſectari, ut eos ab omnibus ſuis fugent. Exquilinæ alites. & alibi ſæpe, oſtendit in regione aggeris quem extra portas exquilinas ſolita fuiſſe, pauperum corpora, uel comburi uel proiici. Neque hoc parentes heu mihi ſuperſtites effugerint ſpectaculum, ſubaudiendum hic extrinſecus uos, & eſt ordo & ſenſus talis, neq; hoc ſpectaculum effugerit uos o parentes mihi ſuperſtites. & bene heu ait, ideſt dolenter, iuxta parentum commemorationem genitus inſertus eſt, heu quia & ipſe ſuperſtes eſſe uellet.

ASCEN. ¶ Agam, ideſt perſequar uos diris, ideſt execrationibus, deteſtatio dira, ideſt quæ dira dicitur execratiõe nulla uictima expiatur, ideſt purgatur. Quin. ideſt quin etiaminſuper, ubi, ideſt poſt quam ego iuſſus, ſcilicet a uobis in quarum manibus ſum, perire, ideſt emori, expirauero, ideſt ſpiritum emiſero, quod argutiſſime dictum eſt. Nam uenefice perire ipſum uelint, uerum animus non eſt periturus ſed expirandus. Et ergo ego occurram, ſcilicet uobis furor nocturnus, ideſt agens uos nocturno tempore in furias: & ego umbra, ſcilicet corporis mei, hoc eſt inter manes deputatus, peretam, ſcilicet inſidioſe & uiolenter uultus, ſcilicet ueſtros, curuis unguibus, ſcilicet meis, quæ uis, ideſt poteſtas aut uiolentia eſt deorũ manium, ideſt inferorum, quia id dii inferi poſſunt cum prodeſſe nequeant. Et ego aſſidens tãquam perſecutor, præcordii. i. intimis affectionibus ueſtris, inquietis, ideſt furore & timore parcitis, auferam, ſcilicet uobis ſomnos pauore, ideſt per pauorem quem uobis immittam. At ne inane putent etiam uiuorum minatur ſupplicium addens. Vos turba. Proſequitur: ut dixi puer execrationem ſuam dicens. Turba: ſcilicet populi uiuentis: petens: ideſt inuadens uos uicatim: ideſt per uicos: hinc & hinc: ideſt ex utraque parte ſaxis: ideſt lapidibus contundet: ideſt tundendo obruet: uos anus: ideſt uetulas: obſcœnas: quia ueneficas & libidinoſas. Poſt: ideſt & poſtea lupi & alites: ideſt aues: exquilinæ. i. quæ in exquiliis ubi cadauera & immundicias ſectantur uerſari ſolitæ: different: ideſt in diuerſa ferent & diſtrahent: membra: ſcilicet ueſtra inſepulta. Neq; hoc ſpectaculum: ideſt tormentum ueſtrum quod parentibus meis ob necẽ meam ſpectaculo erit: effugerit heu (interdolentis uox) parentes: ſcilicet meos ſuperſtites: ideſt adhuc uiuentes: quaſi dicat uos quidem facitis ut contra curſum naturæ parentes mihi ſuperſtites ſint: ſed nõ efficietis ut uos illis ſuperſtites ſitis: quia ultione publica de uobis ſumpta gaudebunt.

Quid

¶ Argumentum. Odes. VI.

ANTO.

H Aec ode in maledicū ſcribit̃, q̄ ĩ externos & īfimos qetoſq; poti⁹ q̄ ĩ ciues & in fortes timēda uoce latrabat:hortat̃ eū Hora.ut in ſe, ſi pt uertat Inanes minas, nã remorſur⁹ eſt, nõ.n.ut puer flebit, ſiqs eū atro dēte petierit. Quid ĩ me. Metrū eſt ſimile prio. Eſt āt ordo, tu canis ignauis aduerſus lupos qd uexas hoſpites imerētes. Hoſpites pegrinos, & externos. Canis Oui.etiã In ibin ait. Vulneraq; imitis regē q̄rētia uexat, lactar & ĩ toto uerba canina foro. Cani aūt nõ ab re maledicā compauit, nã canū rabies ſyrio ardēte hoĩ peſti fera eſt, qđ ēt Pli.ſcri. Ignauus iutilis dr̃ & nõ aptus induſtriç, nã īduſtrios gnauos dicim⁹. Lupos, fortes uiros & q remordeř põt. Quin.i.poti⁹ boc loco, ua rio qdē mõ auctores hac pticula utunt̃, qđ ēt Ge.libr xvi.meminit. Nã q̄lis aut. Ordo eſt: nã talis q̄lis aūt moloſſus canis aūt fulu⁹ lacõ, appoſitio, uis amica paſtorib⁹ ſublata aure p altas niues agã.ſ.ferã q̄cūq; fera pcedet:p id aūt oñdit ſe ſagacē eē, nec unq̄ pcedentē ferã dimiſſuꝝ hoc eſt ſibi nocētē aliquē relictuꝝ qa uicē reddiderit. Cõpat demū ſe optimis canibus, illū uero ignauis & clamoſis tm̄mõ. Moloſſus, epirotarū gēs moloſſi ſub pyrrho neoptolemo fuere. Theopõp⁹.xiiii.epirotaꝝ gētes fuiſſe refert e qb⁹ celebratiſſimæ chaões & moloſſi, qppe q toti⁹ epiroticæ terræ q̄ñq; regnū tenueř, pri⁹ qdē Chaões, poſteri⁹ uero moloſſi:qui pp regū agnationē magis ac magis amplificati fuerāt, nã ex æacidaꝝ ſanguīe pgnati erāt. Strab. li.vii.id ſcri. Pli. aūt li.viii.refert ĩ epiro agnitū a cane in cõuētu pcuſſorē dñi laniatuq; & latratu adductū, ut cogereť fateri ſcel⁹, hos canes ēt Maro li.iii.geor.laudat his uerbis. Nec tibi cura canū fuerit poſtrema, ſʒ una. Veloces ſpartæ catulos acrēq; moloſſum. Paſce ſcero pingui.

Molossi

Ode.vi.dicolos diſtrophos in maledicū.

Q Vid imerētes hoſpites uexas canis
Ignauus aduerſum lupos?
Quid huc inanis ſi potes uerte minas
Et me remorſurum pete:
Nã q̄lis aut moloſſus:aut fuluus lacon
Amica uis paſtoribus:
Agam per altas aure ſublata niues
Quæ cumq; præcedet fera.
Tu cum timenda uoce compleſti nemus
Proiectum odoraris cibum.
Caue.caue namq; in malos aſperrimus
Parata tollo cornua:
Qualis lycambæ ſpretus infido gener
An ſi quis atro dente me petiuerit
Inultus ut flebo puer?

Lacon

Fuluus lacon, lacones canes. Naſo etiam libro tertio metamorpho. laudauit. ſcribit enim Spartana gente Melampus. Item præualiduſq; lacon:laconica autem regio eſt achaiæ quæ priſcis annis centenis præfuit urbibus.unde hecatompolis uocitata eſt, de qua quidem multa Strabo libro octauo meminit. Amica uis paſtorib⁹. Ephexegeſis eſt ſuperiorum, per appoſitionem igitur leges, dicit enim moloſſum canem & laconem eſſe uires amicas paſtoribus, per eos nãque & ab lupis & ab furibus tuti redduntur. Proiectum odoratis cibum. metaphora eſt:per id enim eum ignauum eſſe innuit, uerbis nãq; magna oſtendit, deinde re minima acquieſcit, ut canes ignaui ſolent obiecto cibo, quod moloſſus aut lacon non facerent ubi latratus emiſerint fera aliqua præcedente. Parata tollo cornua. Nunc ſe tauro cõparat qui inſtigatus cornibus ferit. Qualis:id eſt talis ero qualis gener ſpretus infido lycambæ. Lycambæ gener, lycambes neboſem filiam habuit. Eam archilocho poetæ ſpoſpondit, abnuit poſtea iratus igit̃ archilochus in eum metrum iambicum & maledicum ſcripſit, qua de re lycambes cum filia laqueo uitã finiuit:id autem & Acron aſſerit, fuit autem archilochus lacedæmonius Romæ regnãte Tullo hoſtilio: ut dixit Cornelius nepos. Meminit etiam libro ſexto. Valerius in titulo de ſeueritate. Quintilianus itē ſcribit lib.x.in archiloco fuiſſe ſummam uim elocutionis, tum ualidas:tum breues uibranteſq; ſentētias plurimum ſanguinis atque neruorum. Acer hoſtis bubalo:hipponax poeta hic intelligitur:furat enim deformis a bubalo pictore pro riſu depictus:quo furore poeta cõmotus tali carmine illum perſecutus eſt ut uitam laqueo finire adegerit:quod item Acron edocet. Dicunt alii bubalum ſculptorem fuiſſe & ante rhenum a quibus hipponax ipſe turpi effigie in contemptum fuerat ſculptus, qua de re turpi carmine eos eſt inſecutus.unde laqueo ſe ſuſpenderunt. Atro dente.i.ueneno. Flebo. Expletur lachrymis egeriturq; dolor, inquit Ouidi. Pueri autem offenſi lachrymas egerunt, ira quadam q; ſe ulciſci non poſſunt.

Archilochus

Bubalus

Hipponax

PORPH.

Q Vid immerentes hoſpites uexas canis, in hac æcgloga allegoricos.uidetur loq ad eū: qui cū dicacitatis amaritudine ſectaretur, quietos alioqn hoĩes:in eo ſibi gloriã aſſignauerit:q; illi cedētes ei uiderent̃ non ſufficere rñdere. Amica uis paſtorib⁹:amica nūc pro utili dr̃. Agã.p a.a.ſ.n.q.p.f. De ſe hoc poeta dicit ſignificans non de futurã ſibi linguç amaritudinem.ſi pronocetur alicuius improbitate. Qualis ly.ſ.i.g.lycambæ datiuus caſus:archilocū aūt ſignificat qui lycãben pbroſus carminib⁹ uſq; eo inſectatus eſt ut ille mortē ſibi cõſciſceret:hoc aūt eo fecit: q; ille filiã ſuã in matrimoniū pmiſſam:mox denegaſſet. Aut acer hoſtis bubalo, æque datiui caſus eſt ut huic bubalo, hyponacta ſignificat:qui æque iãbicis uerſibus bubalū pſecutus eſt. Inultus ut flebo:inult⁹ ut pure.

ASCEN.

Q Vid in me. Impiã cuiuſdã īſolētiã q nõ remorſurus mordebat caſtigat, dicēs. O canis.i.uir canina rabie qd uexas hoſpites.i.pegrinos & externos, imerētes.i.q nihil ĩ te cõmeruerūt:exñs ignau⁹.i.ſine opa & arte torpēs aduerſum lupos.i.acres aut nociuos uiros. Quin.i.poti⁹ ſi potes uerte minas.ſ.tuas, inanis.i.nulli⁹ efficaciæ, huc.i.in me & pete me remorſuꝝ.i.q remordeã te. Nã ego exñs talis q̄lis aut moloſſus.i.canis epirotic⁹, aut lacon.i.canis laconic⁹, fulu⁹.ſ.i color appoſi

torie, uis amica.i.quoꝝ uterq; ē amica uis paſtorib⁹.ſ.ɔtra lupos agã auř ſublata.i.erecta, p altas niues ſup. ferá, q̃cũq; fera ꝑcedet. Tu uero, cũ cõpleſti nem⁹ uoce timẽda.i.latratu tuo quẽ timẽt q te nõ nõſcũt, odoraris.i.libẽter ſi iuenias odorauerís: cibũ piectũ qa putidũ.q.d.ſectaris ibelles & tñ nihil capis. Caue, caue.ſ.me laceſſere, nã ego aſperrimus in mallos tollo cornua, in morem bouis petulci uñ in ſatyra de ſe facit dicẽtes Fœnũ habet in cornu, exñs talis q̃lis gener.ſ.archilochus ſpretus lycãbæ.ſ.ſocero ei⁹ ĩfido, qa negãti filiá quá ei deſpõderat, hoc eſt cõpellã te ad ſuſpẽdiũ ſicut archilochus lycamben, aut exiſtẽs tibi talis qualis acer hoſtis.ſ.hipponax, bubalo.ſ.pectori aut ſculptori quẽ ad ſimile exitiũ cõpulit, an putas ſup. ꝗ ſiquis petiuerit.i.laceſſiuerit me dente atro.i.inuido, ego flebo inultus ut puer? q.d.id minime fecero.

ANTO. HAc ode Romanos arguit ciuile bellũ iſtaurãtes, de quo tñ ĩtellexerit ñ facile dignoſci pt. De bello qdẽ actiaco ɔtra Ant. & Cleo. itelligeř magis placet, id.n.finis armoꝝ ciuiliũ fuit, d̃ quo ẽt pría epodo Hor. ĩnuit. Quoquo ſ.r. Metrũ ẽ ſupiorib⁹ ſiĺe ĩcipit át ab exclamatõe pp armoꝝ tumultũ. Ruitis, ſine cõcilio qdẽ. Enſes cõditi poſt Caſſiũ & Bruti & Sex. Põ. ĩteritũ, q erãt bella ciuilia, itaq; oĩs rõanoꝝ uis atq; ptás ad duos tãdẽ Anto.ſ. & Aug. Cęſ. puenerat, ut Apia. li. vii. memĩt. Propter Cleopatrá exĩde deſciuit Anto. q̃ de re pugnatũ eſt acriter apud actiũ. Epiri ꝑmontoriũ. ut latios pría epodo narrauim⁹. Nõ ſup. fuſus eſt, latin⁹ ſanguis. Intact⁹ br. finis erat orbis ora gallici littoris niſi britãnia iſula nomẽ pene orbis alteri⁹ mereret octigẽtis & ãpli⁹ milib⁹ paſſuũ lõga porrigiť. Auctor ẽ Sol. Ptole. li. ii. ſcri. ĩ iſul britãniæ nec mõtes neq; paludes nec fluuioꝝ fõtes eẽ. Intact⁹ br. diu⁹ Hiero. d̃ tpib⁹ ſic ait,

Orcades. Clau. d̃ bri. triũphauit, & orcadas iſulas rõano adiecit ĩpio, ĩ cui⁹ gloriæ memoriã filiũ ſuũ británicũ appellauit. Sũt aũt orcades. xxx. anguſtis iter ſe ductę ſpatiis. auctor Mela. Pli. ẽt li. iiii. de iis ſcri. Cathenat⁹, ibat. n. uict⁹ hoſtis añ triũphãtẽ onerat⁹ colla cathenis. Sacra uia, de hac ſupi⁹ patuit. Sed, ſupple fuſus ẽ latin⁹ ſãguis. Scdm. n. p. Craſſo pugnãte ĩ pthos ingẽs clades accepta ẽ ab rõanis, ut lati⁹ ſcda ode li. i. narrauim⁹, q̃te pthoꝝ ai ad ſũmũ elati ſũt, deĩde tñ ſub. Mar. Anto. repſſi, ꝓliis. n. octo & decẽ ſupati ſũt. Antoni⁹ poſtea ad ciuilẽ bellũ cõuertit aium, de pthis ãt plene legito Apia ĩ li. q pthic⁹ iſcribiť. Vbi ẽt legiť ꝙ Vẽtidi⁹ ſol⁹ de pthis uſq; ad ætatẽ apiani triũphauit, q ſub Traiano ĩpatoř ſcripſit. Aduerte tñ. Vẽtidiũ triũphaſſe priuſq̃ antoni⁹ ĩ pthos iuiſſet. Sua. d. i bellis ciuilib⁹.

Feritas hominis. Neq; h̃ lu. Pli. li. vii. d̃ hoĩe ait. Nulli rabies acrior deniq; cætera aĩantia ĩ ſuo gñe ꝓbe degũt, cõgtegari uidem⁹, & ſtaŕ cõtra diſſiĺia, leonũ feritas iter ſe nõ dimicat, ſerpẽtiũ morſus nõ petit ſpẽtes, ne maris qdẽ beluæ ac piſces, niſi ĩ diuerſa gña ſæuiũt at Hercule hoĩ plima ex hoĩe ſť mala. Sen. itẽ epiſt. ciiii. ſic ait. Ab hoĩe hoĩ quotidianũ piculũ: aduerſ⁹ hoc te expedi hoc itẽtis oclís ĩtueř, nullũ ẽ malũ freq̃nti⁹, nullũ ptinaci⁹, nullũ blãdi⁹. Tẽpeſtas minať añq̃ ſurgat, crepãt ędificia añq̃ corruãt, ꝓnũciat fum⁹ ĩcẽdiũ: ſubita eſt ex hoĩe pnices, & eo diligẽti⁹ tegiť quo pp⁹ accedit &c. Furor: ĩpet⁹, iſania: ira. Vis. a. i. fatalĩ neĉitas. Clpa ſcel⁹ aliqd̃ c⁹ cã ĩ ſeipos irruerẽt doꝝ numie. Tacẽt, oñdit illos uerbis ſupiorib⁹ cõuictos tacuiſſe: deide ɔſcia clpæ & ſceleris palluiſſe. Perculſę, tertię mẽoria culpę ac ſceleris. Stupẽt, torpẽt, ĩcertę ſť, ſẽſu carẽt.

PORPH. QVoquo. ſ. r. elegãter ĩ tumltu ab exclamatõe ĩcipit, ad eos ãtdiẽ q furioſa mẽte iſtauraŕ bellũ ciuile conabãť. Aut. c. d. a. e. c. q iá cõditi erãt cur dextris accomodãť, ac ſi dicaret ſtrigitis gladios ĩ uagina iá cõditos. Neq; h̃ lu. m. neq; fuit leonib⁹ uſq̃ niſi ĩ diſipar feris. Sẽſus ẽ: feŕ ñ faciũt qd uos o rõani ſãguinẽ ĩuicẽ petẽtes, nã ferę eiuſdẽ q̃ ſť gñis iter ſe pacẽ hñt. diſpares ſe ĩſectãť. In diſpar ſe. diſpar aduerbiũ ẽ núc, ac ſi diceret diſpiter feris. Furor ne cæcos an rapit uis acrior, q̃ ẽ acrior uis q̃ furor: aut nũ qd deoꝝ ira. Tacẽt &. o. p. al. ĩfi. elegãs ocioſitas q̃ſi his uerbis ɔuicti ſteterit: deide ɔſcia ſceleris palluerit.

ASCEN. QVoquo, duæ ſũt uoces. Nã ordo ẽ, quo o ſceleſti, quo ĩquá ruitis. i. ſine cõſilio ferimini, aut cur enſes cõditi. i. abſcõditi iá pacatis bellis, aptãť dexteris. ſ. ũris. Eſt ne paꝝ ſãguinis latini. i italici: ſupfuſũ cãpis aut neptũo. i. mari. q. d. ſatis ſupq;. Nõ ut & c. Ordo ẽ. Nõ ſup. iõ ſic ruitis aut hæc facitis: ut Ro. ureret ſupbas arces carthagis ĩuidę. i. inimicos ueteres expugnetis: aut ut britán⁹ ppĺs ferox ĩtact⁹. ſ. ab armis rõanis aut nõdũ ſubact⁹, deſcẽderet. i. ĩ cõtumeliã duceret cathenat⁹. i. cathẽis a triũphãte uict⁹: ſacra uia. i. p uiá ſacrã q̃ ĩ capitoliũ duĉ, ſ; ut urbs. ſ. rõa piret ſua dextera. ſ. ꝑpriis uirib⁹ & ĩteſtinis bellis: ſecũdũ uota pthoꝝ, q. ſ. id maximope deſiderabãt, uñ ne illis cõplaceãt merito abſtineãt quo ſenſu dictũ eſt gne. ii. hoc itach⁹ uelit & magno mercẽť atridę. Neq; h̃ mos. ſ. ſequiẽdi ĩ cõſilẽm ſpeciẽ: fuit unq̃ lupis nec lęõib⁹ feris: niſi ĩ. i. ꝫ diſpar. ſ. aĩal aut gen⁹ aĩantiũ. Ne ꝑ ani furor cęc⁹. i. uos excecãs: an uis acrior. i. fatalĩ neceſſitas aut occlta deoꝝ ira: an culpa. ſ. ũra: rapit ſup. uos, date rñſum. i. rñdere: tacẽt & pallor albus q̃lis ex pudore & timore naſcitur: inficit ora. ſ. eorum: & mentes perculſæ: ideſt attonitæ deorum ira: ſtupent.

Ode. vii dico diſtr; deteſtaŕ ciuile bellũ.

QVoquo ſceleſti ruitis: aut cur
Aptantur enſes conditi?
Parum ne campis atq; neptuno
ſuper dexteris
Fuſum eſt latini ſanguinis?
Non ut ſuperbas inuide carthaginis
Romanus arces ureret.
Intactus aut britannus ut deſcenderet
Sacra cathenatus uia
Sed ut ſecundum uota parthorum ſua
Vrbs hæc periret dextera.
Neq; hic lupis mos nec fuit leonibus
Vnquam niſi in diſpar feris.
Furor ne cæcus? an rapit uis acrior?
An culpa? reſponſum date.
Tacent: & albus ora pallor inficit
Menteſq; perculſæ ſtupent.

Sic

¶Sic eſt:illis tacētibus pallētibus & ſtupentibus innuit fato & culpa romanos agi ad bella ciuilia ſuppliciū ſubeūtes ob romuli cædē ī fratrē admiſſam: Acerba fata romāos agūt. Apianus in.lib.qui ſyrius inſcribitur. Narrat magos ſeleuco regi cōſulēti de die & hora iaciēdorū fūdamētoꝝ urbis ſic rñdiſſe: fatalem quidem ſortem.o rex ſiue bonā ſiue malā:neq; hominis: neq; urbis fas eſt permutare.q̄dā.n.urbiū quemadmodum & hoīum ſors eſt &c. Scelus fraternæ necis. Vt dii in quoꝝ tutela ea loca eſſent auguriis legerent eum:qui nomē nouæ urbi daret:q cōditā imperio regeret:palatinum Romulus:Remus auētinū ad inaugurandum tē pla capiūt priori Remo auguriū fertur ſex uultu res:iamq; nūciato augurio quū duplex numerus romulo ſeſe oſtendiſſet utrūq; regē ſua multitu do cōſultauerat:inde cū altercatione cōgreſſi cer tamine irarū ad cædē uertunt̄:ibi in turba ictus Remus excedit. Vulgatior fama ē ludibrio fra tris Remum nouos trāſiliiſſe muros:inde ab ira to Romulo interfectum:ita ſolus potitus imperio. Romulus cōdita urbis cōditoris nomine appellata:pala tinū primū in quo ipſe erat educatus muniit &c.hæc ex Liuio. Luca.ē t li.i.ait. Fraterno primi maduerūt ſan guine muri. Vt.i.poſtq̄. Sacer nepotibus.i.execrandus & horrendus: nam ſuo cruore id erant expiaturi.

Sic eſt acerba fata romano ſagunt
Sceluſq; fraternæ necis:
Vt immerentis fluxit in terram remi
Sacer nepotibus cruor

¶Sic eſt.a.fa.ro.a.elegāter quaſi tādē iuenit furoris huius cām intulit: ſic.n.ē ſenſus ſine dubio hoc eſt fato agimur ad hoc bellū ſuppliciū pendentes ob cædem romuli in frēm admiſſam. Sacer ne.cru. Sacer utiq; ꝑ uenerabili nunc intelligendū:niſi forte epitheton ut ſolet ad ipſum facinus reuocamus.ut ſacer cruor pro ſa cro.i.execrabili cæde effuſo dictum ſit:ſacrum autem & pro execrabili ueteres dixiſſe notum eſt: apud Vir. Quid non mortalia pectora cogis auri ſacra fames. PORPHI.

¶Sic eſt.i.certe ea rō eſt. Acerba fata & ſcelus fraternæ necis qa romulus remū occiderat agūt romanos q̄ſi cōditoris ſicut protoplaſti ſcelus in omnes poſteros defluxerit.ut.i.poſtq̄ cruor remi immerentis.i.innocui: fluxit in terrā exiſtens ſacer.i.horrore proſequendus nepotibus.i.oībus poſteris & minoribus. Hic ergo non auguſtū taxat:ſed eos q cōtra eū bella mouebāt:q̄ fatale ſit ut ſub tam bono principe turba in arma ruat. ASCEN.

Ode.yiii.dico.diſtro.in Anū impudicā.

ROgare longo putidā te ſæculo
Vires quid eneruet meas.
Cū ſit tibi dēs ater & rugis uet⁹
Frontem ſenectus exaret.
Hietque turpis inter aridas nates
Podex uelut crudæ bouis.
Sed īcitat me pectus & mām æ putres.
Equina quales hubera.

¶Argumentum. Odes.yiii.

HAc ode anū arguit eū interrogātē cur ad uenerē tardus eſſet cū ipſa defor mis & æuo putida cām ꝑberet:itaq; eius uitia exprimit. Rogare longo. Metrū eſt idem cū ſupioribus. Rogare ad.n.p. Eſt.n. figura apoſiopiſis.i. reticentia uel interru ptio ſiue potius ſinecdoche eſt:ſit enim quū ſub tractū uerbū aliquod ſatis ex cæteris intelligit̄. in apoſiopiſi uero qd taceat incertū eſt:ſit autem interceptum ſilentium quū qs iraſcitur aut per turbat̄:his enim affectibus tñ ſermonis defectio congruit:quæ omnia latius in carmine figuraꝝ docuimus. Putidam:corruptam & acerbe.fœ tidā. Eneruet:debilitet:relaxet. Dens ater:niger & obſcurus. Naſo libro tertio de arte inqt. Quid ſi præ cipiā ne fuſcet inertia dentes:Oraque ſuſcepta mane lauentur aqua. Rugis exarat:idem Naſo libro.iii.ait. Quam cito me miſerum laxantur corpora rugis. Et perit in niueo qui fuit ore color. Rugis quibuſdam ſe mitulis. Exaret deſcribat:deſignet. Hiet:pareat. Podex:eſt romanorum podex χαλοςq; pelaſgum. Cru dæ.i.duræ uel potius infirmæ. Crudus enim dicitur qui cibū in ſtomacho habet ægre difficileq; digeſtibilē: & quo offenditur: uel tanquam nimio:uel tanquam noxio. Sed incitat per ironiam.i.irriſionem dicit ſe in citari ad libidinem a māmis illius putidis. Equina quales ubera. propter carmen quales pro qualia dixit. Accidentis enim relatiuum ſequenti ſubſtantiuo adhæret. Eſt ergo figura alleotheta.i.aliter poſita:ſolet.n. per hanc genus confundi. Virg.in bucc. Dulce ſatis humor. Pectus & māmæ putres. Figura eſt ſillepſis ſeu conceptio per genus:nam genus fœmininum concipit neutrum:Lucanus in primo lib. Vis erat hinc leges & plæbeſcita coactæ:id autem latius paret in carmine figurarum. ANTO.

ROgare putidam longo te ſæculo.m. In anum libidinoſam ſcribit:quam aſpernantur:Eſt autē ſen ſus: cum ſis longe ætatis iā.& deformis ac putida mirum eſt te deſiderare complexus meos:præ ſertim.cum etiam ſine iniuria uirium mearum hoc tibi prouenire non poſſit. Et rugis uetus frō tem ſenectus exaret. Virgilianū eſt. Et frōtem obſcœnam rugis arat. Velut crude bouis:crudā pro dura aut indomita uidetur dixiſſe. PORPH.

ROgare. Petulanter taxat anus impudentiam utens figura loquendi indignantibus familiari:ſicut me ne incepto deſiſtere uictam ut ſit. Pudet ne aut ita ne decet. te putidam.i.marcidam & peni tus corruptam longo ſæculo.i.æuo:rogare quid eneruet.i.debilitet uires mea! fortaſſe in uenerē intelligit:cum dens ſit tibi ater & ſenectus uetus exaret.i.ſulcet tibi frontem rugis: & podex tur pis.i.anus iguē hiet.i.hiatū & apturā faciat:īter nates.i.clunes aridas.i.effœtas uelut bouis.i.uaccæ:crudæ.i. male digerētis:& ita alui fluxū patiētis. Sed forte dices q pectus ſup. tuū putre incitat me & māmæ putres q̄ les ſup.habent ubera equina.i.uentres equarum(niſi cum Seruio figurate dictum malis quales pro qualia). ASCEN.

ANTO. ℭ Mollis:lentus & rugoſus nõ tenſus uti puellis. Fœmur.i.pars coxæ anterior:poſteriores enĩ partes dñr
Femur fœmina.Coxa uero eſt pars ipſa ſup fœmora. Exile:tenue gracile. Suris:dicũt ſuræ tibiarũ partes craſſio-
res. Eſto beata.Sis inquit poeta:& diues & nobilis & gẽmis ornata preciuſiſſimis nõ tñ effugies quin anus
ſis & deformis. Imagines:apud antiquos defuncto aliquo imagines comitabãt gẽtilia funera qua propter
totus aderat familiæ eius ÿ unquã fuerat populus.Quod Pli.docet libro.xxxv.Et nos latius diximus in Iu-
uenale ſatyra.viii. Marita:ſponſa aliqua. Honuſta:honuſtus dicit̃ cui onus ipſũ honori eſt:ut ſi quis ho-

Venterq; mollis & fœmur tumentibus
Exile ſuris additum
Eſto beata:funus atq; imagines
Ducant triumphales tuum.
Nec ſit marita quæ rotundioribus
Honuſta bacchiis ambulet.
Quid quod libelli ſtoici inter ſericos
Iacere puluillos amant
Illiterati num minus nerui rigent
Minuſue languet faſcinum?
Quod ut ſuperbo prouoces ab inguine
Ore allaborandum eſt tibi.

Honuſtus ſtiũ ſpolia ferat.Sed honeratus ẽ quicũq; preſſus
Oneratus põdere honuſtus:ab honore deſcendit:oneratus ab onere Auctor Seruius libro primo æneidos. Rotundioribus.ſ.q̃ illis ipſius anus:p qđ dignio res baccas intelligit:rotũdiores enim magis laudant. Quid.ſ.eſt uel ſignificat.Eſt autẽ ſenſus. Quid eſt uel qđ ſignificat:uel qđ dicã:q̃ ſtoicos libros in puluillis habes.An ꝓpterea minus dure ſcũt nerui illiterati:uel minus languet faſcinum.i.ipſe priapus:illiterati aũt nerui uidebãt eſſe ſi ne illorũ librorũ præſentia:ipſa aũt ut docta uide ret:illud agebat:quo magis ide amaret.Sed quo niã anus erat & turpis:nihil iuuabat ad neruorũ ſtẽtiginẽ.Nerui enim litteras neſciũt:nec littera rũ ſtudiũ habẽt:aut appetũt:itaq; ore potius illi erat laborãdũ. Stoici:philoſophia ὁ στοα.i.porti dicti ſunt apud athenas enim porticus erat:ubi Zena docebat:inde ſtoici appellati:ii ſummũ bo nũ in ſola uirtute ponebãt. Sericos puluillos.Seres ut ſcribit.Pli.libro.vi.regionẽ inhabitant:quæ ſpectat æſtiuum oriẽtem lanificio ſiluarum nobiles perfuſam aqua depectentes frondium caniciem.Solinus etiam addit q; lanuginis teneram ſubtilitatem humore domãt ad obſequiũ quodq; hoc illud ẽ.Sericũ in uſum pu blicum damno ſeueritatis admiſſum:& quo oſtentare potius corpora q̃ ueſtire primo fœminis:nũc etiã ui ris perſuaſit luxuriæ libido. Puluillos:torulos ceruicalia & plumaciã:puluillus enim diminutiuũ eſt a pul uino qui apponi ſolet quo mollior ſit ſeſſio ſiue caput quaſi puluinus. Tullius libro nono epiſtolarum.Sella tibi erit in ludo tanquã hypodidaſcalo proxima eam puluinus ſequetur.Qui autem generali magiſtro ſub eſt dicitur hypodaſcalos ab ὑπὸ quod eſt ſub & διδάσκαλος magiſter doctor. Iacere amant:id quidem oſtendendæ doctrinæ cauſa agebatur:utque eorum tegmina non decorticarentur:ut itẽ digniores uiderentur puluillos eis ſubiiciebat. Illiterati:ſenſus eſt an nerui ſine litteris minus arriguntur:uel neruus propter litteras minus languet:qui neruus ut ab inguine exurgat ore eſt allaborandum illi:nam litteræ nil faciũt ad arrigendum. Rigent:dureſcunt. Faſcinum:priapus ipſe.Nam ut Plini.lib.xix.capi.vii.ait hortos & foros tantum contra inuidentium faſcinationes dicabant in remedio erant ſaturnica ſigna:hinc Virgilius.lib.iiii. georg.ſcribit.Et cuſtos furum atq; auium cũ falce ſaligna Heleſpontiaci ſeruẽt tutela priapi. Superbo inguine.i.dedignanti ꝓpter anus turpitudinem.Inguẽ autem proprie ſumma coxæ pars dicitur iuxta pudẽda. Prouoces.porro lõgeq; uoces.i.erigas:iacebat enim in inguine neruus languidus ꝓpter illis turpitudinẽ.

PORPH. ℭ Venterq; mollis:mollem uentrem neceſſe eſt eſſe:quia iam rugoſa ac diſſoluta ſit. Et fœ.tu.ex.Ingenioſa deſcriptio.Nihil.n.tam deforme quam craſſiores pedes eſſe infra genua quam ſupra.ſ.& illud ſignate quod additum dixerit quaſi inconuenientẽ in hac diuerſitate tumoris & exilitatis addita ergo quaſi applicita ibi hæc aut appoſita uideantur. Eſto.b.ſ.atq;.i.d.t.t.placeas tibi licet generoſitate ac diuitiis inquit:dum modo deformitatem hanc effugere non poſſis. In funere autem nobiliſſimi cuiuſq; ſolebant præferre imagines maiorum:quod obſeruari uidemus in funeribus principum. Quid quod.l.ſt.i.i.p.a. ſignificat illã uẽ dicare ſibi ſtudium philoſophiæ:& ob id cum libro frequenter eſſe ad regendam.ſ.libidinis utilitatem. Illiterati num mollis.r.Quid prodeſt inquit oſtentare litteram eſſe:cum nihil hoc te adiuuare poſſit ad erigendum mihi penem qui lr̃as neſcit nec earum ſtudium habet neruos pro uirili membro dixit:& eſt ordo:nõ minus rigent nerui:& rigent pro frigidi ſunt accipe:ac per hoc lenti & marcentes. Minuſue lan.fa.æque pro uirile parte poſuit;quoniam præfaſcinandis rebus hæc membri deormitas appuni ſolet.

ASCEN. ℭ Et uenter mollis.i.preſſus & femur exile.i.coxa modica addditum ſuris tumentibus.i.inflatis cruribus:incitant ſup.me?Id autem per ironeam addit.Eſto beata.Ordo eſt.Eſto.i.concedatur ut ſis:beata.i.diues atq; imagines triũphales.i.ſtemmata maiorũ tuorum qui triumpharunt ducant.i.dum ducetur ſequãtur tuum funus:nec ſit marita.i.uxor quæ ambulet honuſta.i.cum honore onerata baccis.i.uniõibus aut margaritis rotundioribus.ſ.quam tu aut tuis:tamen ſup.turpis eſt uetula:uerum quid ſup.ſibi uult quod libelli ſtoici.i.de philoſophia ſtoicorum.amant iacere inter puluillos.i.puluinaria aut ceruicalia ſericos.i.ſerico panno inuolutos.Ideſt cur ut docta uideare libros ad lectum tuum ponis:aut cur litteratos potius q̃ alios ſectaris: num.i.nunquid nerui illitterati.i.illitteratorum:rigent.i.ſurgunt & intenduntur minus & faſcinum.i.inguẽ aut mẽbrum uirile:minus languet.ſ.inter libros?quod.ſ.faſcinum:ut prouoces.i.excites ad uenerem.ab inguine ſuperbo.i.docti uiri te aſpernantis:allaborandum eſt tibi ore.i.blandimentis:unde Iuuenalis ſatyra.vi.quod enim non incitat inguen uox blanda & nequam digitos habet:aut fellatricem notat.

ℭ Argumentum

¶ Argumentum. Odes. ix. — ANTO.

MArcus Antonius poſt ꝓbos Cleopatræ amore ductus: quaſi bñ geſtis rebus in regio ſe ſinu re ficiebat. Ægyptia mulier ab ebrio imꝑatore ꝓcium libidinũ romanũ imꝑium petiit ꝓmiſit Antonius: ueluti hæc oĩa latius ſcribunt ab. L. Floro. Itaq; in patriã pugnaces nauis qngentas duxit auctore Plutar. peditũ milia cẽtum Eqtum milia. xxii. Antonio igr̃ circa actium epyri ꝓmõ orũ nauis hñte Cæſar auguſtus illuc duxit nauis pugnaces. ccl. peditũ. lxxx. milia. Equitũ ferme parẽ antonio numeꝝ iter pugnandũ ãt naues. lx. Cleopatræ q̃ poſt magnas naues collocatæ erant uelis ſublatis ꝑ medios pugnãtes fugã arripuerũt antonius poſthabitis oibus in qnq; remẽ ꝓſiluit: & Cleopatram inſecutus eſt. Itaq; ad tænaꝝ appulerũt. antoniana claſſis ægre. x. hora ſupata ẽ. Mortui nõ ſupra qnq; milia fuere. Captæ ãt naues trecẽtæ. Exercit⁹ itẽ oĩs uictori ſe dedit, Poſt hæc Cæſar ab actio ꝓfectus athenas. Hac igr̃ lætus uictoria Hora. Mecœnatẽ ſuũ alloqtur ut una optimo uino q̃ primũ gaudeant. Sicut ẽt paulo ante uicto Sexto Põpe. fecerãt. Arguit inde antoniũ ꝙ muliebri impio ſe ſubderit, cũ liber eẽt & alter orbis imꝑator. pueꝝ tãdem hortat̃ optima uina miſceat. Iuuat. n. mero dulciſſimo curã & metũ reꝝ Cæſaris ſoluere. Penultima ẽt ode li. i. de antonii & Cleopatræ clade plurima idem Hora. meminit.

Anto. Libido.

Ode. ix. dicolos diſtro. ad Mecœnatem de auguſti uictoria in antoniũ & cleopatrã.

Vãdo repoſtum cecubum ad feſtas dapes
Victore lætus cæſare.
Tecũ ſub alta ſic ioui gratum domo
Beate mecœnas bibam.
Sonante mixtum tibiis carmen lyra
Hac dorium: illis barbarum.
Vt nuper actus cum freto neptunnius

Quando repoſtum: metrum eſt ſimule ꝓcedentibus. Eſt aũt ordo. O beatæ Mecœnas lætus ego uictore Cæſare, qñ ſub alta domo ſic ioui gratum tecum bibam cæcubum repoſtum ad feſtas dapes, Præterea Plautus in caſina inquit, qui utunt̃ uino uetere ſapientis puto. Cæcubum, ſinui caietano contin guum erat cæcubum oppidum, cui adiacebat urbs fundi in apia uia. Tota illa ora præcipua uina generabat neꝑ cæcubũ & fundanũ & ſentinũ ſicuti phalernũ & albanũ inter nobilia numerabat̃, auctor eſt Strabo li. v. Pli. ẽt li. xviii. ſcribit ꝙ antea cæcubo erat generoſitas celeberrima in paluſtribus populetis ſinu amyclano, qđ ſuo tꝑe interciderat & ĩcuria coloni lociq; anguſtia. lib. uero. iii. docet amyclas fuiſſe ꝓpe tarracinam fundos caietamq; uerſus, & a ſerpẽtibus deletas.

Vetus Vinum Cæcubum

Sub alta domo. i. in alta domo intelligit autem mecœnatis turrim, ex qua nero incendium urbis ꝓſpectauit. Sueto. n. ſic ait, hoc incendium e turre mecœnatiana ꝓſpectans lætuſq; flammæ, ut aiebat pulchritudine αλωσιν ilii decantauit in illo ſuo ſcœnico habitu, hoc eſt captionem ſeu capti uitatẽ & expugnationẽ ilii, idem quoq; ſcribit auguſtũ ægrum cubare ſolitum in mecœnatis domo. Sic, ut Cæſaris uictoria gaudeamus. Ioui gratum eius. n. numine uicerat auguſtus. Hac dorium, dorus dorienſes parnaſo affines habitatores cõſtituit ſibiq; ſuperſtites a ſe uocatos reliquit, quod Stra. li. viii. aſſerit, & Pli. li. vi. capi. ii. ſcribit Tris tñ gentes græcas iure dici. Doricam, ionicam Eolicã, cæteras barbaroꝝ eẽ. Illis barbaꝝ. i. phrygium. Nam oblĩq tybiam in pbrygia mydas inuenit, geminas tibias marſyas in eadẽ gente lydios modulos amphion, dorios thamiras thrax, pbrygios marſyas phrix, cum tibiis canere uoce Trozenius dardan⁹ inſtituit. auctor eſt Plinius libro. vii. Diodo. uero lib. vi. ſcribit. Palladẽ tibiã eiuſq; cantum inueniſſe. Vt nuper, bibimus. ſ. Actus quum fre. ordo eſt, quum dux neptunius actus freto fugit uſtis nauibus.

Turris Mecœnatis

Dorus Græci

VÃdo repoſtum cæcubum ad feſtas dapes. Ad hoc repoſitum, ut non niſi ad feſtas æpulas ꝓferetur. Victore lætus cæſare, ut ex inferioribus apparebit eam uictoriam cæſaris auguſti ſignat, quam de antonio & Cleopatra quæſiuerat. Tecum ſub alta ſic ioui gratum domo, beatæ Mecœnas bibam, ut nos ob uictoriam Cæſaris læti epulemur quippe cũ ipſe ſit auctor eius uictoriæ. Sonante mixtum, tibus carmen, lyra. Hac. d. i. barbaꝝ. Nimirum tibiis barbarũ, diximus autem & ſupra tris eſſe ſpecies apud græcos omnium carminum, ionicum, lydium, barbarum. Vt. n. a. cũ freto neptunius dux fugit uſtis nauibus. Vt nuper urbibus ſub audiendum. Cum ſextus Pompeius freto ſiculenſi uictus fugatuſq; eſt neptunium dicere ſextum Pompeium, noli ſimpliciter dictum accipere quaſi qui in mari dux fuiſſet, ſed ꝙ ad eum ſtulticia proceſſiſſet inflammatus in marinarum rerum fœlicitate, ut Neptuni filium ſe diceret, & cyanea ueſte obduceretur.

PORPH.

QVando repoſtum & cætera. Quia argumentum ex Mancinello patet. Ordo eſt, o Mecœnas beate, ut cui ex ſententia ſuccedunt omnia, quando quæ deſideratiue ponitur particula ego lætus Cæſare ſcilicet auguſto uictore ſcilicet. M. antonii & Cleopatræ, bibam tecum ſub alta domo ideſt turri tua, ſic enim gratum ideſt placitum eſt Ioui, ut ſcilicet ille uincat & nos bibamꝰ cæcubum ſup. uinum, repoſtum pro repoſitum ideſt ſeruatum & receptum ad dapes feſtas ideſt feſtiuas & hoc lyra ſonante carmen mixtum tibiis, hac ſcilicet lyra, ſonante dorium ideſt doricum, quia lyræ ſolers & cantor apollo in parnaſo doriis uicino precipue colitur, & illis ſcilicet tibiis ſup. ſonantibus barbarum, aut carmen aut barbarum pro barbare, quia a pbrygibus inuente ſunt. Vt ſup. bibimus, nuper ideſt nunc parum eſt temporis ideſt pauloante cum ideſt quando dux neptũnius, ideſt marinus ſcilicet ſextus Pompeius Cn. Põpei magni filius actus. i. agitatus freto. i. ꝑ mare fugit nauibus uſtis. ſ. ab agrippa fugit dico minatus. i. q fuerat minatus, urbi uincula. i. lora, hoc eſt ſuitutẽ, quæ uincula detraxerat ſeruis ꝑfidis exiſtens amicus. ſ. eis. Romanus. Proſequit̃ uictoriã auguſti cum deteſtatione anto. dicens.

ASCEN.

¶ Turpe:haud.n.decebat iis deliciis uti in tãto bello. Ad hũc.ſ.aduerſus romanũ militẽ uidelicet.M.Antoniũ. ANTO. Galli:multi reges Antonio fauebãt:ſed inter alios ab eodẽ deſciuerũt anteq̃ pugna inciperetᷣ.Deiotarus & amynthas:qui qdem rex erat lycaoniæ & galatiæ:ut Plutarchus edocet.Ephorus aũt Strabo.teſte lib.iiii.Galliæ magnitudinẽ tradidit uſq; ad gades.Ergo gallacia galliæ pars erat pp amynthæ itaq; agmen hoc loco poeta inquit:gallos in Antoniũ uerſos fuiſſe quos poeta ipſe iccirco memorauit:ut romanoꝝ ignauiã magis argueret:nã quũ galli indignarentᷣ ſpadonibus ſeruire:multo magis romani hac eadẽ rei indignari debebant:addit ẽt aliud q hoſtiũ naues.i.ægyptiorũ latebãt dũ pugnaretᷣ apud actiũ:& inter pugnandũ fugerũt.Romani uero cõtra patriã ipſã certabant.Quorũ fuere duces cũ ipſo Antonio publicola.Cælius.M.Octauius.M.inſteius Canidius. Hoſtiliũ nauiũ puppes.ſexaginta Cleopatræ naues itelligit q̃ quidẽ dum nauale certamẽ haberetᷣ erant in tuto loco nihil agẽtes.Plutarc⁹ id oñdit his uerbis.Sed quũ agrippa leuũ cornu circũduceret coactus ẽ publicola longius ſe extẽdere:q̃obrẽ quũ media antonii claſſis abrupta eſſet turbatis ordinib⁹ & iplicatis parũper trepidatũ ẽ:erat tñ cõmune cartamẽ & pugna utriq; æqua:quũ naues.lx.Cleopatræ q̃ poſt magnas naues collocate erãt:uelis ſublatis p medios pugnãtes fugã arripiũt ſuoſq; perturbãt.

Interq; ſigna turpe militaria
Sol aſpicit conopeum
Ad hũc frementes uerterᷣ bis mille equos
Galli canentes cæſarem.
Hoſtiliumq; nauium portu latent
Puppes ſiniſtrorſum citæ.
Io triumphe tu moraris aureos
Currus & intactas boues.
Io triumphe nec iugurthino parem
Bello reportaſti ducem:

Portu latẽt.i.in tuto loco:erãt.n.poſt magnas naues collocatæ:ut oñdimus ægyptiorũ naues.lx. Citæ.i.fugaces ueloces & fugæ aptiores.Siniſtrorſũ itellige poſt naues ſiniſtri cornu:in quo cælius erat tanq̃ i tutiori.Antonius.n.& publicola dextrũ hẽbãt:ecõtra uero Cæſar dextro cornu ſibi reſeruato ſiniſtro Agrippã pfecit:Auctor ẽ Plutar. Io triũphe:Io uox ẽ ouãtis.Naſo li.ii.de ar.Dicitæ io pæan:& io bis dicite pæan decidit i caſſes pda petitia meos.Romulus aũt primus triũphũ iſtituit ſua i urbe:triũphauit.n.de cecinẽſibus & antẽnatibus hoc mõ. Vltimus ipſe poſt põpa ibat purpurea ueſte amictus comãq; lauro coronatus & ut dignitatem regiã ſeruaret curru q̃driiugo inuect⁹:aliæ uero equæſtres pedeſtreſq; copiæ ſequebantᷣ inſtructæ egregiæ deos laudãtes patriis carminibus:ſicq; urbẽ intrarũt:poſt pompã aũt & ſacrificium Romulus extructo tẽplo in uertice capitolini collis ioui:quẽ feretriũ romani uocãt:cecinẽſium in eo regis ſua manu interfecti ſpolia cõſecrauit.Hæc oĩa ex Diony.libro.ii.Quo aũt pacto poſteri triumpharint latius diximus in Iuuenalis ſaty.x. Triũphũ Iugurthino bello: bellum populus roma. cum iugurtha rege numidarum geſſit:quod magnũ fuit & atrox.Demum a bocco maurorum rege & pacis auctore inſidiis captus ẽ:& uinctus ſylle traditus:& ab eo ad marium deductus:quem tãdem uinctum in triumpho marius duxit kal.Ianuariis cum magna gloria:quo die ẽt ſecundum cõſulatum marius iniit fauẽte populo ẽt cõtra leges:auctores Plutar.& Salu. Iugurthinum bellũ Aphricanum.P.Cor.Scipio primus nomine uictæ a ſe gentis Aphricanus ẽ dictus:ut ſcri.Liuius.& Plutar.Is natus an.xxiiii.pconſul in hiſpaniam miſſus carthaginẽ nouam urbẽ oppulẽtiſſima ubi carthaginẽſi duces omnẽ belli apparatum & qcquid pcio dignum hẽbãt cõgeſſerant expugnauit diripuitq;.haſdrubalis inde caſtra ui cœpit eo fugato cum paucis Maſiniſſam numidiæ regem ro. populo ſua uirtute iunxit: hiſpaniæ populi oẽs aut imperium aut ſocietatẽ romanoꝝ acceperũt. Gaditani etiã ſponte ſe romanis dedidere. Scipio receptis pulſis carthaginenſibus.L.Lentulo & Manlio acidio puincia tradita romam rediit: ubi paulopoſt cõſul declaratus eſt.Cõtẽdit poſtea in Siciliam:e lilybeo deinde in Aphrica iit una nocte Syphacis numidiæ regis caſtra & haſdrubalis altera cœpit atq; incendit:poſt hæc.C.Lælium & Maſiniſſam contra Syphacem miſit q̃re in prælio ille raptus ẽ:& ad Scipionẽ ductus.Hannibal itaq; ex italia reuocatus fuit in patriam: ubi apud Zamam uictus eſt a Scipione:ſed e media cæde cum paucis effugit:Scipio aũt carthagine romano populo tributaria effecta exercitiũ i italiã reduxit:itaq; celeberrimo triũpho urbẽ ẽ iuect⁹:auctores Liuius & Plutarchus.

¶ Ad hunc frementes uertunt bis mille equos galli canentes Cæſarem:ſignificat equitum gallorũ duo millia ab Antonii partibus ad Cæſarem transfugiſſe:quorum mentio iam facta eſt:ut romanos qui ſub præpoſitis ſpadonibus æquo animo militarent magis oneraret per cõparationem gallorum:qui hoc dedignati ad cæſarem ſe contulerunt. PORPH. Hoſtiliũq; nanium portu latẽt puppes ſiniſtrorſum citæ.Ordo eſt:puppes hoſtiliũ nauiũ latent portu:allocutionem attende mirandã συνεκδοχην περιφρασιν ſiniſtrorſum:citæ ãt qď dixerat manifeſtũ eſt Alexandriã uerſum eſſe:intelligendum aũt littore Epyri ubi pugna naualis cum Antonio fuit ſi Italiam petas in dextra neceſſe eſt:ſi Alexandriam in ſiniſtra. Io triumphe moraris aureos currus:quaſi deum inuocat triumphum: tu inquit moraris currus:qui iam parati ſunt. Et fractas boues ideſt indomitas nõ ſic dixit quaſi fœminis tantum triumphantes ſacriſicent:ſed quia metro quid gratius fœminino genere boues quam maſculino dicuntur.Denique:ut Virgi. Ille meas errare boues:ut cernis. Io triumphe:nec iugurthino parem bello reportaſti ducem:non tanta inquit gloria.G.marius de iugurtha triumphauit.

¶ Iuter ſi.mi.ſ.romana. Galli.ſ.galatiæ amyntæ regis milites:canẽtes.i.laudãtes Cæſarẽ.ſ.Auguſtũ:uertere ad hunc ſcilicet ad expugnandum:hoc eſt ad romanum ſic degenerantem:bis mille equos frementes: ASCEN. gabellicos & animoſos.Et puppes ideſt poſteriores nauium ptes citæ.i.ueloces ad fugam: nauium hoſtilium.ſ.Cleopatræ quas ſexaginta habuit ocioſas:latent.ſ.dum bellũ gerebatᷣ.in portu.i.in loco tuto:ſiniſtrorſum.i.poſt naues ſiniſtri cornu.Exclamat ergo præ gaudio poeta dicens:Io q̃ exultantis aut ouãtis uox eſt: triũphe.ſ.auguſto debite tu moraris.i.i mora tenes:curr⁹ aureos:ſaltẽ auratos & boues itactas.ſ.iugo q̃s mactarᷣ deſtinauit.Io triũphe:nec reportaſti ducẽ parẽ.ſ.auguſto ſup.e bello iugurthino: uñ mariũ triũphãtem reduxit.

ANTO. ¶ Sup carthaginẽ: hic Hora. alluſiſſe puto ad illius ſepulchri inſcriptionẽ. Nã ut Plutar. memoriæ tradit frequẽtior ſama ẽ literni aphricanũ mortuũ. Ibiq; ex ſua inſtitutione ſepultũ eẽ: ne pr̃ia parũ memor bene ficioꝝ ſuũ funus celebraret. monumentũq; ei factũ: ac ſtatuã ſuppoſitã q̃ poſtea tẽpeſtate diſiectã Liuius ſe uidiſſe teſtat̃ ꝑterea apud Caietã in marmoreo ſepulchro æneaq; urna hæc iſcripta repiunt̃. Deuicto Hãnibale capta Carthagine: & aucto iperio hos cineres marmore tect° habes. Cui nõ europe nõ obſtitit aphrica quẽdã. Reſpice res hoĩum q̃ breues urna ꝓmit. Ad hæc igit̃ alluſit Hor. Q đ ãt Acrõ ſcribit apud alios non legi inter cepta hiſtoria præſertim Liuii.

Neq; africanum cui ſuper carthaginem
Virtus ſepulchrum condidit.
Terra mariq; uictus hoſtis punico
Lugubre mutauit ſagum.
Aut ille centum nobilem cretam urbibus
Ventis iturus non ſuis:
Exercitatas aut petit ſyrtes noto
Aut fertur incerto mari.
Capaciores affer huc puer ſcyphos:
Et chia uina aut leſbia.

Quod quidem ſi ipſe olim ita legiſſet placeret utiq;. Terra mariq; uictus hoſtis iã ad Antoniũ poeta red- dit: quẽ dicit terra mariq; uictum accepiſſe pullatum ſagũ: i uariaq; fugiſſe loca: ut auguſti uictoriã oñdat: dixerat .n. uictore lætus Cæſare. terra mariq;: quo tpe apud actiũ naumachia pugnatũ ẽ terreſtribus copiis ad Antonio. Canidi° ꝑerat cũ. xyiii. legionib° & .xxii. milibus equitũ. A cæſare Thaurusq utriq; inſtructa acie ĩ littore qeſcebãt euentũ naualis pugnæ expectã tes interpugnãdũ fugit Cleopatra cum nauibus. lx. ſe cutus eſt eã Antonius cũ ſola quinq̃remi: alexa & ſi- culo dũtaxat comitibus. Eius claſſis quũ diu cæſari reſtitiſſet. x. hora ſuperata eſt Canidius poſtea noctu e caſtris fugit ſuoſq; ꝑdidit: itaq; illi ſe uictori dedide re, auctor eſt Plutarchus.

Sagum Sagum, erat ſagum ueſtimentũ militare: ut ſcribit Nonius. Dicit autem Hora. Antoniũ poſt amiſſam claſſem pullarum ueſtimentum accepiſſe relicto punico ideſt tyrio & purpureo. Aut ille, hoſtis. ſ. Antonius q fugiendo uaria loca adiit. Petit cretã iturus uentis non ſuis hoc ait poeta, qm̃ Antonius fugiens quinqueremi, ut Cleopatram aſſequeret̃, ab ilia in ſua naui receptus eſt, ſicq; ad tæ narum appulit ut docet Plutarchus. Vel uetius non ſuis i. non proſperis non ſecundis, non exoptatis Vn de & Sapho inquit. Non agitur uento noſtra carina ſuo. Eſt autem tænarus promõtorium laconiæ regio nis peloponenſi, cuius limites ſunt a ſeptentrione corinthiacus ſinus & iſthmos, deinde creticũ pelagus, ab ortu ſolis ẽt creticũ mare, ut Ptolemeus li. iii. ſcri. Propter hæc igitur poeta inquit. Aut petit cretã &c.

Syrtes Exercitatas, aut petit ſyrtes noto. Antonius. n. ab tænaro diſcedens in lybiam, peruenit Cleopatra uero in Cypꝛ remiſſa eſt. Vt ãt hæ quæ in lybia erant copiæ ab Antonio deſciuerunt uoluit ille quidem ſibi mortem conſciſcere, ſed prohibuerunt hi qui ſecum erant delatus eſt igit̃ Alexandriam. Syrtes. Saluſt. i iugur. ſcribit ſcyrtes duos eſſe ſinus prope in extrema aphrica ipares magnitudine, pari natura quoꝝ pro xima terræ ꝑalta ſunt cætera uti ſors tulit alta, alia in tempeſtate uadoſa, nam ubi mare magnũ eſſe & ſæ- uire uentis cœpit, limum arenamq; & ſaxa igentia fluctus trahunt, ita facies locoꝝ cũ uentis ſimul mutat̃ ſyrtes a tractu nominatæ. Inter eas ſitũ oppidũ lectis a ſydoniis cõditũ hæc ex illo σύρω ãt trabo nobis ſi- gnificat. Solinus uero ſcri. ꝙ utræq; ſyrtes ducẽtis quinquaginta milibus paſſuũ ſeparant̃, ſed aliqñ clemẽ- tior q̃ minor eſt, eas in acceſſas uadoſum ac reciprocũ mare efficit, cuius ſali defectus uel incremẽta haud ꝓmptũ eſt deꝑhendere ita icertis motibus, nũc in breuia reſcindit dorſuoſa, nũc æſtibus inundat̃ ingetis De ſyrtibus ẽt Strabo li. iii. meminit, multaq; Lucanus li. ix. Incerto mari, ꝑ ipſe icertus uel ꝑ icertũ ma re, cuius nomẽ ignorabat adeo remotũ erat. Capaciores, poſtq̃ Antonii fugã uictore Cæſare patefecit, lætitiæ gratia uina optima iubet Afferri. Capaciores, ualde capaces & amplos, ſeu mauis ampliores ali is.

Scyphos Scyphos, ſcyphus herculis poculũ erat. Ita ut liberi patris cãtharus herculẽ uero fictores ueteres non ſi ne cauſa cum poculo fecerunt, & nonunquam caſſabundum & ebrium non ſolũ ꝙ his heros bibax fuiſ- ſe perhibet̃, ſed etiam ꝙ antiqua hiſtoria eſt herculem poculo tanquam nauigio uentis imenſa mari trã ſiſſe, Auctor eſt Macrobins libro. y. ſat. Chia, uina, aut leſbia, chia uina aruiſia intelligit. Eſt enim aruiſi um promontorium chii, ex quo uinum quod aruiſium uocant, ut ſcribit Plinius libro. xiiii. capi. decimo chios autem inſula eſt una cycladum teſte Solino Homeri ſepulchro aliis antecedens Strabo etiam do- cet lib. xiiii. chium & leſbum uina optima ferre. De leſbo autem plura diximus ode prima.

PORPH. ¶ Terra mariq; uictus hoſtis pũico lugubre mutauit ſagũ, hoc ẽ depoſuit coccineã clamidẽ Anto. q̃. ſ. ipe rator utebat̃ & accepit. i. nigrã, & utrũ ob luctũ uictaꝝ ꝑtiũ hoc facit. an ut in fuga lateat. Exercitatas, aut pe. ſy. no. Nã & alibi ait undas exercet auſter in certo mari. ἀγατοῤα: Ad ipm. i. ipe fert̃ icertus cõſilii.

ASCEN. ¶ Neq; portaſtai parẽ aphricanũ. ſ. Scipionẽ: cui uirtus cõdidit ſepulchrũ. i. titulũ: ſup Carthaginẽ. ſ. deui ctã. Acrõ ãt dicit ſic. Deuicta carthagĩe uirtute Scipiõis aphricani cũ aphri aduerſũ ro. denuo rebellarẽt cõ ſulto oraculo rñſũ ẽ: ut ſepulchꝝ Scipiõi fieret q̃ Carthaginẽ reſpiceret: tũc leuati cineres ei° ſũt Piramide i uaticano cõſtituta & humati i ſcpulchro ei° i portu Carthaginẽ reſpiciẽte. Terra Reddit ad Antoniũ di cẽs. Hoſtis. ſ. Antoni° uict° terra ꝑ defectionẽ Canidii: & mari ꝑfugã Cleopatræ: mutauit punico. i. ꝑ pu- nico. i. purpureo ſeu tyrio dibapho accepit. ſagũ. i. paludamẽtũ militare: lugubre: qa nigrũ. Ille. ſ. hoſtis ui ct°: utpote Anto. aut itur° ẽ cretã nobilẽ id ẽ iſignẽ cẽtũ urbibus: uẽtis nõ ſuis. i. nõ ſecũdis: neq; quo uelit pellẽtibus: aut petis ſyrtes exercitatas ideſt ſinus illos maris uexatos noto ideſt uento illo humido: aut fer tur mari icerto ideſt incognito, aut ipſe certus quo ſata uentiq; trahant. Et ideo o puer affer ideſt apporta mihi ſcyphos capaciores ideſt multum capaces: & uina chia aut leſbia quæ trãſmarina ſunt, uel metire. i. menſura & propina nobis ideſt Mecœnati & mihi, cœcubum uinum italicum.

ANTO. ¶ Nauſeã coerceat nauſea ꝓprie uomitus dr̃ q fit pp ſentinæ ſetidã aq̃:uñ & a nauis dr̃. Traduut ãt optimo uino cõprimi uomitũ utq; Celſus li.ii.ait ſtomacho idoneũ eſt uinũ auſterũ licet iã aſperũ ſit itẽ reſinatũ: & Pli.lib.xiiii ſcribit uini naturã eſſe ex hauſtu:accẽdere calore uiſcera intus:foris ĩfuſo refrigerare. Dulcis lyeo ſoluere:lyeus bacchi nomen:ab λύω quod eſt ſoluo:eo ꝙ mentem & membra uinum diſſoluat:unde ſequitur paralyſis de quo etiam ode ſeptima diximus. Plinius præterea lib.decimo quarto ſcribit nimio potu gigni fere rerum omnium obliuionem morteinq; memoriæ:furoremq; etiam.

Vel quod fluentem nauſeam coerceat
Metire nobis cæcubum.
Curam metumq; cæſaris rerum iuuat
Dulci lyeo ſoluere.

PORPH. ¶ Vel quod fluentem nauſeam coerceat. Metire nobis cæcubum:quia auſteriſſimum eſt cæcubum uinũ merito nauſeam coercet:& metire inquit:quia ciatho hauriebat ex cratera uinum

ASCEN. ¶ Quod coerceat ideſt reſtringat nauſeam fluentem ideſt uomitum ex uino externo prouocatum:iuuat ſcilicet nos ſoluere dulci lyeo:ideſt uino a diſſoluendo.n. dicitur bacchus lyeus:curam & metum rerum Cæſaris:ideſt quem pro Cæſare ſuſcepimus.

Ode decima dicolos diſtrophos imprecatur tempeſtatem in Meuium.

Mala ſoluta nauis exit alite
Ferens olentem Meuium.
Vt horridis utrũq; uerberes lat⁹
Auſter memento fluctibus:
Niger rudentes eurus inuerſo mari
Fractoſq; remos differat.
Inſurgat aquilo quantus altis montibus
Frangit trementes ilices
Nec ſydus atra nocte amicum appareat
Qua triſtis orion cadit.
Quietiore nec feratur æquore
Quam graia uictorum manus
Cum pallas uſto uertit iram ab ilio
In impiam aiacis ratem
O quantum inſtat nautis ſudor tuis
Tibiq; pallor luteus
Et illa non uirilis eiulatio.
Preces & auerſum ad iouem
Ionius udo cum remugiens ſinus
Noto carinam ruperit.
Opima q; ſi præda curuo littore
Porrecta mergos iuuerit:
Libidinoſus immolabitur caper
Et agna tempeſtatibus.

¶ Argumentum. Odes. x.

ANTO. Meuius poetarum peſſimus tum maronis tum Horati æmulus uti & bauius erat hic mæuio nauigaturo tempeſtatem poeta imprecatur hac ode. Mala ſoluta nauis: metrum eſt ſimile prioribus. Mala alite:malo auſpicio. Differat:ſpargat. Orion cadit:ideſt occidit:de hoc autem ſuperius in odis. Graia uictorum manus: de hac re legito Maro.libro primo æn.ibi. Pallas ne exurere claſſem argiuum &cætera. Pallor lutheus. Violaceus pallor & croceus:unde etiam Hora.libro tertio car.ode uero decimo inquit nec tinctus uiola pallor amantium. Et Maro in buccoli. Mollia lutheola pingit uacinia calta. Et Apuleius libro undecimo inquit. Nunc albo candore lucida. Nunc croceo flore lutea: nunc roſeo rubore flammida. Opima præda. Cadauer mæuii intelligit:quod pingue fuiſſe innuit:opimæ hoſtiæ præcipue pingues dicebantur:ut Feſtus ait: & opima magnifica & ampla ſpolia. Libidinoſus:caper huic olentem mæuium apte comparauit.

PORPH. Mala ſoluta nauis exit alite ferens olentem mæuium:hinc eſt mæuius importuniſſimus poeta:quem & Virgi.conſimili contumelia nominat. Qui bauiũ non odit amet tua carmina mæui. Olentem autem pro putido dictũ accipe.ẽ enim σχῆμα λυπωτοτης. Mala alite:hoc eſt malo auſpicio:& attende alitem hic fœminino genere dixiſſe:alibi maſculino:ut qualem miniſtruz fluminis alitem. Vt horridis utrunq; uerberes latus auſter memento fluctibus:iocunde quaſi uento præſenti præcipitat:& utrunq; latus nauis utiq; intelligendum eſt. Niger rudentis eurus iuerſo mari:quod eſt euerſo mari an contrariis fluctibus. Qua tri.ori.cadit.qua nocte ſcilicet. Cum pallas uſto uertit iram ab ilio in impiam aiacis ratem hoc eſt ex Virg.lectione ſatis notũ. Et illa non uirilis eiulatio:eiulatio potius id dicititur: quod eſt quaſi gemitus flentis τροπος ονοματοποιια ionius udo cum remugiens ſinus notho carinam ruperit:udo aurẽ notho hoc eſt aquoſo ac pluuioſo. Opima q; ſi ꝓda curuo littore:opimam corpus ꝓdã ipſius meuii intelligamus ex quo apparet pinguẽ fuiſſe.

ASCEN. Mala. Sicut amico Vergilio. bonam nauigationem primo carminum præcatus eſt:ita hic malam mæuio utriq; inimico Nam in buc.dicit Maro. Qui bauium non odit amet tua carmina mæui. Ordo eſt. Nauis ferens mæuium olẽtem ideſt fetidum hominem exit ſoluta ſcilicet a littore:mala alite ideſt aue:hoc eſt auſpicio. Et o auſter uente memento:ut uerberes: utrunque latus ſcilicet nauis eius:fluctibus horridis:& eurus uentus ab oriente flans:niger ideſt nubiloſus & inimicus:differat: ideſt diſtrahat & in diuerſa ferat:rudentes ideſt funes nauium & remos fractos:& hoc mari inuerſo ideſt eo quo dimum eſt ſurſum uerſo. Et aquilo uentus a ſeptentrione flans a latere orientali:qui uehemens dictus

eſt q̧ ut aquila uolat:inſurgat ſupple tantus:quantus frangit ilices trementes ſupple in altis montibus.Nec fidus:pergit dicens.Nec fidus ſupple ullum:amicum ideſt benignum appareat nocte atra ideſt caliginoſa & aduerſa:qua orion ideſt ſydus orionis in ortu & occaſu ſed potius in occaſu tempeſtatem ciens:cadit triſtis: ideſt inimicus nauigantibus.Nec Mæuius feratur æquore quietior q̃ ſup.uecta eſt:manus graia.i.graioruʒ uictoꝝ.ſ.troiæ:cũ pallas uertit irã ab ilio uſto ĩ impiã ratẽ aiaci.ſ.oilei:q̃ cũ cæteris apud caphareã profligauit q̧ aiax ille cũ caſſandra ĩ tẽplo deæ cõcubuerat.O q̃tus ſudor iſtat nautis tuis:o mæui:& quãtus : pallor luteus.i.croceus a luto ꝓ colore cuius prima longa iſtat ſup.tibi:& illa eiulatio.i.exclamatio:nõ uirilis:ſed muliebris:ſup.inſtat:tibi & p̃ces inſtant tibi:ad Iouẽ auerſum.i.indignatũ & non audientẽ cum ſinus ionius.i.ionii maris:remugiens noto.i.uento illo hudo.i.humido:ruperit carinam ideſt uentrem nauis tuæ. Quod ſi præda opima.i.pinguis:uidelicet cadaueris tui porrecta curuo littore.i.circũ curuũ littus iuuet.ſ. ad eſum:mergos:ideſt aues marinas facile mergentes:caper:ideſt hircus:quia tu fetidus es:libidinoſus: quia pro te libidinoſo & agna q̃ ut gratiorem iam deuoueo:imolabitur.ſ.a me tẽpeſtatibus quæ te obruerint.

## Ode.xi.dicolos diſtrophos ad Pectium.

PEcti nihil me ſicut antea iuuat
Scribere uerſiculos amore per-
cuſſum graui:
Mollibus in pueris aut in puellis urere:
Hic tertius december ex quo deſtiti
Inachia furere:ſiluis honorem decutit.
Heu me ꝑ urbem nam pudet tanti mali:
Fabula quãta fui:cõuiuiorũ & pœnitet:
In quis amantem languor & ſilentium
Arguit:& latere petitus imo ſpiritus:
Contraq̧ lucrum nil ualere candidum
Pauperis ĩgeniũ quærebar applorãs tibi
Simul calentis ut inuerecundus deus
Feruidiore mero arcana promorat loco.
Quod ſi meis inæſtuet præcordiis

### ℂ Argumentum Odes. xi.

ANTO. AMico pectio ſcribẽns Hora.ait uerſus componere non iuuare ſe ut olim:eſt.n.graui amore ꝑculſus lyciſti pueri. Pecti nihil primus uerſus hexameter iambicos eſt ſecundus uero duos habet dactylos cuʒ cæſura poſt:& quatuor de iambico uerſu. Hic tertius decẽber: ordo ẽ: hic tertius decẽber decutit honorem ſyluis:& quo deſtitit furere inachia:in decembri ãt folia cunctis pene arboribus excidunt:paucæ.n.excipiuntur. Inachia: de hac eadem ſequẽti ẽt ode meminit. Heu me: ordo eſt: heu me quãta fabula fui per urbem:nam pudet tãti mali:& pœnitet conuiuiorum. Arguit.oñdit. Latere imo:latera.n.gemitu laborant. Spiritus:anhelitus. Contra ne lucrum:ordo eſt q̃rebar ne tibi applorans o pecti nihil ualere contra lucrũ candidũ ingeniũ paupies calentis:ſimul deus inuerecundus mero feruidiore ꝓmorat arcana loco. Lucrũ.i.auaritiã meretriciã:ob q̃ diues riualis Hora.p̃ferebatur:hinc & Oui.li. ii.de arte inquit:Ipſe licet uenias muſis comitatus homere.Si nihil attuleris ibis homer̃ foras. Calẽtis amãtis. Inuerecundus deus:uel bacchus uel cupido:ii enĩ reddunt inuerecundos. Arcana promorat : latius iamiam ſuperius de uini effectu patuit.Eſt autem ſenſus:q̧ ubi uino incalauerat ſecreta ſua pectio manifeſtabat conquerens quod eius ingenium candidum nil ualeret apud auaram meretricem.

Geminentur:coitu conduplicentur. Incœptis grauibus: Aliud ꝓceptum ait a poetis aliquando deſcriptiones fieri per Ecbaſim hoc eſt per exitum:qua a ſuperioribus non pendeant:ſed antedictis adiungantur. Has autem deſcriptiones eſſe aptas & raras conuenit:ut hoc loco docet Hora. Sunt enim ornatui:hoc ſentit Seruius in decimo Aeneidos. Senſus eſt ergo & ordo Grauibus icœptis & plerũq; profeſſis magna pannus unus & alter purpureus qui late ſplendeat aſſuitor:hoc eſt deſcriptio aliqua ſatis ornata. & tanquam pannus purpureus per ecbaſim adiungitur grauibus incœptis & profeſſis magna hoc eſt tractantibus res grãdes quum lucus & ara Dianæ deſcribitur &c. hoc eſt cum deſcriptio ſit luci & aræ Dianæ:aut fluminis Reni. ita mali poetæ per tales deſcriptiones uagantur:ut a materia incœpta exeant. Nõ dãnat poeta tales deſcriptiones:ſed ꝙ materiæ cœptæ non cõueniãt. Ara Dianæ:licet plima in diuerſis ꝑtibus orbis ſuerint templa Dianæ : tamen puto a poeta intelligi uetuſtiſſimum illud templum Dianæ Scythicæ a ſcriptoribus tam græcis q̃ latinis celebratum. ubi ut legitur apud Euſebium de præparatione euangelica tauros cythæ quoſcunq; aduenas cœperint(Capiunt autem multos:qui fluctibus & tempeſtatę ad eos depelluntur.)Dianæ ſtatim imolare ſolent:quæ ſacrificia tragice i ſcæna Euripides decantauit: & ideo ait ara & non templum quaſi in qua tam dira ſacrificia celebrarentur. Ad eam aram perductus fuit Oreſtes furioſus a Pylade pro ſanitate recuperãda:unde illud Ouidii in libro de ponto. Aſſuit inſano iuuenis Phoceus Oreſti. Aliqui extimant de templo Dianæ epheſiæ intelligendum:quod ducentis & oiginti annis factum fuit a tota Aſia uniuerſo templo lõgitudo eſt quadringentorum uiginti quinq; pedum:latitudo ducentorum uiginti. Columnæ centum uiginti ſeptem a ſingulis regibus factæ:Sexaginta pedum altitudine. Ex iis triginta coelatæ:una a Scopa. ait igitur Hora. tales deſcriptiones oportere eſſe aptas & raras. Aut flumen rhenum:licet rhenus genere maſculino dicatur. tamen genere neutro antiqui protulerunt auctore Priſcia. quotiens flumen ſequebatur: ſicut Tiliamentum flumen: Anaſſum flumen:& Romatinum apud Pli. li. iii. cap. xvii. Horarius in quarto carminum. Teſtis metaorum flumen:Rhenus autem fluuius eſt:qui ut ſcribit Cæſar in quarto cõmentario. Oritur ex lepontiis : qui alpes incolunt:& longo ſpacio per fines Nantu antium Neluetiorum. Sequanorum. Mediomatricum: Tribucorum: Treuirorum citatus fertur:& ubi oceano appropinquat in plures fluit partes multis ingentibuſq; inſulis effectis : quarum pars magna Feris barbariſq; nationibus incolitur: ex quibus ſunt qui piſcibus:ouiſq; auium uiuere exiſtimantur:multiſq; capitibus in oceanom influit:Galliam a germania diuidit:unde poeta bene mentionem facit de rheno. quaſi cuius deſcriptio ſit multiuga. Sed nunc non erat his locus:licet inquit tales deſcriptiones per egreſſionem & excurſum uenuſtæ ſint:tamen quũ a ſupioribus non pendeant in eo loco non conueniunt. Sicq; oſtendit oportere digreſſiones ad materiam cœptam pertinere:ut rei compoſitio ſibi conſtet. Et fortaſſe cupreſſom ſcis ſimulare:fortaſſe inquit hoc facis: quia talibus deſcriptionibus ab incœpta materia non pendentibus ita es aptũs:ut pictor erat pingẽdæ cupreſſo cui tam in promptu erat eam arborem pingere:ut qoum ab eo naufragus quidam peteret ut naofragium ſuum pictura exprimeret ille interrogauerit num ex cupreſſo uellet aliquid adiici:uidetur tamen poeta conſuetudinem illam pictorum reſpicere:cuius meminit Plinios libro. xvi. ſic ſcribẽs de cupreſſo:trahiturq; etiam in picturas opere hiſtoriali:uenatus claſſeſue & imagines rerum tenui folio breuiq; & uirente ſuperueſtiens. Scis ſimulare:ſcis pingendo exprimere & ſimilẽ facere. Quid hoc? Quid inquit pertinet ad naufragum cupreſſus picta qui æs dat ut caſus ſui naufragii pingatur? Conſuetudo enim hæc fuit apud antiquos:ut qui naufragiom feciſſent illud in tabella pictum humeris dependens mendicando circunferrent: unde eſt illud apud Perſium. quum fracta in trabe pictum ex humero portes: Et apud eundem. Largire inopi ne pictus oberret cerulea in tabula. Ait ergo poeta deſcriptiões exeuntes a materia cœpta non plus poemati conuenire. quam cupreſſus illius pictoris conuenit naufrago. Hoc autem prouerbium eſt græcum auctore Porphyrione:quod in eos ceſſit:qui relicta propria materia quam exequi deſperant:alios incongruos ornatus inducunt. Amphora cœpit inſtitui: Aliud præceptum interrogatiue pronunciandom. Cur inquit quum altam & grandem materiam cœpiſti ſcribere in humilem & exilem deſcendis:ut ſit ſenſus totam rei compoſitionem æquali dicendi ſtilo eſſe continuandã a figulo. Deniq; ſit ſimplex & unum. Deniq; inquit quicquid ſcribis fac ſimplex ſit & cœptæ materiæ nec aliud prios admiſceas quam quod cœptum ẽ finieris.

Maxima pars uatum. aliud præceptum breuitatem obſcuram fugiendam eſſe. Erramus inquit o piſones:(nam patrem & filios alloquitur)dum enim conamur ueram ſequi uirtutem:in uitia uirtuti uicina incidimus:nam breuiter ſcribentem ſequitur obſcuritas. In uitium enim incurrit:qui dum breuitati ſtudet neceſſaria in narratione omittit:unde ſequitur obſcuritas. Qui autem ueram ſequitur breuitatem inde ut docet Cicero incipit:unde neceſſe eſt:nec ab oltimo initio narrat:ſummatimq; non particulatim narrat: & nõ ad extremum:ſed uſq; eo quo opus eſt ꝓſequitur:unde eſt illud Quintiliani in octauo. Alii breuitatis æmuli:neceſſaria

Decipimur ſpecie recti. Breuis eſſe laboro:
Obſcurus fio. ſectantem leuia nerui
Deficiunt: animiq;: profeſſus grandia turget.
Serpit humi tutus nimium: timiduſq; procellæ.
Qui uariare cupit rem prodigaliter unam
Delphinum ſiluis appingit: fluctibus aprum.
In uitium ducit culpæ fuga: ſi caret arte.
Aemilium circa ludum faber Imus & ungues
Exprimet: & mollis imitabitur ære capillos.
Infelix operis ſumma: quia ponere totum
Neſciet: hunc ego me: ſiquid cõponere curem:
Non magis eſſe uelim: quã paruo uiuere naſo
Spectandum nigris oculis: nigroq; capillo.
Sumite materiam ueſtris qui ſcribitis æquam
Viribus: & uerſate diu: quid ferre recuſent:
Quid ualeãt humeri cui lecta potẽter erit res
Nec facundia deſeret hunc: nec lucidus ordo.

li neceſſaria quoq; orationi ſubtrahunt uerba: & uelut ſatis ſit ſcire ipſos quid dicere uelint: quantũ ad alios pertineat: nihil putant. De breuitate ſcribit ſic Cicero in tertio de legibus. Breuitas non modo ſenatoris: ſed etiam oratoris magna laus in ſententia. Leuia ſectantem nerui deficiunt animiq;. Scimus ex auctoritate Ciceronis tria eſſe genera elocutionis: quas nos figuras appellamus: in quibus omnis oratio non uitioſa cõſumitur: unam grauem: alteram mediocrem. tertiam extenuatam: uocamus. Grauis eſt quæ cõſtat ex uerborum grauium magna & ornata conſtructione. Mediocris eſt quæ conſtat ex humiliore: neq; tamen ex infima & peruulgatiſſima uerborum dignitate. Attenuata eſt quæ demiſa eſt uſq; ad uſitatiſſimam puri ſermonis conſuetudinem. Scriptores igitur plerunq; hæc genera conſectantes in finitima & propinqua uitia deueniũt: & ut teſtatur Quintilianus. Proxima uirtutibus uitia cõpræhendunt fiuntq; pro gradibus tumidi: preſſis exiles: fortibus temerarii: lætis corrupti: compoſitis exultantes: ſimplicibus negligẽtes: quod hoc loco poeta notat. Qui ergo iquit ſectantur læuia hoc eſt diſerta: ornata: & polita errantes perueniunt ad confinium eius generis quod appellamus diſſolutum: quod eſt ſine neruis & articulis propterea ait poeta Nerui deficiunt & animi. Profeſſus grandia turget. Ille inquit qui i graui figura ſe uerſari putat. errans in propinquam peruenit quæ fugienda eſt: quæ ſufflata appellatur: hoc eſt turgida: nam ut corporis bonam habitudinem tumor imitatur ſæpe: ita grauis oratio ſæpe imperitis uidetur ea quæ turget & inflata eſt: quum aut nouis aut priſcis uerbis: aut duriter aliũde trãſlatis: aut grauioribus q̃ res poſtulat aliquid dicitur. Serpit humi tutus: is. n. inqt qui in humili figura ſe putat ſcribere: errans ita ſe demittit ut in genus aridum & exangue orõnis perueniat: quod exile noĩari non eſt alienum. Ordo autem eſt. Tutus nimium hoc eſt qui nimium tutus eẽ uult: proindeq; altiora timet aſcendere ſerpit humi: ad nimis ima ſe demittit: ac per hoc in uitium incurrit. Serpere autem dicimus oratiõem: quæ ſe humilius preſſiuſue demittit q̃ oportet: ſumpta metaphora a ſerpentibus: qui per humũ prono corpore ſerpũt. Qui uariare cupit rem prodigialiter unam. Aliud uitium notat fugiendum. Aliqui inquit exiſtũt adeo inepti: ut quum uelint materiam quam aggreſſi ſunt ornare fabulis in uitium incurrant: ſimileſq; ſint de ſcribentibus delphinos in ſyluis & apros in pelago: hoc autem inquit fit: quia artificium profeſſionis poeticæ ignorant: quæ omnino non negat poemata eſſe ornanda: fabulis & figmentis: ſed iis quæ a ueritate non ſint prorſus auerſæ: ſed quæ ſint uerisſimiles: Eſt ergo ſenſus & ordo. Qui inquit cupit uariare rem: ideſt poema ſuum ſimplicis materiæ prodigaliter: ideſt ut interficiat prodigia & fabulas appingit delphinum in ſyluis & aprũ fluctibus ut dicat non ita eſſe faciendum: fabulæ enim debent eſſe eiuſmodi ut uerisſimiles uideanẽ: neq;. n. delphini in ſyluis: nec apri in fluctibus uerſantur: debet enim fictio artificioſa naturam imitari. Prodigaliter: tunc enim prodigaliter uariari poema dicitur: quum rebus fabuloſis nec uerisſimilibus exornatur. Culpæ ducit in uitium. Dum uult inquit culpam uitare in uitium incidit: culpam appellat: quia niſi poema ornaret aliquibus fabulis uideretur eſſe culpandus & non recte facere: in uitium autem incidit: quia tales fabulæ omnem excedunt fidem: neceſſe eſt ergo probe calleat artem poeticam. Aemiliũ circa ludum faber imus. Hoc exemplum fabri ad hoc inducitur: ut oſtendat oportere poetam eſſe ex omni parte perfectum. notat enim eos qui aggreſſi opus bene ſe habent in multis: in aliquibus autem quadam ingenii infelicitate deficiunt: unde inquit ego non magis uelim me eſſe hunc: hoc eſt talem. q̃ paruo & deformi eſſe naſo ſpectandũ oculis nigris nigroq; capillo: ut utrunq; neget ſe eſſe uelle. Sicq; docet poema cui aliquid deeſt: non minus indecens eſſe: q̃ eſt facies hominis: quam oculis & capillis decoram paruus deturpat naſus: ut per hoc intelligat poema minima etiam re gratiam perdere. Faber imus: alii uolũt imum nomen eſſe proprium fabri. Alii imum poſitum eſſe pro breui & paruo. Alii uero quod in angulo ludi. tabernam haberet ærariam. fuit enim ſtatuarius ærarius circa ludũ gladiatorium Aemiliũ Lepidi: ubi nũc eſt auctore Porphyrione Balneũ Polycleti: qui in ſtatuis bene ungues & capillos exprimeret: in reliquis uero deficeret. Summa operis: in perfectione operis. Spectandum: dignum ſpectatu: qui nigros habeã oculos & nigros capillos. Duo enim hæc maxime apud antiquos ut ſpecioſa & decora in homine ſpectabantur. Sumite materiam. Ex quo oſtẽdit: quæ uitia ſcriptoribus fugiẽda ſunt: pcepta nũc tradit qd faciẽdũ: monẽs unicuiq; eã materiã ad ſcribẽdũ eſſe ſumẽdã: quã feliciter poſſit abſoluere: iuxta illud Quintiliani in. x. In ſuſcipiẽdo onere cõſulat uires ſuas. Sene. in. i de tranqllitate. Aeſtimãda ſunt deinde ipſa q̃ aggredimur: & uires noſtræ. Cui lecta potẽter erit res nec fa. Ille inqt ſũma facũdia & lucido ordine carmẽ ſuũ expediet: q elegerit qđ potẽter pſtare poſſit. Cui: a quo. Lucidus ordo. bñ lucidus: nã ordo facit oratiõem tã in proſa: quam in carmine lucidã.

Ordinis hæc uirt⁹ erit:& uenus:aut ego fallor:
Vt iam nunc dicat:iam nunc debentia dici
Pleraq; differat:& præſens in tempus omittat:
Hoc amet:hoc ſpernat ꝓmiſſi carminis auctor
In uerbis etiam tenuis cautuſq; ſerendis.
Dixeris egregie:notum ſi callida uerbum
Reddiderit iunctura nouum:ſi forte neceſſe eſt
Indiciis monſtrare recentibus abdita rerum:
Fingere cinctutis non exaudita Cethegis
Continget:dabiturq; licentia ſumpta pudēter.
Et noua fictaq; nuper habebūt uerba fidem:ſi

Ordinis hæc uirtus.nunc docet quo ordine ſeruanda ſit a poetis uenuſtas & decor poematis. Debemus autem ſcire quum duplex ſit ordo:naturalis ſcilicet & artificioſus:naturalem eſſe oratorū:artificioſum poetaꝝ.de quo nūc poeta intelligit.Eſt autem ordo: diſpoſitio:& diſtributio rerum:qui demonſtrat: quid quibuſq; locis ſit collocandum. Venus gratia:quam græci charita appellant.unde eleganter dicimus. Hæc pictura uenerem nō habet.hoc eſt gratiam. Vt iam nunc dicat.Iam nunc debentia dici pleraq; differat:hinc ordinem in poematibus ſuis tenent poetæ:ut quæ in principio dicenda ſunt differant in futurum: quod fecit.Homerus & Virgilius:quæ enim Virg.in ſecundo & tertio libro complexus eſt æneidos: in primo locanda erant : ſi naturalem ordinē ſecutus eſſet.Et quæ in primo dixit:collocanda fuiſſent in ſecundo & tertio:ut ipſe Virg . facit:qui nauium ædificationem in tertio deſcribit:quæ ordine naturali initio operis fuit ponenda:quū nauibus ex Ilio in Italiam nauigauerit Aeneas. unde Macrobius ſic ſcribit.Poetæ enim uitātes in poemate hiſtoriarum ſimilitudinem: quibus lex eſt incipere ab initio rerum & continuā narrationem ad finē uſq; perducere . Homerus poetica diſciplīa a reꝝ medio cepit: & ad initiū poſt reuerſus ē. Et præſens in tempus omittat:ideſt materiam quæ præſentis eēt temporis:hoc eſt quæ ordine naturali nunc eſſet referenda:i tempus ſcilicet conueniens omittat:ac per hoc differat in tempus ſuum.quod ut modo diximus factum eſt a Virg.& Statio:cæteriſq; poetis heroicis:eritq; idē uaria locutione repetitum:ut ſit ordo.Et omittat præſens in tempus. Hoc amet hoc ſpernat promiſſi carminis auctor . Aliud eſt præceptum quid ſeruandū ſit in poemate:poeta inquit in poemate ſuo ſuam aliqñ miſceat perſonam:ut & aliquid amet & optet tanquam bonum & laudabile:quod ipſe facit in ſatyra . Sordidus a tenui:ubi ait.Hos utinam inter Heroas natum tellus me prima tuliſſet:quod facit & Iuuena. Vnde fit ut malim fraterculus eſſe gigantum.Idem facit & Virg.illic in ſecundo georgi.Me uero primum dulces ante omnia muſæ . Quarum ſacra fero ingenti perculſus amore Accipiant:cœliq; uias:& ſydera monſtrent: Defectus ſolis radios limæq; labores:Vnde tremor terris:qua ui maria alta tremiſcunt.Et alibi Rura mihi placeant.Et aliquid ſpernat:ut idem in primo georgicorum.Non illa quiſq̄ me nocte per altum ire.Et in.iii. Ne mihi tunc molles ſub dio carpere ſomnos.Neu dorſo nemoris libeat iacuiſſe per herbas. In uerbis etiā tenuis cautuſq; ſerendis.Aliud præceptum in nouis aut ueteribus inquit uerbis quæ operi ſuo inſerat ſit tenuis ut tenuiter:hoc eſt parce & modice inſerat & cautus ad utendum. Dixeris egregie.Exponit nunc quo uerba uetera & noua recte poemati inſerantur.Dixeris inquit perpulchre & laudabiliter uerbū nouū ſi illud iunctura hoc eſt cōpoſitione alterius uerbi enūciaueris:quæ uulgare & nouū uocabulū reddit ſplēdidū. uerbi gratia Gurgulio ſordida uox eſt:ornatu accedente uulgaritas eius abſconditur:hoc modo populatq; ingentem farris aceruum Gurgulio.Iuncturam intelligit applicationem alterius uerbi: quæ facit ut uerbum nouum ſplendeſcat:fiatq; notum:& recte compoſitionis ratio conſtet:cuius tres partes ſunt:ordo:iunctura: numerus:lege Quintilianum libro nono.Iunctura callida:perite & prudenter facta. Si forte neceſſe eſt.Si forte inquit uerba antiqua non ſufficiunt ad rem aliquam explicandam : licet ſcriptori noua fingere uocabula.unde Quintilianus. Audendum itaq; eſt:neq; enim accedo Celſo:qui ab oratore fugi uetat.nā & quæ uetera nunc ſunt fuerunt olim noua. Monſtrare abdita rerum:deſcribere aliquid quod abſtruſum obſcurūq; ſit. Indiciis recentibus:hoc eſt nouis uocabulis:unde cōſtat auctore Quint. a Meſala primo reatum: ab Auguſto primo munerarium dictum eſſe.Fauorem & urbanum Cicero noua credit.Idem putat a Terētio primum dictum eſſe obſequium. Voces enim ut tradunt philoſophi inuentæ ſunt cauſa rerum indicandarum. Vnde & Quintilianus libro octauo.uerba ipſa rerū gratia ſunt reperta. Fingere cinctutis.Ordo eſt.Continget & dabitur licentia ſumpta pudenter poetis fingere uerba non exaudita : Cethegis cinctutis: hoc eſt non exaudita antiquis.Nam Cethegus uir fuit ſummæ eruditionis: quem Ennius Suadam medulā dixit:temporibus fuit catonis cenſorii qbus & Liuius Andronicus fabulam docuit. Nō exaudita:noua & inſolita & non cognita Cethegis. Cinctutis:Conſtat auctore Porphyrione.Oēs Cethegos uſos eſſe tunica:quæ cinctum dicebaẗ infra pectus aptatū ergo cinctutos appellat ſicut togatos & tunicatos : qui cincto uterentur . Sumpta pudēter:ut raro & quaſi quodā cū pudore fiat. Et noua fictaq; nuper.Et uerba inq̄t noua & ficta magis auctoritatem ſibi uendicabunt:ſi a græco deriuata in latinum tranſlata fuerint :ut eſt: uerbi gratia triclinium:quod antea cœnatio uocabatur:quia ibi cœnabatur . Aer quod græcum qdem eſt: ſed ut teſtaẗ Cice.in lib.de natura deorum.præceptum iā uſu a noſtris tritum eſt pro latino.ſic etiam æther quum græcum ſit pro latino mutuamur:quod cœlum nos dicimus:unde Pacuuius:Hoc quod memoro noſtri cœlum graii perhibēt æthera.Et calix qui græce cylix dicitur:hoc ſentit Porphyrio Seruius uero uideẗ quod magis plac·r aliter ſentire apud Virgi.in.vi.illic perlegerent oculis.Monet enim ab Horatio hoc ītelligi noua uerba & ficta fidem habitura:proindeq; placitura:ſi a græcis per imitationem deſumpta fuerint. Nam quemadmodum apud græcos Γραφω ponitur non ſolum pro ſcribo.ſed etiam pro pingo ut ad picturam referaẗ:

Cethegi.

ram referatur:ſic nos imitantes græcos ponimus legere non ſolum in manifeſta ſignificatione:ſed etiam ad picturam referimus:ut eſt illud ut dixi in ſexto æneidos. Perlegerēt oculis ni iam præmiſſus achates Afforet. Sic etiam apud eoſdem παις παιδος ponitur nō ſolum pro puero ſed etiam pro filio & ſeruo. quod latini imitantes puerum ponunt non ſolum in manifeſta ſignificatione:ſed etiam pro filio:ut Tuq; puerq; tuus. Et pro ſeruo:ut illud Perſii. Puer & ſtrigiles Criſpini ad balnea defer. Hora. igitur hoc in loco id intelligere uidetur. Habebunt fidem:hoc eſt illis ſides habebitur. Nam quum dicimus abſolute ego habeo fidem:hoc ſignifico:mihi ſides hē:hoc eſt mihi creditur. unū Iuuena. Quantum quiſq; ſua nummorū ſeruat in arca. tm̄ habet & fidei. Teren. Si fidem haberē me a te amari:hoc eſt:ſi crederem me amari a te.

Græco fonte cadāt parce detorta. quid autem
Cæcilio:Plautoq; dabit Romanus. ademptū
Vergilio:Varioq;? Ego:cur acquirere pauca
Si poſſū inuideor? cū lingua Catonis:& Enni
Sermonem patrium ditauerit:& noua rerum
Nomina protulerit? Licuit ſemperq; licebit
Signatum præſente nota producere nomen:
Vt ſiluæ foliis pronos mutantur in annos.
Prima cadunt:ita uerborum uetus interit ætas
Et iuuenum ritu florent modo nata uigentq;.
Debemur morti nos:noſtraq;:ſiue receptus
Terra Neptunus: Claſſes Aquilonibus arcet.

Parce detorta: moderate & raro deducta & deriuata. Quid autem Cæcilio Plautoq; dabit romanus ademptum Virgilio uarioq;. Argumentum eſt a iuſto & æquo cur populus īquit romanus demat Virgilio & Vario ut eis nō liceat fingere uerba noua:quod Cæcilio & Plauto cōceſſum fuit? Si enim Cæcilio & Plauto licuit: cū rē aliquam inueniſſent inuſitatam: in auditū quoq; ei rei. nomen imponere: cur idem non liceat Virgilio Varioq;? Ademptū Virgilio. Cur dabit Cæcilio & Plauto ademptū uirgilio. i. id qđ nolit eſſe cōceſſum Virgilio? Cæcilius poeta fuit unicus: de quo & Plauto ita meminit Nigidius. Cæcilio palmā ſtatuo de comico, Plautus ſecundus facile exuperat cæteros. Varius autem is fuit:qui unā cum tucca imperante Auguſto æneidem Virgilii emendauit:de quo ipſe Virgilius in bucolicis. Nam neq; adhuc uario uidear. nec dicere Cinna digna. Horatius. Scriberis uario fortis & hoſtium uictor. Ego cur acquirere pauca:perſonam ſuam miſcet:iuxta illud præceptum hoc amet hoc ſpernat ut gratiorem faciat ſenſum. Cur inquit mihi inuidetur ſi tento ſermonē latinum ampliare:& uerbis uti nouis:unde eſt querela illa Quintiliani. cur noua tantopere aſpernemur: niſi q; iniqui iudices aduerſus nos ſumus:ideoq; paupertate ſermonis laboramus:unde eſt & querela illa Ciceronis in. iii de finibus bonorum & malorum. Si Zenoni licuit quum rem aliquam inueniſſet inuſitatam inauditum quoq; ei rei nomen imponere:cur idem non liceat Catoni? Illudq; obſeruandum poetam elegāter nouo uerbo inuideor (quod ad rem eſt) uſum eſſe. poſuit enim noue inuideor pro inuidetur mihi. Ditauerit. locupletauerit uerbis nouis. Lingua Catonis:Catonem cenſorium intelligit:qui primus portiæ gētis tres ſummas in homine res præſtitiſſe exiſtimatus eſt:optimus enim fuit orator:optimus imperator:optimus ſenator:multas hiſtorias ſcripſit. Et Enni. ſcribit Varro primo de poetis libro. Qu. Ennium poetam natum eſſe Q. Valerio:&. C. Manilio conſulibus:eumq; quum ſeptimum &. lx. annum ageret duodecimum annalem ſcripſiſſe. Sermonem patrium hoc eſt Romanum:poſſeſſiuum enim eſt non ſolum a patre:ſed etiam a patria ut hoc loco. Semperq; licebit ſignatum præſente nota:licuit inquit & ſemper licebit fingere noua uerba. qualia ſunt piratica de qua ſic ſcribit Quintilianus:præceptores mei adhuc dicere dubitabant poſſibile & impoſſibile quibus ætas poſterior a Cicerone cœpit uti:ſicut etiam funābulus: quo uſus eſt Terentius:& poſt eum Meſſala:& iam pro latino uerbum receptum eſt:pro quo funerepum dixit Apuleius in primo floridorum a fune & repo:quem græci ſchœnobatem dixere. Et exercitum quod nuper inuentum eſt. nam ad tempora uſque Macrobii & Gelii omnes ſcriptores exercitationem ſemper dixerunt & nunquam exercitium. Nouum etiam uerbum fecit Horatius:ut habebimus in ſequentibus. Aut nimium teneris iuuenentur uerſibus unquam. Et in quarto carminum noua uerba produxit. Aeternare: amicare: & ampullari: unde eſt illud:ut diximus Ciceronis libro tertio de finibus bonorum. Si Zenoni licuit quum rem aliquam inueniſſet inuſitatam:inauditum quoq; ei rei nomen imponere:cur non liceat Catoni. Producere in noticiam hominum ferre. Nomen ſignatum:metaphora eſt a pecunia:quæ ſignari dicitur:quū ab artifice fertur:& imaginem accipit. Nomen:uocabulum. Præſente nota:præſente ſignificatione:quæ præſenti tempore hoc eſt tunc inuenta fuerit. nam præſens dicitur non tantum quod modo eſt;ſed quod tunc fuit: cum aliquid factum fuit. Vt ſiluæ foliis pronos mutantur in annos. Improbandum inquit non eſt noua quotidie fungi uocabula:ita enim euenit:ut ita uerba uetera intereant:& noua ſurgant:ut ſiluæ amiſſis ueteribus foliis induuntur nouis:Sic interiit Aſylus ꝓ genere muſcæ armenta aſpere infeſtantis: & pro eo Oeſtrū a græcis ſic uocatum accepimus:unde Seneca Ad Lucillium. Hunc quem græci Oeſtron uocant pecora peragentem & totis ſaltibus diſſipantem: Aſylum noſtri uocabant: unde Vergilius in Georgicis. Cui nomen Aſylo romanum eſt:Oeſtrum graii uertere uocantes. Pronos cito labentes. Ordo eſt. Ita prima cadunt: hoc eſt ita uerba priſca intercidunt:& uetus ætas uerborum interit: ut ſiluæ mutantur foliis in pronos annos. Et iuuenum ritu florent modo nata. Ordo eſt. Et nata modo:hoc eſt modo inuenta. Florent ritu iuuenum:nouitate ſua non minore aſſequuntur gratiam quam iuuenes. Debemur mori nos:noſtraq;. Non eſt inquit mirum uerba uetera interire:quum & nos & opera noſtra morti ſimul ſint obnoxia. Multa enim uerba uetera interiere. qualia fuere Toper & antigerio:quorum Toper pro cito: & antigerio pro ualde po-

Regis opus:ſterilíſq; díu palus:aptaq; remis
Vícinas urbes alít:& graue ſentít aratrum:
Seu curſum mutauít íníquũ frugíbus Amnís
Doctus íter melíus.mortalía facta períbunt.
Nedũ ſermonum ſtet honos:& gratía uíuax:
Multa renaſcẽtur: quæ íam cecídere: cadentq;
Quæ nũc ſũt ĩ honore uocabula: ſi uolet uſus
Quẽ penes arbítríũ ẽ:& uís:& norma loq̃ndí
Res geſtæ:regumq;:ducumq;:& triſtía bella
Quo ſcríbí poſſẽt nũero:mõſtrauít Homerus.
Verſíbus ĩparíter íũctís querímonía prímum:
Poſt etíam incluſa eſt uotí ſententía compos:
Quís tamen exíguos elegos emíſerít auctor:
Grãmatící certant:& adhuc ſub íudíce lís eſt.

nebantur.Et famul pro famulo:hoc eſt ſeruo:quo uſus eſt Lucretius in tertio . Oſſa dedit terræ: perinde ac famul improbus eſſet.Et Tiburchinabundus & Lurchinabundus:quæ ad Ganeones & Lurcones referuntur.de quibus ſic Quintilianus libro primo.Neque enim Tiburchinabundum :& Lurchinabundum iam nobis quiſquam ferat:licet Cato ſit auctor.Nec hos lodices: quanquã id Pollioni placeat.Neq; gladiolam: Atqui Meſſala dixit.Nec parricidatum:quod in Cœlio uix tolerabile uidetur.Nec collos mihi Caluus perſuaſerit.quæ nec ipſi iam ducerent.Quædam etiam ſimplicia in uſu erant:ſicut cernere ferro. Virgilius . Inter ſe coiſſe uiros & cernere ferro:quod nunc decernere dicimus:ſimplicis illius uerbi uſus amiſſus eſt.Dicebant Antiq.Iuſſo ideſt Iuſſero. Virgilius.Cætera:quæ iuſſo mecum manus inferat arma.Et illud Ennii.O Tite ſiquid ego adiuto curamue leuaſſo:pro leuauero.Nunc autẽ eorũ uſus cecidit.confirmatio ſuperioris rationis nõ eſſe mirandũ: ſi uerba uetera intereant:quando & opera hominum ſiue portus ſint:ſiue paludes ſiue flumina naturam mutent ſuam : nec in priſtino ſtatu perdurent.Nam paludes exiccatæ in agros uertuntur feraces.Mare ĩ terram receptũ portum efficit:flumina relicto uetere alueo nouum inueniũt.Ordo eſt.Facta mortalia peribũt ſiue neptunus recept⁹ terra op⁹ regis arcet claſſes aquilonibus::ſiue inquit mare receptum ĩ terram:quum portus efficitur arcet claſſes ab aquilonibus.i.arcet aquilones a claſſibus ut ſit hypallage. Opus regis:exegeſis:opus magnificum & regale.Reſpicere aũt uidetur ad portum Iulium ubi Auguſtus apud Baias ut ſcribit Tranquillus immiſſo in lucrinum & auernum mari lacum effecit.Nam in campania iuxta portus Baiarum ſunt duo lacus.Lucrinus & auernus auctor eſt Pli.lib.iii. Strabo etiam in.y.ſic ſcribit contiguis Baiis lucrinus adeſt ſinus.intra quẽ auernus eſt . In eo portu auguſtus auctore Tranquillo tota hyeme copias ante exercuit q̃ ſextum Põpeium nauali bello ſuperauit. Sterilíſq; diu palus:paludes intelligere uidetur pontinas: quas Cæſar dictator deſtinauerat ſiccare:eæ enim ſunt in latio poſt circeos:quẽ locum. xxiiii.urbium fuiſſe Mutianus prodidit .Plutarchus uero ſcribit Cæſarem deſtinaſſe Nomentanas:ſetinaſq; paludes deſiccare:ut campum aperiret:qui multis mortalium milibuus opem atq; ſubſidium exhiberet.De pontinis paludibus Pli. ſic ait.Siccentur æthiopidæ herba pontinæ paludes tantumq; agrorum ſuburbanæ reddatur Italiæ.Illud autem obſeruandum eſt palus hoc loco ultima ſyllaba ab Horatio contra regulam corripi. Aptæ remis. quæ antea nauigabilis erat: nunc fruges producit. Seu curſum mutauit:iniquum.Tiberim intelligit:quẽ Agrippa quum antea:per uelabrum flueret:deriuauit qua nunc:decurrit:de quo Tibullus ĩtellexit illic: At qua uelabri regio patet:ire ſolebat Exiguus pulla per uada linter aqua. Curſum iniquum frugibus : quia antea agros inundabat. Doctus iter melius:ductus itinere meliori.Facta mortalia.i.opera facta manibus

Nedum. mortaliũ peribunt. Nedũ ſer.ſtet ho.Ita ut neq; ꝑpetuo durare poſſit gr̃a ſermonũ. Honos:hoc eſt ſermo
Au.Gel. qui nũc in honore ẽ & gratia. Gratia uiuax.gratia perpetua. Muta renaſcẽtur quæ iam occidere : qualia
lib.xii. multa uidem⁹ apud Apuleiũ:q uerbis ueteribus & iam exoletis utiẽ:ut ſũt labiæ pro labia:cuſtodela pro cuſtode ſiue cuſtodia. Reuenio ꝑ redeo:Domuitio pro ad domũ itio. Laniena ꝑ laceratione.Triſtitudo pro triſtitia:Lorus pro lorũ:& multa alia hmõi.uñ Quntilia.Initio decimi libri ait uerba itercidere & inualeſcere tpibus. Si uolet uſus:q auctoritate ut ſentit Priſcia.li.ix.eſt ualidior . uſus.n.nihil aliud eſt q̃ frequens regula ſermonis latini. Res geſtæ:poſtq̃ docuit quæ uitanda & quæ faciẽda ſint poetis:monet quomodo ſingulæ res:& quibus metris ſcribẽdæ ſint. Monſtrauit homerus.Homerus inq̃t monſtrauit exemplo ſuoꝝ poematum facta illuſtriũ uiroꝝ & bella nullo alio metro q̃ heroico eſſe ſcribẽda. Eſt.n.metrũ heroicũ:quo res geſtæ ducũ:& heroũ deſcribuntur:cõſtatq; pedibus ſex : neq; omne carmen exametrum heroicũ dr̃:q̃le eſt ſatyricũ:ſed quod ut dictũ eſt:geſta heroũ & ducũ cõtinet. Quo nũero:quo metro:id.n. numeris pedũ cõſtat. Verſibus impariter iunctis.Res inquit mœſtæ & triſtes.Carmine elegiaco primũ cõtinebant̃ . nã Elegi inſtituti primũ fuere ad deflẽdos mortuos:mox ad amores traducti:ſed nomẽ ſibi retinerũt a miſerabili cantu:quo olim mortuos deplorabant.nam ἐλεῶ idem eſt quod miſereor. Verſibus imparibus:quia alter ſit ſex pedum:alter uero quinq;. Sn̄ia compos uoti:hoc eſt amores & res lætæ:quaſi quæ uotis animi noſtri reſpondeant:quæ enim uotis noſtris reſpondent:ea omnino læta ſunt:hoc autem dicit.primum carmine elegiaco res triſtes & lugubres:mox & lætas:hoc eſt amores decantatos. Exiguos elegos: quia comparatiõe heroici carminis:modica ſunt eoꝝ uolumina.aut qa eoꝝ ſn̄æ modicis abſoluunt̃ uerbis:nec in multos ꝓtrahunt̃ uerſus. Emiſerit au.in Elegis celeberrimi fuere apud græcos Callimachus : philetas.Alexãder ætholus.Antimachus:Calinus Mimermnus.Tyrtheus Lacedæmõius: apd̃ latinos uero Tibullus:q ut ſcribit Fabius Terſus atq; elegãs:auctor ẽ talis carminis:Proptius:Ouidius: Cornelius:Gallus:Caluus:Catullus.Qui aũt primus fuerit auctor ipſius carminis adhuc grãmatici q̃runt.

Archilochum

Archilochum proprio rabies armauit iambo:hoc dicit Archilochũ pariũ primũ fuiſſe:qui carmen iãbicũ inuenerit: quẽ Hora.in epiſtolis dicit ſe eſſe imitatũ.Parios ego primus iambos oſtẽdi latio. Archilochus igitur carmine iambico.Lycanbẽ iratus pſecutus eſt ꝙ ei Neobolẽ filiam in matrimonium ꝓmiſſam denegauerat:ob cuius carminis acerbitatẽ Lycambes cũ filia laqueo uitã finiuere:ob quã rem Lacedæmonii libros archilochi auctore Valerio e ciuitate exportari iuſſerunt:ſicq; maximũ poetam:aut certe ſummo proximum:qa ſibi domũ inuiſam obſcœnis maledictis lacerauerat:carminum exilio mulctarũt:unde in Ibim.

Archilochum proprio rabies armauit iambo:
Hunc ſocci cepere pedem:grãdeſq; cothurni
Alternis aptum ſermonibus:& populares
Vincentem ſtrepitus:& natum rebus agendis.
Muſa dedit fidibus diuos:pueroſq; Deorum:
Et pugilẽ uictorẽ:& equum certamine primũ
Et iuuenum curas:& libera uina referre:
Deſcriptas ſeruare uices:operũq; colores.
Cur ego ſi nequeo? ignoroq; poeta ſalutor?
Cur neſcire pudẽs praue:quam diſcere malo?

Vtq; repertori nocuit pugnantis iãbi. Sic ſit in exilium lingua proterua tuum. Archilochus interpretari poteſt princeps agminis:cohortis:inſidiarũ: αρχος enim principem:& λοχος agmen cohortem:inſidias ſignificat: eum autem tradit Nepos Cornelius Tullo hoſtilio Romæ regnante iam tũc fuiſſe clarum & nobilem. Summa in eo auctore Quinti.fuit uis eloquentiæ:tum ualide:tum breues uibranteſq; ſententiæ:plurimũ ſanguinis atq; neruorum. Iambicum autem metrum aptiſſimum eſt ad maledicendum:unde & nomẽ eſt ab ιαπτω:quod eſt maledico. Deniq; & Catullus quum maledicta minaretur ſic ait. At nõ effugies meos iambos. Papinius in ſyluis. Siue minarum ultorem ſtringit iambon. Diomedes ait iambum dici ab iambico: quod eſt uitupero:iniuriis afficio:caſtigo. Rabies:indignatio.ꝙ gener fit abdicatus. Proprio:hoc eſt ſuo:& a ſe inuẽto. Hunc ſocci cepere pedem:hoc dicit comicos & tragicos pari modo uti hoc genere carminis:ꝙ ualde ſit aptum alternis ſermonibus:hoc eſt dialogis:quales continẽtur in comœdia & tragœdia ubi nihil poetæ dicunt:ſed plures perſonæ introductæ. Socci:comœdi:ꝙ comœdiarum actores ſoccis in ſcænis utũtur:ſicuti tragœdiarum cothurnis:nam ſoccus non ſolum muliebre eſt calciamentum:unde & ſocculum per diminutionem dicimus:ſed & hyſtrionicum eſt. Grandes:quia tragœdia res grandes continet.Ouidius in triſtibus.Et dedimus tragicis ſcriptum regale cothurnis:Quæq; grauis debet uerba cothurnus habet. Vincentem ſtrepitus populares:altius in ſcæna ſonantem q̃ populi clamor eſt.Nam in tragœdiis maximi excitãtur motus & clamores:quum ibi res tractentur immanes. Et natum rebus agendis:ualde aptum ad ſtilũ dramaticum:ubi nuſquam poeta loquitur:ſed perſonæ dũtaxat introductæ: ut in comœdiis & tragœdiis: ubi diuerſæ res aguntur:unde etiam agi dicuntur non recitari: quod non ſine motu corporis fieri poteſt: nam agere eſt aliquid cum motu corporis facere. Muſa dedit fidibus diues.Carmẽ lyricum intelligit:quo laudes deorum:aut heroum:aut olympionicarum hoc eſt uictorum in olympiis: aut iuuenum amores decantantur:unde illud Virg.in.ix.loquentis de poeta lyrico.Cui carmina ſemp.Et cytharæ cordi:numeroſq; intendere neruis:Semper equos atq; arma uirum pugnaſq; canebat.Carminis autem lyrici multa ſunt genera:qualia Horatius in Odis pindarum ſecutus complexus eſt.Decem.n.& nouem uariis metrorũ cõpoſitiõibus uſus eſt. Dedit fidibus.i.carmini lyrico:quod ad lyram canitur. Perſius:Iam ne lyra & tetrico uiuũt tibi pectine cordæ? Diuos:diui ii dici uidenẽ:qui ex hoibus ſunt facti dii:unde dicimus.diuum Auguſtinũ: diuum Hieronymum:diuum Iulium Cæſarem.Dii uero qui ſemper fuerunt & erunt quaſi qbus nihil deſit.

Pueroſq; deorũ:hoc eſt filios deorum ac per hoc heroas ipſos:puer.n.hoc loco filiũ ſignificat. Virgi. Tuq; puerq; tuus:ſic & græci παιδα hoc eſt puerum pro filio ſæpenumero:ut ante diximus ponunt. Et pugilẽ uictorem:utrum certamen pugilum:qui in arena ſæpe exhibebanẽ:unde Teren.in Ecyra. Quum primum eam agere cœpi pugilum gloria funambuli eodem acceſſit expectatio:an pollucem & Caſtorem quorum Pollux pugil fuit.Caſtor aũt equis eſt delectatus:& ſæpe ut uictores a pindaro cõmendati ſunt uerſu lyrico quem(ut diximus)Horatius ſecutus eſt. Et iuuenum curas:hoc eſt iuuenum amores:qui grauibus cupidinis ſtimulis agitanẽ:quos lyrici celebrant:ſicut facit Horatius carmine ſuo lyrico illic. Parcius iunctas quatiũt feneſtras ictibus crebris iuuenes proterui:unde eſt illud Perſii.Mox iuuenes agitare iocos:& pollice honeſto. Egregios luſiſſe ſenes. Et libera uina referre: hoc eſt canere & conuiuia:quæ magna cum animi hilaritate ſolent celebrari.Libera uina appellat ꝙ hominem bene potum curis animi liberet: aut ꝙ omnia libere loqui faciat: unde Plinius libro.xiiii. loquens de uino: tunc animi ſecreta proferuntur: uulgoq; ueritas iam attributa uino eſt. Deſcriptas ſeruare uices: ſi nequeo inquit: aut ignoro ſeruare commemoratas carminũ uiciſſitudines.i.ordinem poſitum per ſpẽs:hoc eſt accõmodare carmina materiæ & cætera facere:q̃ ad poetã ptinere dictũ eſt cur ego poeta nũcupari poſtulo?Sicq; oſtẽdit q hæc facere neſciãt nõ eẽ ueros poetas. Operũq; co. ꝓprietates operũ:alius.n.eſt color comœdiæ:alius tragœdiæ:alius elegiæ. Salutor poeta? ab occurrẽtibus. Si neq̃o:ingenii imbecillitate. Ignoro:quantũ ad artificiũ. Cur ne.reprẽhẽdit eos qui erubeſcũt diſcere ut dicat ſe malle diſcere q̃ cũ pudore ignorare. Eſt ergo ordo. Cur ego malo neſcire praue pudẽs.i.erubeſcẽs ne uidear ignorare q̃ diſcere? Prauus eſt.n.pudor malle in ignorãtia pmanere ne uideatur neſciuiſſe q̃ diſcere quod cõmodum eſt.Illud aũt ſciendum duplicem eẽ pudorem:alterũ honeſtum: qui nos a uitiis repellit:alterum inhoneſtum:qui nos a uirtute retrahit:ut ſiquis iam grandi ætate erubeſcat diſcere:quum pulchrum ſit in omni ætate aliquid diſcere. Et turpe non docere quod honeſtum eſt diſcere.

Verſibus exponi tragicis res comica non uult. Hoc non eſt contrarium ſuperiori ſententiæ: quum inquit iambicum carmen comicis pariter & tragicis ſuſceptum eſſe. Hūc ſocci cepere pedem. grandeſq; cothurni: nam non negat poeta iambico carmine comœdiam pariter & tragœdiam deſcribi: ſed monet comœdiam: quum ſtilo & materia diſtet a tragœdia: ꝙ illa humili charactere conſtet: hæc graui & ſublimi in illa res priuatæ & humiles: in hac uero heroes: reges: duces: & id genus homines introducantur non eſſe ſcribendā ad tragicam ſublimitatem: neq; tragœdiam ad humilitatem comicam: unde eſt illud Quintiliani in decimo.

Verſibus exponi Tragicis res comica nō uult.
Indignatur item priuatis: ac prope ſocco
Dignis carminibus narrari cœna Thyeſtæ
Singula quæq; locum teneant ſortita decenter.
Interdum tamen & uocem Comœdia tollit.
Iratuſq; Chremes tumido delitigat ore.
Et tragicus plerunq; dolet ſermone pedeſtri
Telephus: & Peleus: cū pauper: & exul uterq;.

Sua cuiq; propoſita lex: ſuus cuiq; decor eſt. Nec comœdia in cothurnos aſſurgit: nec contra tragœdia ſocco ingreditur: unde Terentius laudatur ꝙ eius fabulæ eo ſunt temperamento: ut neq; extumeſcant ad tragicam celſitudinem: neq; abiiciantur ad hyſtrionicam. Verſibus tragicis: ſublimi & graui dicendæ ſtilo. Indignatur item priuatis. Contra inquit tragœdia indignatur pſcribi priuatis & humilibus uerbis: hoc uerbo priuatis reſpicit ad perſonas quæ i comœdiis introducuntur priuatæ. Ordo autem eſt. Cœna thyeſtæ indignatur narrari carminibus priuatis & dignis ſocco: hoc eſt dignis comœdia: nam Soccus ut diximus calciamentum eſt comicorum: unde eſt illud Plauti in captiuis. Hoc plane iniquum eſſet comico choragio conari deſubito nos agere tragœdiam: hoc eſt agere tragœdiam ſtilo comico. Cœna: thyeſtæ: Speciem pro genere poſuit: ideſt tragœdia thyeſtæ ac per hoc tragœdia ipſa. Huius fabulæ tale eſt argumentum Atreus & thyeſtes pelopis & hippodamiæ filii tanta inter ſe impietate uixerunt: ut thyeſtes cum Europa fratris uxore concubuerit. In cuius ſcæleris ultionem Atreus tantalum eius filium appoſuit epulandum. quod dolens Thyeſtes conſulto oraculo de uindicta accepit poſſe alio ſcælere eius facinoris ultorem naſci ſi cum pelopea filia ſua concumberet: quod cū feciſſet natus eſt ægyſthus a quo Atreus & Agamennon e bello troiano reuerſus interempti fuerunt. Perſius: Aut ſi quibus olla thyeſtæ feruebit ſæpe inſulſo cœnanda glyconi. Sin. quæq; lo. hoc dicit ſtilum horum poematum eſſe ita ſeparandum ut unuſquiſq; teneat locum ſuum: ut comœdia locum ſuum & tragœdia ſuum teneat decenter: hoc eſt ne ſtilus tragicus: hoc eſt grauis in comœdiam: nec comicus hoc eſt humilis in tragœdiam migret: unde Terentius commendatur qui comœdiam ſcribendo temperauit affectum ne in tragœdiam tranſmigraret: quod ut tradit Donatus nō eſt obtentum a Plauto & ab Afranio & Actio & multis fere magnis comicis. Interdum tamen & uocem comœdia tollit: quum omnia inquit in comœdia humilibus uerbis quietioreq; motu agenda ſint: tamen accidit interdum ut ſtrepitus & motus quales in tragœdiis continentur incidant etiam in comœdiā ut ſtilus mutandus ſit: ut ex humili fiat grauis: Ait igitur comœdia interdum tollit uocem: hoc eſt aliquando perſonæ in ea introducuntur: quæ iratæ tollant clamores conuenientes tragœdiis: ut apud Terentium in adelphis. O cælum o terra o maria neptuni: & proh Supreme Iuppiter: Tunc autem ſtilus humilis mutatur in grauem: Contra fit in tragœdia ut Stilus grauis plærunq; tranſeat in humilem. Iratuſq; chremes: hoc eſt perſona comica: qualis eſt chremes quæ ſæpe in comœdiis introducitur. Tumido ſuperbo & grauiter indignabundo ut fit in tragœdiis. Delitigat: altercatur. Et tragicus Thelephus: hoc etiam inquit accidit ut in tragœdia perſonæ regum & ducum humili ſermone utantur: ut quum Telephus & Peleus regio habitu mutato loquuntur: neq; enim debent in habitu mendici auxilium petentes regaliter loqui. Nā de iis tragœdiæ: a poetis ſcriptæ erant. Telephus & Peleus. Ordo eſt & ſenſus. Telephus & Peleus tragicus plærunq; dolet ſermone pedeſtri: quum uterq; pauper & exul proiicit ampullas & uerba ſeſquipedalia ſi curat & cætera: hoc eſt ſermone humili & quaſi comico utontur quum in fabula perſonam ſuſtinent pauperem & exulem: ut ſermonem habeant conuenientem perſonæ: quæ de ſtatu regio deturbata eſt ad priuatū Telephus autem filius fuit Herculis ex Auge nympha: quem Teutrantus rex myſiæ ſucceſorem regni inſtituit: quē quum bello troiano auidius græcos æ myſia arceret: uitæ implicitū ab Achille ferunt uulneratum in ſiniſtro femore: qui conſulto oraculo accepit nullo alio modo poſſe ſanari ꝙ ut ab eodem a quo percuſſus fuerat repercuteret: unde ferunt quum ad Achilem acceſſiſſet nouo genere medicinæ ac tunc primum excogitatæ hoc eſt rubigine ſiue a ferrea ſiue ab ærea cuſpide ſanatum fuiſſe: unde Plinius libro. xxxiiii. cap. xv. Achilles depingebatur eam decutiens ex gladio: hic nota eſt fabula q; eadem repercuſſus eſt cuſpide qua fuerat ab achille uulneratus Ouidius uuinus achilleo quæ quoniam fecerat hoſti uulneris auxilium Pelias haſta tulit: Alii tradunt ſanatum fuiſſe non rubigine ſed herbarum remedio per Achillem: unde Claudianus ad Adrianum. Sanus achilleis remeauit Telephus herbis: apud ueteres Accius ſcripſit fabulam Telephi. Peleus: ſilius fuit Eaci pater Achillis frater Telamonis & Phoci qui fratrem ſuum Phocum quum occidiſſet in exilium abiit ad Ceicem regem Trachiniæ a quo benigne ſuſceptus eſt: mox ad Magnetas tranſiens ab

Pedeſtris oratio. Acaſto fraterna cæde purgatus eſt. Sermone pedeſtri: hoc eſt humili dolori & mœſticiæ cōuenienti: ac per hoc aliquantulum remoto a ſtilo graui tragico: ſermonem enim & muſam pedeſtrem poetæ intelligunt humilem unde in ſatyra. Hoc erat in uotis ſic ait. Quid prius illuſtrem ſatyris muſaq; pedeſtri: unde Quintilianus de Platone: Multum enim ſupra proſam orationem & quam pedeſtrem græci uocant aſſurgit: Horatius in odiſſea. Tuque pedeſtribus dices hiſtoriis prælia Cæſaris: hoc eſt ſoluta & ciuili oratione.

Proiicit

Proiicit ampul.hoc eſt uerba grauia:turgida & regi cõuenientia:& humili ſermõe utitur. Seſquipedalia. idem dicit per diuerſa uerba ac ſi dicat ampulloſa:ſonantiora & magnifica quæ unum & dimidium pedem in pronunciatione capiant. nam Seſqui in compoſitione unum & dimidium ſignificat:& additur cuiuis nomini:unde Plinius in epiſtolis Egeram tribus horis & dimidia.ſupererat ſeſqui hora:nam ita diuiſerat tẽpora reus:ut ego quinq; horis:ille reliquis uteretur. Si curat cor ſpectantis tetigiſſe querela:omittit ingt uerba regalia hoc eſt ſuperba & tumida:humilibuſq; utitur:& pauperi conuenientibus:ſi curat mouere animũ Seſquipedalia

Proiicit ampullas:& ſeſquipedalia uerba:
Si curat cor ſpectantis tetigiſſe querela.
Nõ ſatis eſt pulchra eẽ poemata : dulcia ſunto:
Et quocunq; uolent : animum audioris agunto
Vt ridentibus arrident:ita flentibus adſunt
Humani uultus ſi uis me flere: dolendum eſt
Primũ ipſi tibi:tũc tua me infortunia lædent.
Telephe:uel Peleu:male ſi mandata loqueris
Aut dormitabo: aut ridebo.triſtitia mœſtum
Vultum uerba decent:iratum plena minarum.
Ludentem laſciua.ſeuerum: ſeria dictu.
Formar enĩ natura prius nos intus ad omnem
Fortunaꝝ habitum:iuuat:aut impellit ad iram.
Aut ad humũ mœrore graui deducit: & angit.
Poſt effert animi motus interprete lingua.
Si dicentis erunt fortunis abſona dicta:
Romani tollent equites:pediteſq; cachinnum.
Inter erit multũ Dauus ne loquatur:an Heros
Maturus ne ſenex an adhuc florente iuuenta
Feruidus:an matrona potens:an ſedula nutrix
Mercator ne uagus:cultor ne uirentis agelli:

ſpectatorum quærela ſua:ut ii ſcilicet miſericordia moueanẽ:neq;.n.ut diximus conuenit eum ſuperbis regalibuſq; uerbis aliquid poſcere qui paupertatem profitetur. Non ſatis eſt pulchra eſſe poemara. Antipophora eſt:nõ ſufficere poemara eẽ compoſita uerſibus pulchris: ſed ut dulcia ſint & cætera. Dulcia ſunto & agiun. Aliud præceptum uerba ſunt legũ: hoc eſt ſint & agãt ſicq; loquitur tanquam qui legem ponat & præcipiat. Quocunq; uolent:ita loquantur ut auditorem ad omnes affectus inclinent. Vt ridẽtibus arrident. Affectus humani qui ſunt in animis noſtris ita ſe mouẽt prout imagines in aliis uiderimus : uerbi gratia : ſi flentem uiderimus: ad lachrymas & nos inclinamur : ſi ridentem & nos ei arridemus:unde eſt illud Iuuena. Naturæ imperio gemimus quum funus adultæ Virginis occurrit:uel terra clauditur iſans & minor igne rogi. Neceſſe eſt ergo poetã ita affectus exprimere:ut eos intuẽdo nos quoq; moueamur . Ordo autem eſt. Vultus humani ita adſunt flentibus: ut arrident ridentibus:hoc eſt pari modo triſtibus & lætis mouentur. Bene autem ait uultus & non facies quia uultus ad omnem fortunarum habitũ muratur:unde Terentius uultus quoq; hominum fingit ſcælus: facies autem nunq̃ mutatur . Ridentibus arrident. Eſt enim arridere riſu ridentem ſubſequi : unde eſt illud Narciſi apud Ouidium. Quum riſi arrides. Si uis me flere : dolendum eſt primum ipſi tibi . Hoc dictum auctore Porphyrione ferunt eſſe Demoſthenis : nam quũ ad eum acceſſiſſet qui cæſus fuerat : ſt intimiſſeque ab eo peteret : ut cauſam ſuam ageret:eo q; uapulaſſet:negauit ſe facturum q; cæſis non foret: illo affirmante factum eſſe ei dixit ſuperuacuas eſſe eius quærelas:tunc tertio: quum eum indignari uideret. totoque affectu in lachrymas profuſum : dixit ſe nunc ei credere:capiebat ei impetum dicendi ex iraſcente. Tua infortunia.i. tunc tuæ me calamitates mouebũt quæ græci ατυχηματα uocãt ſi te dolentem uidero Telephe uel Peleu. Male ſi mandata loqris aut dormitabo:ordo eſt. Aut dormitabo:aut ridebo ſi loqueris male mãdata. Male mandata: cõiunge male mandata:& nõ male loqueris:hoc eſt:quæ male tibi poeta mãdauit carmine ſuo:loquitur enim ad perſonam ſcænicam. Dromirabo:ille dicitur dormitare qui ſomno preſſus ſæpe conniuet:nec ſomno põt reſiſtere. Iuuenalis Dormitat adulter. Triſtia mœſtũ uultũ uerba decente hoc dicit oportere poetã pſonæ quam uult inducere triſtem ſermonẽ triſtẽ accõmodare:iratæ plenũ minaꝝ. Lodẽti laſciuũ. Seueræ ſerium & graue . Sicq; oñdit perſonis introductis uerba eſſe accõmodãda pro qualitate affectuum:ut ſic decoꝝ pſonaꝝ ſeruet. Formar.n.natura prius nos ĩtus ad oẽm rõnẽ reddit. Poetã nõ poſſe uerba pbe affectib9 accõmodaẽ: niſi prius ipſe affectibus moueẽ quos natura in animis nr̃is prius ingenerat q̃ ſermone enũciamus. Intus ad oẽm for.ha. Facit inquit natura ut nos intus.i.in animis nr̃is moueamur ad oẽm alienarũ habitũ ſiue bonarum fortunaꝝ ſiue malaꝝ. Iuuat:delectat:hoc eſt natura ipſa facit ut his cũ affectibus moueamur gaudio .ſ.& delectatione:ira triſticia. Poſt effert animi motus interprete lingua. Prius inquit natura( ut dictum ẽ: in animis noſtris mouet affectus:quos poſtea enunciamus lingua interprete:hoc eſt ſermone affectuũ expoſitore. Si dicentis erunt fortunis abſona dicta Romani tollẽt equites.p.q; cachinnum. Niſi inquit poeta dederit in proemio ſuo ſermonẽ cõgruũ & conuenientem fortunis:hoc eſt perſonis diuerſarum fortunarum & conditionum ridebitur ab equeſtri ordine & plebeio:alius enim debet eſſe ſermo domini:alius ſerui:alius mercatoris:alius agricolæ:alius ſenis:alius iuuenis:alius hominis læti:alius triſtis:neq; enim ſententiæ graues ſeruis debent tribui. Vnde ſententia illa apud Terentium. Nam id arbitror apprime in uita eſſe utile : ut nequid nimis:non fuiſſet congrua ſeruo niſi peruulgata fuiſſet : Neq; domini loqui debent niſi grauiter & conſiderate. Contra faciunt ſerui utpote rudes & inconſulti:ſicque monet decorum omnibus perſonis tribuendum eſſe. Abſona:nõ congrua. Liuius libro ſeptimo ab urbe condita. Non abſoni a uoce motus erãt.

Colchus:an Aſſyri᷒:Thebis nutrit᷒:an Argis.
Aut famam ſequere:aut ſibi cõuenientia finge
Scriptor honoratũ ſi forte reponis Achillem.
Impiger:iracundus:inexorabilis.acer
Iura neget ſibi nata:nihil non arroget armis.
Sit Medea ferox:inuictaq;flebilis Ino.

Colchus an aſſyrius:Nam colchus inducendus eſt ſæuus. Aſſyrius aſtutus & callidus : quod natura clima-
tum facit:unde Afros uerſipelles. Græcos leues:gallos pigrioris ingenii uidemus. Atticos acutiores:quia cœ
lum athenis ſit tenue:Thebanos pingues & ualentes quia thebis ſit craſſum. Lege Ciceronem in libro de fa
to. Idem Cicero in oratione de lege agraria contra Rullum ſcribit:nõ ingenerari hominibus mores tam ex
ſtirpe generis ac ſeminis q̃ ex his rebus quæ ab ipſa natura bonis auita conſuetudine ſuppeditantur: quibus
alimur & uiuimus. Carthaginenſis fraudolenti ſunt & mendaces non genere:ſed natura loci:qđ propter por
tus ſuos multis & uariis mercatorum & aduena
rum ſermonibus ad ſtudium fallendi ſtudio q̃
ſtus uocabanť. Ligures montani duri atq; agre-
ſtes.docuit ager ipſe nihil ferendo niſi multa cul
tura & magno labore quæſitum. Campani ſemp
ſupbi bonitate agroꝝ & fructuũ magnitudine
urbis ſalubritate. Colchus:populi ſũt ſcythiæ
unde colchica regio in qua iuga Caucaſi ad ri-
phæos mõtes torquentur. Thebis nutritus an
argis : Thebani enim ut dictum eſt pingues he-
beteſq; ingenio ſũt exiſtimati quia thebis aer ſit
craſſiſſimus. An argis:argiui acuti & ingenioſi hñtur ob aeris tenuitatem. Aut famam ſequere:aut ſibi
conuenientia finge.præceptum eſt:poetam quum aliquid ſcribit debere ſequi famam & conſenſum homi-
num in eo qđ ſcribit:uerbi gratia ſi de Achille ſcripturus eſt ſequi debet famam quæ eſt Achillem fuiſſe ho
minem iracundum.inexorabilem:Strenuum & cætera:aut comminiſci ſibi conuenientia:hoc eſt quæ inter
ſe non diſcordent:ne quum initio hominem induxerit crudelem:aut ſcœleſtum:mox in fine clementem &
pium dicat:cui rei exemplo eſt Virgilius qui a principio ſui operis Aeneam pium formauit & fortem:quod
& in medio & fine operis ſeruauit. Finge comminiſcere. Scriptor honoratum:exemplũ eſt præcepti ꝓpo-
ſiti. Moris fuit auctore Porphyrione apud antiquos : ut ſcriptores fabularum quum primum in ſcænam ꝓ
direnť:fauorabiliter a ſpectatoribus exciperentur etiam ſi male agerent:ut illorum animi ad ſcridendũ ite-
rum allicerentur:totam neceſſe erat prætore cogenre peragi fabulam. Sin uero iterum male egiſſent tunc ĩ
cipiebant derideri:ideo dixit reponis quaſi iterũ profers. Aut teuera reponis hoc eſt ſi tu quoq; ſcribis Achil
lem qui ab Homero antẽ ſcriptus fuerat. Honoratum:qui magnæ fuit æſtimationis apud græcos. Home
rus enim ſcribit eum omnium græcorum fuiſſe fortiſſimum:unde & latini Curium Dentatum ob inſignẽ
eius fortitudinem Achillem nõiarunt:quem centum & uiginti prælis pugnaſſe commemorant:unde eſt di
ctum illud apud Quintilianum libro.x.poſt Homerum tamen:quem ut Achillem ſemper excipi par eſt ho-
noratos autem dicimus eos qui honores ſæpe ſunt aſſecuti ac per hoc in magna ſunt æſtimatione:contra
inhonoratos qui honores aut non ſunt aſſecuti aut eos penitus contempſerunt:unde eſt illud Ciceronis in
tertio Tuſcu. De contemnendo honore multi inhonorati proferuntur: & quidem propter id ipſum beatio
res. Iura neget ſibi nata:tam iracundus & impotens deſcribatur.ut nullis ſe legibus putet teneri : & quum
iura ad hominum utilitatem nata ſint:ea prorſus contemnat faciatq; omnia tanquam omni iuris uinculo
ſolutus:iracundum autem fuiſſe & inexorabilem docet Homerus lib.primo. Iliados:ſic Patroclus ait:ꝓbe
enim ipſe cognouiſti qualis ille ſit:qua moroſitate q̃ ſubito incurrat inculpationem etiam culpa uacantium
unde & Horatius in ſexta oda primi libri. Nec grauem Pelidæ ſtomachum cedere neſcii Conamur tenues:
quo uitio oſtendit Cice.in quarto Tuſcu.nihil eſſe turpius. An eſt quicquam ſimilius inſaniæ quã ira? Quid
Achille homerico fœdius. Quid Agamẽnone in iurgio. Eſt enim ira libido ulciſcendi. Nec mirum tam ira-
cundum fuiſſe. Nam ingenia auctore Seneca natura fortia iracundiam ferunt. Nihil non arroget armis:
omnia ui ſibi uendicet:quod eſt iracundi & impotentis qui non ratione ſed appetitus impetu rapitur. Sit
Medea Medea ferox:inducatur ferox & inuicta:fuit enim filia Aeetæ regis Colchorum crudelis & uenefica:quæ ca
pta amore Iaſonis qui ad colchos nauigauerat cum argonautis ad rapiendum uellus aureum: docuit eum
quomodo uellere illo potiretur:quo facto quum una cum Iaſone Aeetam patrem perſequentem fugeret ab
ſyrtium fratrem quem ſecum ducebat in itinere membratim dilacerauit:ut dum pater eius membra collige
ret : aptiorem fugiendi haberet occaſionem : ex Iaſone duos ſuſcepit liberos a quo quum ſe repudiatam co-
gnoſceret:q; uxorem duxiſſet Creuſam Creontis regis Corinthiorum filiam eos necauit: ad ægeumq; athe-
nagę regem confugit:cui matrimonio coniuncta Medum filium peperit:quem Marſis imperaſſe ſcribit So-
linus. Lege Diodorum in quinto. Inuicta:quæ animi inuincibili fuerit duricia. Et recte poeta feroc em &
crudelem inducendam oſtendit. Nam ut ſentit Seneca. In frigora Septẽtrionemq; uergentibus imanſueta
Colchi ingenia ſunt:unde poeta Suoq; ſimillima cœlo aĩa. Colchi autem gentes ſunt Scythiæ & regionis ſeptem
trionalis conterminæ. In ea regione Trapezus urbs græca maritima in Euxino Sinopenſium colonia ſita ẽ.
Ino : Ino flebilis. Ino inquit flebilis inducatur. hocq; propter filiorum amiſſionem. Cuius rei talis eſt fabula.
Ino filia Cadmi uxor Athamantis Thebanorum regis : quum maritum in furorem conuerſum uideret : a
quo alter filiorum Learchus eſſet occiſus : iram eius fugiens cum altero filio Melicerta in mare ſe præcipi-
tauit:qui bñficio Neptuni conſeruati in deos maritimos recepti ſunt:Ino a græcis Leucothoe eſt appellata:
hoc eſt alba dea . Latini matutam : ut docet Cicero in Tuſculanis uocitarunt aqua : ut inquit Priſcianus
matutinum dicimus : Melicertam Palemonem & portum num appellarunt : a nautis inuocari : docet Vir-
gilius. Votaque ſeruari ſolent in littore nautæ. Glaucoq; & panopeæ & Inoo melicertæ.

Perſidus

Perſidus ixion. Moris fuit apud antiquos ut ſcribit Porphyrio ut ducturi uxorem nuptialia munera & do- Ixion
tem ultro ſoceris darent. Ixion ergo quum Euponei filiam accepiſſet uxorem & dotem daret inuitus: ſcrobē fecit ingentem: quam igne repleuit & in ſummo leuiter cinere contexit. In hanc Eponea quem ad ſimulatā cœnam inuitauerat merſit: ac ſic paſſus eſt uiuum illum exuri ob hoc perfidus dictus eſt ixion. Alii uero dicunt perfidum dici quia quum ab Ioue maxime diligeretur ab eoq; in cœlum receptus eſſet & conſiliorum ſuorum factus particeps auſus eſt Iunonem de ſtupro interpellare. unde perfidus appellatus eſt. Io uaga. Io:

Perſidus Ixion. Io uaga. triſtis Oreſtes:
Siquid inexpertū ſcænæ committis. & audes
Perſonam formare nouam: ſeruetur ad imum:
Qualis ab incepto proceſſerit: & ſibi conſtet.
Difficile eſt proprie communia dicere: tuq;
Rectius Iliacum carmen deducis in actus:
Quam ſi proferres ignota: indictaq; primus:
Publica materies priuati iuris erit: ſi
Nec circa uilem: patulumq; moraberis orbem
Nec uerbum uerbo curabis reddere fidus

Subaudi ſemper ſit a ſuperiore: hoc eſt ſit & inducatur ut uaga Io enim inachi regis argiuorum filia quum ab Ioue ob pulchritudinem eſſet compreſſa: Iuno e cœlo rem conſpicata in terra deſcēdit: Iuppiter uero ne furtum depræhēderet puellam transformauit in uaccam: quam Iunoni petenti dono tradidit: eam quum Iuno Argo paſtori ſuo cuſtodiendā aſſiduiſq; uerberibus afficiendam mādaſſet: miſit Mercurium Iuppiter ut Argum interficeret: quo facta indignata Iuno Oeſtrum immiſit uaccæ: quo agitata in Aegyptum uſq; peruenit: ubi Iuppiter mitigata Iunone ī priſtinam formam reſtituit: quæ ob uarias uirtutes diuinos honores meruit apud Aegyptios: eam enim frugum inuentricem fuiſſe aiūt & legum: unde Teſmophoros a græcis hoc eſt legifera dicta eſt. Vagam ideo dicit quia ex peloponneſo agitata tabano in ægyptū uſq; ꝑuenit. Triſtis oreſtes: ꝓpter conſcientiā cædis maternæ: de quo apud Iuue. multa diximus illic. Scriptus & in tergo nec dum finitus oreſtes. Siquid inexpertum ſcænæ cōmittis. Siquid inquit ſcribis quod ſit inexpertum. i. q; nouum ſit & a te fictum: & inuentū: quod nemo ante expertus ſit: illud facito ut ſibi cōſtet. i. ut inter ſe non diſcrepet ab initio uſq; ad imū. i. uſq; ad finē: ut ſi perſonā ab incepto ſtultā inducis: eā in eodē ſtulticiæ tenore uſq; ad ſinem ſerues: qđ facit ut diximus Virgi. qui Aeneam non ſolum initio operis piū inducit ſed per totum opus uſq; ad finē: hocq; ad illud refert quod ante dictū eſt: aut ſibi cōuenientia finge. Cōmittis ſcænæ: mandas ſcænæ agēdā. Nouam pſonam: quā nemo alius induxerit in fabula ſeu comica ſeu tragica. Seruet ad imum. Ordo eſt pſona ſeruet ad imū qualis ab incœpto ꝓceſſerit. Difficile eſt ꝓprie cōia dicere. Difficile inquit ē ſcribere ꝓpriis uerbis noua hoc eſt q̃ ab aliis tacta non fuerunt. Nā cōia ea intelligimus q̃ in medio poſita ſunt nec ab ullo ſunt poſſeſſa: hoc eſt quæ ab aliis nō ſunt ſcripta uñ ſequit id rectius ſcribi qđ ab aliis iā ſit dictū ut eſt bellū troianū qđ ab Homero ſcriptū eſt: idq; cōe non eſt: quū iam ab eo ſit occupatū ut ꝓprium. Ergo dicere ꝓprie cōia: aliud nihil eſt q̃ quæ cōia ſunt facere ꝓpria. Nā quod a nullo dictū eſt: cōe eſt: quod ſemel dictū eſt: ꝓprium eius eſt qui id dixit: ſicuti ager ſine dn̄o cōis eſt: occupatus uero iam ꝓprius ſit. Rectius: hoc dicit facilius eſſe tibi res ab aliis ſcriptoribus īuentas ꝑtractare q̃ ſi primus nouas & non dictas ꝓferas.

Carmē Iliacū: hoc eſt materiā de bello troiano: quū ab Homero ante ſit deſcripta. In actus: in actionē & cōfectionē opis: ſic & Valerius flaccus in primo argonauticoꝝ. Actus placitos deis appellat apparatū & expeditionē. Indicta. i. nō dicta. Publica materies priuati iuris erit. Hoc dicit materiā ab aliis iā tractatā poſſe fieri ꝓpriā: & priuati iuris ſi nō inſiſtes circa uilē & patulū orbē. i. ſi tp̄s & operam nō conteres ad oīa quæq; uiliſſima colligenda: q̃ ab aliis ante dicta fuerunt: hoc eſt ſi uolueris circuire totū orbē. i. totū poema alienū imitari: ergo hoc uitare poteris ſi ex te aliqđ fingēdo: addendo: minuēdo: per eum amfractū nō ambulaueris per quem priores: quos imitaris. Nec uerbū uerbo curabis reddere Fidus interpres: præceptum: non debere poetam interpretem reddere uerbum uerbo: hoc ē ut ad uerbū cōmutet: nec exprimere carmē: ſed magis ſenſus: intelligit enim de iis qui ex græco in latinum transferunt. Quod ſenſu & diuus Hieronymus ſcribēs ad pāmachium de optimo genere interpretandi: ſic enim ait Terentius Menandrū: Plautus & Cæcilius ueteres comicos interpretati ſunt: nec herent in uerbis: decoremq; magis & elegātiam in trāſlatione cōſeruant: q̃ ueritatē interpretationis. Sicq; oſtendit non uerbū de uerbo ſed ſenſum e ſenſu debere transferri: quod & Cice. docet in prologo orationum Eſchinis & Demoſthenis inter ſe cōtrariaꝝ quas pulcherrimas trāſtulit. Sic enim locutus eſt. Cōuerti enim ex atticis duorum eloquētiſſimoꝝ nobiliſſimas orationes inter ſeq; contrarias Eſchinis & Demoſthenis: nec conuerti ut interpres: ſed ut orator ſententiis iiſdem & earum formis tam figuris q̃ uerbis ad noſtram conſuetudinem aptis: in qbus nō uerbum uerbo neceſſe habui reddere: ſed genus omne uerborum uimq; ſeruaui. Rurſum in calce orationis. Quæ ſi & græcis omnia: conuerſa non erunt: tamen ut generis eiuſdem ſint elaborauimus. Difficile enim inquit Hieronymus eſt & arduū: ut quæ in alia lingua bene dicta ſunt: eundē decorē & tranſlationem conſeruēt: Significatū eſt aliquid unius uerbi ꝓprietate: non habeo meū. quo id efferā & dum quæro implere ſententiam longo ambitu uix breuis uiæ ſpacia conſumo. Accedūt hyperbatoꝝ amfractus: diſſimilitudines caſuū: Varietates figuraꝝ. Ipſum poſtremo ſuum: & ut ita dicam uernaculum linguæ genus ſi ad uerbum interpretur abſurde reſonāt. Cicero in tertio de finibus bonoꝝ. Nec tantum exprimi uerbum e uerbo neceſſe erit ut interpretes indiſerti ſolent. Seruius tamen initio decimi libri exponens illud Oceanum interea ſurgens aurora reliquit: ait poetam more ſuo ꝑtermiſiſſe noctis deſcriptionem: quam trāiſſe indicat ꝑſens ortus diei & hoc eſt qđ ait Hora. Nec uerbū uer

bo curabis reddere fidus interpres. Quæ enim naturalia ſunt oībus patent: ſed magis placet intelligas: ut diximus de iis qui e græco transferunt in latinum: quod & Cice. intelligit in. iii. de finibus bonoꝝ & malorū ubi: ut diximus: ſic ait. Nec tm̄ exprimi uerbū e uerbo neceſſe erit: ut interpretes ī deſerti ſolēt: quū ſit uerbū quod idem declarat magis minuſue uſitatum. Nec deſilies imitator in arctum unde pedē proferre pudor uetet. Hoc dicit. Non debes materiam imitando alienā in eas te anguſtias demittere: ex quibus proferre pedem hoc eſt ꝓcedere uel progredi longius & rem ampliare pudor te debeat uetare: aut operis lex. Plerúq. n. pudor quidam urbanus imitatorē retinet ne materiam alienam ampliet: ne uideaſ plus ſapere q̄ ille quē imitatur. Hocq; ēt uideſ referri ad eos q ex græco tranſſferentes non audēt quodā pudore aliqd de ſuo addere. Aut operis lex. ſ. debeat te uetare: nō debes ſtare quominus rem amplies licet lex operis: ideſt conditio operis id nō uideatur poſcere: ut aliqd addas de tuo. Nec ſic incipies. Aliud præceptū eſt opera non eſſe inchoanda ſublimit aut turgido carmine: ſed humili & preſſo: debēt enim ſenſim creſcere: quod Home. fecit: nō autem ut poeta ille cyclicus: cuius principium nunc ponit exemplo uituperationis. Fortunam Priami cantabo & nobile bellū. Porphyrio Antimachū hunc fuiſſe tradit: ſicq; Laudat humile principium quod in medio & fine capit incrementum. Scriptor cyclicus: hoc eſt Antimachus quem ſuppreſſo nomine cyclicum appellat aut ut iactatorem qui inani quadam iactatiōe carmina ſua circūferret: κυκλος enim circulū ſignificat: aut quia aggreſſus eſt auctore Porphyrione materiam quam ſic extendit: ut uigintiquattuor uolumina impleuerit anteq̄ ſeptē duces uſq; ad Thebas ꝑduceret: aut quia hiſtoriam de reditu Diomedis (ut infra dicemus) ab euerſione Troiæ ſcribēs ab exordio primæ originis cœpit: hoc eſt uſq; ab introitu Meleagri: a quo originem duxit Diomedes. Quid dignum tanto: hic inqr ſcriptor Cyclicus: qui tā turgido carmine opus inchoauit quid ꝓmittit? legendū eſt interrogatiue. q. d. maria & mōtes: hoc eſt characterem & ſtilū ſublimē: magnū: & mirabilem. Parturient montes: ſed ſimilis inqt erit mōtibus: qbus (ut ſcribit Aeſopus) intumeſcētibus hoīes memores ex terra natos gigātes ualde timuerūt: ne rurſus ex tumenti terra naſcerentur: quare quū eo nō pauci & armati conuolaſſent: demū mures emerſiſſe non ſine riſu conſpexere: talem igiſ poeta dabit riſum populo: qui quum ſublimi & turgido carmine principium fecerit: proindeq; poema magnū mirabileq; profeſſus ſit in ſequētibus in minima decidet. Hoc autē parturient montes: græcum prouerbium eſt quod uſurpari ſolet in eos: qui quadam uerboꝝ oſtentatiōe de ſe magna ꝓmittunt: miramq; de ſe mouent expectationem: cæteꝝ ubi ad rē uentū eſt: inanes tantum nugas afferunt: ſic enim eſt apud græcos ὠδινεν ὄρος εἶτα μῦν ἀπέτεκεν. Mons parturiebat: deinde murem ꝓdidit. Sed illud obſeruandum eſt hoc genere carminis artificioſe uſum eſſe: ut quēadmodū hic uerſus cadit in fine: ſic etiam caſurum in fine opus: quod ſublimiter fuerit inchoatū. Verſus enim in monoſyllaba definentes peſſimi ſunt: ut illud apud Virg. in. v. Sternitur exanimiſq; tremens procumbit humi bos. Quanto rectius hic: longe inquit rectius fecit Homerus: qui modeſtiſſimum odiſſeæ ſuæ dedit principium: ſic inquiēs. Dic mihi muſa uirum captæ poſt tēpora Troiæ. Qui mores hoīum multoꝝ uidit & urbes. Nihil molitur ineptæ: nihil parat tali ineptia. Virum. Vlyſſem quē poſt euerſam Troiā decem annos erraſſe cōmemorat: nam tempeſtate iactatus ad multa orbis terrarum loca delatus ē: ſicq; mores multorum hominum & urbes uidit: ut ſtatim dicemus. De eo ſic in epiſtolis Horatius ad Lollium. Qui domitor Troiæ multoꝝ prouidus urbes. Et mores hoīum inſpexit. Non fumum ex fulgore. Homerus inquit. qui tali tanq̄ modeſto uſus eſt in principio non cogitat ex fulgenti principio dare obſcurum finē: ſed ex fumo hoc eſt humili principio dare lucem. i. claꝝ & fulgentē finem: ut opus ſemper bonitate ſtili creſcat & augeaſ. Vt ſpecioſa dehinc miracula promat: ut in ſequenti parte operis deſcribat: ſpecioſius altioriq; ſtilo miracula quæ uidit Vlyſſes: ſicq; opus humiliter cœptū altius ꝓcedat & tollaſ. Miracula: quæ miracula uiderit ipſe docet dicens Antiphatem: ſcyllamq;: & cū Cyclope carybdim. Narrat. n. Homerus lib. x. Odyſſeæ Vlyſſem Naufragum: quum ad Alcinoum regem pheacum delatus eēt recitaſſe imprimis errores ſuos: acceſſum ad Ciconas populos Thraciæ mox in Africam ad Lothophagos: inde in Siciliā ad Cyclopas: ubi Antrum Polyphœmi cum duodecim ſociis ingreſſus eſt: ex quibus duos comedit Polyphœmus: inde in Eoliam inſulam ueniſſe ubi ab Eolo uentos utribus incluſos accepit præter Zephyrū: mox cum Italiæ proximus eſſet tempeſtate agitatum ad Eolū iterū delatū eſſe: a quo expulſus petiit Leſtrigonas: de qbus infra dicemus: Inde in inſulam Aræam ad Circē delatū ex qua filiū ſuſcepit Thelogonū: quum apud eum annum eſſet temoratus: qui ad oceanū deinde ꝑueniens deſcēdit iniſſu Circes ad iferos: inde ad circē iteꝝ remeaſſe ait. a qua quū diſceſſiſſet in Siciliā nauigaſſe ubi Lāpetiæ & Phaetuſa ſolis armēta cuſtodiebāt: ubi unū mēſem deſedit Euro & Auſtro cōtinenſ flantib⁹ qui hinc digreſſus Ioue ꝑcibus ſolis tēpeſtatem excitante: naue ſociiſq; oibus: q ſolis armēta abſumpſiſſent: amiſſis inter ſcyllam & carybdim delatus eſt: ſolus ad Ogygiam inſulam quam Calypſo incolebat: eum Calypſo totos ſeptem annos detinuit ardentemq; amauit: octauo anno eum per Mercuriū Calypſo iubēte Ioue emittit:

Interpres: nec deſilies imitator in arctum:
Vnde pedē ꝓferre pudor uetet: aut operis lex.
Nec ſic incipies: ut ſcriptor Cyclicus olim:
Fortunam Priami cantabo: & nobile bellum.
Quid dignū tanto feret hic promiſſor hiatu?
Parturient montes: naſcetur ridiculus mus.
Quanto rectius hic: qui nil molitur inepte:
Dic mihi muſa uirū: captæ poſt tēpora Troiæ
Qui mores hominū multorū uidit: & urbes.
Nō fumum ex fulgore: ſed ex fumo dare lucem
Cogitat: ut ſpecioſa dehinc miracula promat

ue emit:qui fabricata naue in nemore Calypſus ab Ogygia diſceſſit.Cæteꝝ neptuno tempeſtatem excitãte naue fracta fluctibus iactatus tandem nudus ad Corcitam inſulam ad phaces delatus eſt mox a Nauſica inuentus ad Alcinoum patrẽ ductus eſt apud quẽ(ut dictum eſt)ſupraſcriptos errores & miracula commemo rauit:a quo reliquiſq; procetibus corcireis multis donatus muneribus in patriam naue remiſſus eſt: quæ mi racula ſpecioſiſſime narrat Homerus.Ergo expone miracula ſpecioſa nõ quæ fuerint ſpecioſa:ſed q̃ Home rus grauitate ſtili fecit ſpecioſa. Antiphatem. Antiphates fuit rex Leſtrigonum: qui in campania formiis auctore Plinio iuxta Caietam ſedem ſuã habue re:carnibus ueſcebãt humanis:unde Statius pri mo ſyluarũ.Littuſq; cruenti antiphatæ. Tucy dides tñ lib.yi.Leſtrigonas fabuloſos eſſe arbi tratur.Scribit Home.lib.x.Odiſſeæ Vlyſſem p ueniſſe ad antiphatẽ:q ab uxore accerſitus unũ ex tribus ſociis miſſis ab Vlyſſe abſumpſit reliqs terrore diffugientibus:unde Ouid.li.xiiii.meta. Tertius e nobis leſtrigõis impia tinxit ora cruore ſuo:fugiẽtibus inſtat & agmen concitat anti phates. Scyllamq;:fingunt poetæ Scyllã filiam Phorci & cratis nymphæ dilectã fuiſſe a Clauco

Antiphates

Antiphatẽ:Scyllãq;:& cũ Cyclope Charybdĩ
Nec reditũ Diomedis ab iteritu Meleagri:
Nec gemino bellum troianum orditur ab ouo
Semper ad euentum feſtinat:& in medias res
Nec ſecus ac notas auditorem rapit:& quæ
Deſperat tractata niteſcere poſſe relinquit
Atq; ita mentitur:ſic ueris falſa remiſcet:

Scylla

quem Circe deperibat:& quom ille in Scyllam inclinatior eſſet: indignatam Circem fontem: in quo nympha lauari ſolebat uenenis ifeciſſe: in quem quum illa deſcendiſſet:pubetenus in uarias mutata eſt formas: quæ ſuam horrens deformitatem in mare ſe præcipitauit. Canes uero & lupi ob hoc ex eo nati finguntur: quia ipſa loca plena ſunt monſtris marinis:& ſaxorum aſperitas illi climitat latratus canum. Virgi.Et cerulers canibus reſonantia ſaxa:& hæc ſm fabulam:ueritas autem habet Scyllam auctore Mella ſaxum eſſe: & charibdim mare uorticoſum utrunq; noxium appulſis.Scylla eſt in Italia: Charybdis in ſicilia.Homerus uero ſcribit in.xii.Odiſſeæ Syllam mõſtrũ fuiſſe duodecim pedibus:ſex ceruicibus:totidẽq; capitib⁹. Carybdim. Tradunt mythici charybdim mulierem fuiſſe uoraciſſimã quæ Herculi quũ furata fuiſſet boues ab eo in mare præcipitata fuit:ubi priſtinas exercẽs rapinas q̃cũq; obuia habet deuorat: a qua & mare ipſum denoiatũ eſt:ut modo diximus:Carybdis.Homerus uero ait carybdim eſſe ſcopulum. Cũ cyclope.Polyphemũ intelligit Neptuni filiũ in cuius ſpelũcã Vlyſſes in ſicilia cũ pueniſſet eũ duodecim ſociis:ex iis ab eo duo abſumpti ſunt:cui deinde quũ obdormiuiſſet ob uinũ maronæũ datũ ab Vlyſſe:oculus quẽ unicũ in fronte habebat ligno acuto & obuſto ab eo & ſociis effoſſus eſt.De qua re plura diximus apud Iuuenalem in ſatyra ix.illic:ut Polyphemi lata acies per quã ſolers euaſit Vlyſſes. Nec reditum Diomedis ab interitu meleagri. Oſtendit Initia reꝝ de q̃bus poetæ ſcribunt non eſſe nimis lõge repetẽda:ut inde rem exponere incipiãt:uñ neceſſariũ ſit.Supfluũ.n.fuit qđ fecit Antimachus.quẽ hoc loco latẽter notat: qui ut ante diximus hiſtoriã de reditu Diomedis ab euerſiõe troiæ ſcribẽs ab exordio primæ originis cœpit:hoc ẽ uſq; ab interitu meleagri a quo originẽ Diomedes duxit.Nã quotiẽs exitus rei oñdit priora hoc cõtẽti eẽ dẽmus: qđ fecit Statius in achilleide:quũ.n.ſcripturus eſſet paris rapuerit Helenã exordiũ nõ ſumpſit a fabricatiõe claſſis q̃ in græciã nauigauit:ſed a raptu mulieris ſic.Soluerat Oebalio claſſem de littore paſtor.Sic & Virg.q ſic inchoauit: Vix e cõſpectu ſiculæ telluris in altũ uela dabãt læti:nõ.n.exordiũ ſumpſit a fabricatiõe nauiũ q̃s in Antandro Aeneas ſibi fabricauit:q̃buſq; euerſa troia i italiã nauigauit.Nã meleager frater fuit Tydei ex quo nat⁹ eſt Diomedes q in bello troiano iſigne nomẽ adeptus ẽ:ab eo.n.Aeneas itereptus fuiſſet niſi Venus mr̃ eius ictibus illius ſeſe obieciſſet q̃ ut ſcribit Home.lib.y.Iliados uulnus accepit in manu dextra:uñ eſt illud Virg. lib.xi.Hæc adeo ex illo mihi iã ſupanda fuerunt tpe:quũ ferro cæleſtia corpa demẽs Appetii:& ueneris uiolaui uulnere dextrã:poſt captã troiã quũ in patriã remigraret:compiſſetq; ægialẽ uxorẽ ſuã cũ celibato filio Steleni cõcubuiſſe ſiue uerecũdia ductus:ſiue ab uxore fugatus relicta pria in Italiã nauigauit ad Daunũ regẽ appuliæ Vbi Arpos & Beneuẽtũ cõdidit.Mox ferũt eũ in inſulas cõtra Italiã nauigaſſe :ibiq; nũq̃ uiſum: ſocios in fluctibus ſummerſos i aues eẽ a pallade cõuerſos q̃ Diomedeæ dicunt.De q̃b⁹ apud Iuue.plura diximus prima ſatyra. Nec ge.bel.troianũ ordit ab ouo. Laudat Homeꝝ qui ſcripturus bellũ troianũ non ſumpſit exordiũ quẽadmodũ Helena nata ſit ex geminis ouis q̃ læda eius mr̃ peperiſſe fert ex Ioue cõuerſo in cygnũ:quũ id oĩno foret ſupfluũ:ſatis fuit dixiſſe Helenã fuiſſe cãm tãti icẽdii. Gemino ouo.Iuppiter captus amore Lædæ uxoris tindari in cygnum conuerſus in gremium mulieris deuolauit: quæ autem ut formoſam amplectẽs facta ẽ grauida peperitq; duo oua:ex quoꝝ altero nati ſũt:caſtor & Pollux:ex altero Clytẽneſtra & Helena cõiux Menelai q̃ rapta fuit a Paride uñ bellũ Troianũ ortũ ẽ. Semp ad euẽtũ feſtinat: ſemp inq̃t Homerus cogitans faſtidiũ lectoris pperat ad euẽtũ hoc eſt exitũ rei:ut cito dicat quæ euenerũt per quæ facile intelligant ẽt priora.Nam quũ dico Pari dẽ ex græciã in aſiã cũ claſſe rediiſſe:neceſſe ẽ itelligã eũ cũ claſſe antea in græciã nauigaſſe. Et in medias res. Nec ſecus ac notas auditorem rapit. Id inquit fecit Homerus quod a bono poeta ſeruandũ eſt:ut incipiat a mediis rebus nec aliter q̃ notis: quẽadmodum fecit & Virgilius qui a mediis rebus incipit æneiden uix e cõſpectu ſiculæ telluris in altũ uela dabant læti. Et q̃ deſperat tractata niteſcere poſſe relinq̃t. Ea inq̃t relinq̃t & ſilẽtio pterit q̃ eiuſmodi ſunt nõ ut ſperet eſt ſtilo ſuo tractata poſſe niteſcere hoc ẽ placere & grata eẽ. Atq; ita mẽtit.Homerus inq̃t hoc ſeruat qđ oib⁹ eſt faciẽdũ:ut cũ ſciat aliq̃ tractata ſuo carmine nõ poſſe placere ad fabulas ſe cõuertat:ſicq; ueris falſa miſceat: ſicq; poeta dicitur mentiri:qui fabulamẽta cõminiſcit:hincq; oſtẽdit poemata rebus ueris & falſis conſtare.

Primo ne medium:ut oĩa cõgrua ſint:unde Terẽtius laudatᷣ qui argumẽti ac ſtili ita attẽte memor eſt:ut nuſq̃ claudicarit aut errauerit quæ obeſſe potuerũt:tũ ꝙ media primis atq; poſtremis ita nexuit ut nihil additũ alteri:ſed aptũ & ex ſe totũ & uno corpe uideatᷣ eſſe cõpoſitũ:ut hæc ad ſtilũ referas: aut reuera ad materiã ut dicat Homeꝝ ita cõgruenter materiã poemate ſuo pertractare:ut nulla ex parte mediũ a primo & imũ a medio diſcrepet:qđ fieret ſi Virgilius quũ initio operis Aeneã inducat piũ: eũdẽ in medio aut in fine ſceleratũ diceret:diſcreparet.n.mediũ aut finis ab initio. Tu qd ego & popu.mecũ deſideret:audi. Ad poetã loquitᷣ quẽ ſtudet perfectum efficere aut piſonem. Audi inqt qd ego & oẽs mecũ deſiderẽt: ut quis uerus efficiatᷣ poeta:q̃ oĩa ſubiicit:ꝑcipit.n. decoꝝ in oĩ pſona ſeruãdũ eẽ. Si plauſoris eges Si uis inqt ut ĩ ſcæna te libẽter audiãt ac ꝑ hoc tibi plaudãt cõmorãtes a principio uſq; ad conſumationẽ fabulæ:hæc tibi ſunt ſuãda:q̃ oĩa ſubiungit. Plauſoris:hæc apud romanos cõſuetudo ſeruabatᷣ ut poetis quoꝝ opa placuiſſent in ſcæna plauderẽt:hocq; maxime in fine:uñ Terẽtius uos ualete & plaudite. Plaudere aũt ẽ ſignũ lætitiæ oſtendere ex utriuſq; manus colliſione: qui aũt diſplicuiſſent ſibilo excipiebãtᷣ: uñ illud de auaro in ſatyris:populus me ſibilat. Manentis au.expectãtis ut aulæa dimoueantᷣ hoc ẽ uela quæ in ſcæna ꝑtẽdebãtᷣ:q̃ populo obſiſtebãt dũ fabulæ act⁹ cõmutarentᷣ:uñ Apuleius in.i. de aſino aureo. Oro te aulæum tragicũ dimoueto & Supparium ſcænicũ cõplicato. Dicta Aulæa ꝙ ex aula Attali regis Romã uſq; plata ſunt: erant aũt uariis diſtincta figuris qualia & nr̃is tpibus uidemus multa. Ergo manentis aulæa.i.expectãtis ut iam fabula ĩcipiat agi dimoto aulæo poſt qđ oĩs erat apparatus ſcænicus. Seſſuri donec cantor dicit uos plaudite:hoc eſt mãſuri uſq; ad finẽ fabulæ:quũ cãtor dicit uos ualete & plaudite quæ cõſumatio eſt comœdiæ & tragœdiæ.

Cantor:actor fabulæ.Nã in actiõe fabulaꝝ:ut docet Donatus cãtica adhibebantᷣ q̃ tẽperabãtᷣ modis nõ a poeta:ſʒ a perito artis muſicæ factis.

Prímo ne medium: medío ne díſcrepet ímum.
Tu quíd ego & populus mecũ deſyderet: audí
Sí plauſoris eges aulea manentis:& uſq;
Seſſurí donec cantor uos plaudite dicat:
Aetatis cuiuſq; notandí ſunt tibí mores
Mobílibuſq; decor naturis dandus & annís
Reddere quí uoces iã ſcit puer & pede certo
Sígnat humum:geſtit paribus colludere:& irã
Collígit:& ponit temere:& mutatur in horas.
Imberbis iuuenís tandem cuſtode remoto
Gaudet eqs canibuſq; & aprici gramine cãpi
Cereus in uitium flectí:monitoribus aſper:
Vtilium tardus prouiſor:prodígus æris.
Sublímis cupíduſq;:& amata relínquere pnix.
Conuerſis ſtudiis ætas animuſq; uirilis
Q uærit opes & amícitias:inſeruit honoris
Commiſiſſe cauet quod mox mutare laboret.
Multa ſenem circunueniunt incõmoda:uel ꝙ
Q uærit:& inuẽtis miſer abſtinet:ac timet uti.
Vel quod res omnes timide gelideq; miniſtrat
Dílator:ſpe longus iners auiduſq; futurí:
Diffícilis:querulus:laudator temporis actí
Se puero:caſtigator cenſorq; minorum

Aetatis cuiuſq; notãdi ſunt tibi mores:aliud ꝓceptũ.Hoc dicit:poetis cõſiderandos eſſe mores cuiuſq; ætatis:ut ſi de ſenibus loq uelint nõ dẽt eis mores iuuenũ:aut alius ætatis:aliter in pſonis decorũ nõ ſeruarẽt. Mobilibuſq; decor naturis dãdus & annis.Hoc dicit naturis mobilibus & annis:quales in pueris dep̄hẽdũtᷣ tribuẽdũ eẽ decorẽ:ut ꝑ naturas mobiles & annos pueros intelligas quos & natura & infirma ætas mobiles facit & incõſtantes. Reddere q uo. i.q iã ſcit fari. Virgi. Ac ueras audire & reddere uoces.Ordo aũt eſt.Puer q iã ſcit reddetᷣ uoces:geſtit colludere paribus.i.ludere cũ æq̃libus:ꝑpoſitio.n.detracta nomini:adiũcta eſt uerbo.Signat humũ: ꝑmit & calcat humũ. Certo pede.Firmis ueſtigiis. Ponit:deponit. Temere:incõſiderate. Imberbis iuuenis:epheb⁹.

Remoto cuſtode:hoc eſt q ex pueritia egreſſus ẽ depoſita ꝑtexta & remoto pedagogo: qui ei comes ẽ uſq; ad quartũ decimũ annũ:poſtea toga uirilis ſumitᷣ. Et aprici gramine campi:hoc eſt uenationibus: q̃ aptæ ſiũt in locis campeſtribus. Cereus:ordo eſt.Cereus flecti in uitiũ:hoc eſt facili inclinari in uitiũ:facile.n.cera digitis pertractata molleſcit:unde eſt ꝓuerbium apud græcos κηρου ευπλαςοτερος:hoc eſt Cera tractabilior. Sublimis:ſupbus eſt. Cupidus:ardẽs ad oĩa. Pernix relinquere amata:ac ꝑ hoc incõſtans. Cõuerſis ſtudiis.Nunc ꝑſequitur q̃ ætati uirili cõueniãt. Aetas animuſq; uirilis.Quærit opes & amicitias. Eſt.n. iuuenibus ſtudiũ acqrendaꝝ opũ & amicitiaꝝ. Virg.in.viii.Mihi mens iuuenili ardebat:amore Compellare uirũ & dextræ cõiũgere dextram. Cõmiſiſſe cauet qđ mox mutare laboret:ut in oĩbus cõſtãs ſit opam dat.Cauet.n.cõmittere quod poſtea pœnitendum ſit. Multa ſenem circũueniunt:ꝑcurrit & quæ ætas ſenilis fert. Inuentis miſer abſtinet.alibi in primo ſermone de auaro.Et tanq̃ parcere ſacris cogeris: aut pictis tanq̃ gaudere tabellis. Dilato:q piger ſit & differat ſiqd agẽdũ ſit:ut ſi ædificãdũ ſit:aut aliqd ſoluendũ aut aliqd id genus pagẽdũ. Spe lõg. Verũ q ſpe ſuſpẽſum teneat creditorẽ:aut q ſpem hẽat uiuẽdi:lõ q̃ſita non tãgit.Senex.n.licet morti ſit uicinus ſperat: tñ ſe diu uictuꝝ:unde eſt illud Ciceronis in libro de ſenectute. Nemo eſt tam ſenex qui non ſperet annum etiam uicturum.Et ut ſcribit Seneca quãto minus relictum eſt uiæ:tanto plus uiatici quærit. Auiduſq; futuri:qui ualde cupiat ſcire futura. Laudator temporis acti Se puero:hoc ex prouerbio græco.Semper ſuperioris anni res meliores.quum præſentia diſplicent & anteferuntur ante acta.Nam ſenes ſemper dicunt.Laudantq; tempora antecacta quaſi præſentibus meliora.

Multa ferunt anni uenientes commoda ſecum. Eleganter dicit. Nam quum anni ueniunt hoc eſt creſcũt uires animi pariter & corporis creſcunt: ſicq; anni commoda ferunt. quum uero diſcedunt: & iam ætas incli natur: uires quoq; animi & corporis abeunt. Multa recedentes adimunt. Nam plinio auctore Senecta: ſenſus hebeſcunt: membra torquentur: præmoritur uiſus: auditus inceſſus: dentes ẽt ac ciborum inſtſa. Semp in adiunctis æuoq; morabimur aptis: Debemus ĩquit ſemper morari & inherere moribus adiunctis & aptis cuilibet ætati: hoc eſt q̃ congrui & ꝓprii ſunt oĩs ætatis: ut puero adiũcta ſit leuitas & luſus. Iuueni laſciuia

Multa ferunt anni uenientes cõmoda ſecum:
Multa recedenres adimunt. ne forte ſeniles
Mandentur iuueni partes: pueroq; uiriles:
Semper in adiunctis æuoq; morabimur aptis
Aut agitur res in ſcænis: aut acta refertur
Segnius irritant animos dimiſſa per aurem:
Q uã quæ ſũt oculis ſubiecta fidelidus: & quæ
Ipſe ſibi tradit ſpectator: non tamen intus
Digna gerſi: promes in ſcænam: multaq; tolles
Ex oculis: quæ mox narret facundia præſens
Ne pueros coram populo Medea trucidet:
Aut humana palã coquat exta nefari⁹ Atreus
Aut in auẽ progne uertatᵉ: Cadmus in anguem
Q uodcunq; oſtendis mihi ſic: incredulus odi
Ne ue minor: neu ſit quinto productior actu
Fabula: quæ poſci uult & ſpectata reponi:

& ardor libidinis. Seni maturitas & auaritia. hoc autem dico ne forte partes ſeniles mãdentur iuueni: & partes uiriles puero. Aut agitur res in ſcænis: aut acta refertur. Materia inquit comica uel tragica ita quidem ſe habet: ut res aut in ſcæna agatur. ubi ab omnibus conſpici poteſt: ut in Andria Terentii ubi puer ante fores chremetis appoſitus: eſt qui poteſt conſpici ſpectatoribus: aut intra ſcænam quæ ad populum refertur: ſed nõ cõſpicitᵉ: ut partus glycerii. Hæc autẽ ab Horatio cõmemorãtᵉ ut oñdat: licet magis delectẽt q̃ uidentur q̃ q̃ audiunᵗ tñ rẽ q̃ intus tm̃ gerẽda eſt nõ eẽ agendam in cõſpectu ppli: unñ elegãter Terẽtius fecit q̃ uitiatam a cherea uirginẽ poſt ſcænã oculis ſpectatoꝝ nõ ſubiecit: ſed auribus unde: ut populus auribus accipiat: quod poeta ſubiicere oculis non poteſt: nam tũc uerus actus & non fabula ageretur. Oculis fidelibus: quia quæ uidentur & uera & certa ſunt: quæ uero audiũtur falſa eẽ poſſunt. Irritant exuſcitant cõmouent. Et quæ ipſe ſibi tradit ſpectator: hoc eſt quæ ipſe ſpectator uidet & aſpectui ſuo tradit. Non promes in ſcænam: non ages in ſcænam quæ digna ſunt geri intus: hoc eſt quæ eiuſmodi ſunt ut non conueniat in conſpectu populi agi: ut uitium uirginis: tunc enim ut diximus uerus actus incipit fieri non fabula. Multaq; tolles ex oculis: facies ut multa non ſpectentur: ſed audiantur tantum: ut uicium uirginis: ut cædes filiorum facta a Medea: neque enim ea committi debet præſente populo: ſed referri tantum qualiter facta ſit: quia fabula: tunc non eſſet: ſed uerus actus: hoc eſt autem ex inſtituto eſchyli: qui ut refert Philoſtratus in ſexto intra ſcænas iugulationem faciendam excogitauit: ne coram populo trucidationes hominum fierent. Quæ mox narret facundia præſens: hoc eſt quæ mox referantur: narrenturque a perſona facunda tragica. Atreus: de fabula Atrei & Thyeſtæ dictum eſt ſuperius. Aut in auem progne. Etiam inquit ex oculis tolles mutationem prognes in auem: hoc eſt in ſcæna non agetur coram populo ut progne in auem uertatur: ſed in ſcænam referes ut mutata ſit: ut fabula hæc quoq; ſit: non uerus actus: fuit autem hæc filia pandionis regis Athenarum quæ matrimonio coniuncta fuit Tereo regi Thraciæ: a quo quum philomela ſoror eius uiciata fuiſſet irata progne in eius ultionem Ithim filium interemptum appoſuit æpulandum: quod facinus tereus quum ſenſiſſet arreptis armis prognem & philomelam inſecutus eſt: uerum Iuppiter Tereum in upupam quæ aues duplici uidetur armato telo roſtro: ſcilicet: & pinna in capite: prognem in hyrundinem: philomelam in Laſciuiam mutauit. Cadmus in anguem. Cadmus Thebarum conditor quum uariis uexatus eſſet infortuniis: expulſus regno ab Amphione & Zetho: ad illiricos cum Hermione uxore ſe contulit: ubi quum in ſumma uixiſſent miſeria fabulæ locum dederunt in ſerpentes eſſe conuerſos: unde eſt illud Ouidii in quarto metamorphoſeos. Et ſubdito duo ſunt: uictoque uolumine ſerpunt. Donec in appoſiti nemoris ſubiere latebras. Quodcunq; oſtendis mihi ſic. Ratio quare hæc in ſcænis non ſit agenda: ſed tantum referenda. Quæcunq; enim inquit mihi oſtendis ſic: hoc eſt hoc pacto ſupra commemorato & odio habeo & non credo unquam ſic facta fuiſſe. Nec minor: neu ſit quinto productior actu fabula. Aliud præceptum eſt: omnem tragœdiam in quinq; actus diuidi debere: ut nec plures nec pauciores ſint. Actus differt ab actione: ut actus ſit fabulæ pars: Actio cauſarum defenſio: Actio etiam ad fabulam refertur: ut ſi dicam. In actione fabulæ tumultus eſt. Fabula generale eſt uocabulum: eius duæ primæ partes ſunt tragœdia & comœdia: quæ ut diximus in quinque actus ſingulæ diuiduntur: quorum diuiſionem in latinis fabulis internoſcere difficile eſt: cauſam Donatus apud Terẽtium principio operis demonſtrat. Et ſpectata reponi quæ ſpectata uult iterum proferri iuxta illud ſi forte reponis Achillem: quemadmodum Eunuchus Terẽtii ter edita eſt & pronunciata. Liuius Andronicus quum maxime placuiſſet: reuocatus eſt ſæpe: ut docet Liuius libro ſeptimo ab urbe cõdita: aut quod magis placet quæ ſpectata uult reponi: hoc eſt recondi in æde apollinis & muſarum: ubi omnium libri ſcriptorum qui placuiſſent reponebantur: quo Perſius ait ſe quoq; ſuum poema ferre. Ipſe ſemipaganus ad ſacra uatum carmen affero noſtrum. Nec deus interſit. In omni genere poematum licet perſonam deorum induci atque interceſſe: uerum ait poeta in tragœdia non ita licere (nam de tragœdia ſupra & infra mentionem facit).

Nec deus īterſit niſi dignus uīdice nodus inciderit. niſi nodus dignus uindice inciderit: hoc eſt niſi res eius
difficultatis fuerit:ut neceſſarius ſit iteruētꝰ numinis:quū ope hūana res explicari nō poſſit:uñ bñ Virg.ſm
hoc p̄ceptū auctorē Seruio i.ix.Iunonē īducit q̄ Turno clauſo ītra caſtra Troianoꝝ aiuʒ & uiros ſubmiſtrat.
Neq̄.n.tot cædes ab eo īpune factæ fuiſſent:nec aliqs crederet Turnū euaſiſſe de caſtris troianoꝝ niſi ope nu
minis adiutus foret.Sic.n.ait Iuno uires aīumq̄ miniſtrat. Vetat igiť poeta pſonā diu nā ī tragœdia ītereſſe
niſi nodus dignus uīdice īciderit. Nodus:difficultas q̄lis accidit Turno īmedio hoſtiū clauſo. Dignꝰ uid.

Nec deus interſit niſi dignus uindice nodus
Inciderit: nec quarta loqui perſona laboret
Actoris partes chorus officiūmq̄ uirile
Defendat:neu quid medios intercinat actus
Quod nō propoſito cōducat: & hæreat apte
Ille bonis faueatq̄: & concilietur amice:
Et regat iratos:& amet peccare timentes:
Ille dapes laudet menſæ breuis:ille ſalubrem
Iuſticiam: legeſq̄ & apertis ocia portis
Ille tegat cōmiſſa:deoſq̄ precetur & oret:
Vt redeat miſeris:abeat fortuna ſuperbis
Tibia non ut nunc orīcalcho iuncta:tubeq̄

hoc ē adiutorē & punitorē:ut Turno ī tāto p̄iculo
opitulata ē Iuno.uīdicē poni p̄ punitore oñdit il
lud Cic.i.L.Catilinā Carcerē uīdicē nefarioꝝ ac
māīfeſtoꝝ ſceleꝝ maioꝛes nr̄i eē uoluerūt uñ &
uīdicare idē eſt qđ puniř.Sene.li.iii.de ira. Vincu
lis carcere & fame uīdicamꝰ rē caſtigādā flagris
leuioribꝰ. Vñ Seuerus Cornelius deplorās mor
tē Cicerōis ait. Vnica ſolicitus quōdā tutela ſaluť
q̄ Egregiū ſemp̄ p̄riæ caput. Ille ſenatus Videx:
ille fori:legū:ritūq̄:togæq̄. Nec q̄rta loq̄ pſo
na laboret:Hoc dicit:ī tragœdia qđ ēt ī comœ
dia ſeruať ternas perſonas loq̄ debere: ſi uero ac
ciderit ut q̄rta īterponať debere oīo pauca loq̄:
nō.n.dixit taceat ſed nō laboret loq̄.Induciť aūt
q̄rta perſona ut aut annuat : aut aliqđ ei īpereť
uñ & ī comœdia Terētius : laudať q̄ ita miſcet
pſonas q̄tuor ut obſcura ſit eaꝝ diſtīctio. uñ By
ria quarta pſona ī andria ītroducta ſecū tātū loq̄ť:nec alias pſonas īter ſe loquētes īterrūpit.illud miror nō
ſolū in comœdia ſed & tragœdia īterdū & q̄ntā pſonā ītroduci:nedū quartā. Actoris p̄tes chorus officiūq̄
uirile defendat:chorus inq̄t defendat & tueať p̄tes actoris hoc ē tueať eū q̄ fabulā agit:ſiqđ omiſſū eſt: aut
nō ſuo tp̄e actū. Officiūq̄ uirile:Tueať ēt id qđ q̄ſq̄ egit ut dicat quæcūq̄ a uiris acta ſint bñ eē acta:ſicq̄
laudādo eos ab accuſatoribus defendat.Deniq̄ poeta uideť uelle Choꝝ eſſe tanq̄ iudicē & Cenſorē q̄ppe q̄
recte facta laudet:ihoneſta & male facta uituperet:chorus aūt erat multitudo canētiū pōt ēt alius eē ſenſus
ut ſit:chorus defendat p̄tes actoris:hic ē ſuſcipiat p̄tes accuſatoris:hoc ē q̄ ſunt accuſatoris ut uitia.ſ.accuſet
carpat & uitupet nā chorus(ut uidere licet apud Senecā)uitia deteſtať & uitupat:uirtutē uero extollit:& lau
dat.Nā actorem accipimus nō ſolū pro eo q̄ fabulas agit:ſed & pro accuſatore in cauſis. Defendat officiū
uirile.i.uiros officioſos & p̄bos tueať:eos laudibus extollēdo. De hoc autem tanq̄ ancipiti & obſcuro ſenſu
adhuc q̄rēdū ducimus. Neu qđ medios intercinat actus.Hoc inq̄t choro ſeruādū ē ut nihil canat īter me
dios actꝰ:hoc ē in ipſis actibꝰ:q̄ in tragœdiis fere q̄ni ſūt:qđ a p̄poſito ſit alienū:ut ab argumēto nō diſcedat.
Ille bonus faueat & conciliet amice.Ille chorus inq̄t faueat & concilieť amice bonis:hoc eſt eos extollat q̄
uirtutibus ſunt p̄diti:qđ ſane facit apud Senecā in hercule furēte:nā eū ut uirtutibus p̄ditū multis p̄ſeq̄ť lau
dibus. Et regat iratos.Documētū det iratis:hoc ē moneat ab hac aī p̄turbatione ſeſe remoueant:q̄ nihil ē
hoī turpius. Et amet peccare timētes:illos oſtēdat ſibi gratos eē:q̄ uitā a uitiis ſemotā agūt. Ille dapes lau
det mēſæ breuis.In hoc ēt occupeť ut cōmēdet cibos ſimplices:quū oīo(ut oīs phyſicoꝝ ſchola ſentit)nihil
ſit hoī p̄nicioſius q̄ diuerſaꝝ epulaꝝ copia repleri. Mēſæ breuis:modici apparatꝰ. Iuſticiā ſalubrē:q̄ oībꝰ
ſalutē affert.Nā ſalubre dicimus qđ ſalutiferū ē:uñ Hora.alibi.Ille ſalubres æſtates peraget q̄ nigris prandia
moris finiet.Eſt aūt iuſtitia auctore Vlpiano cōſtās & p̄petua uolūtas ius ſuū unicuiq̄ tribuēs:iuſticiā autē
hoīum ſocietas & cōitas p̄creauit. Leges:ut poeta eas:q̄ ad cōem humani gñis ſint utilitatē cōſtitutæ:uñ ē
illud Ciceronis de legibus.Cōſtat p̄fecto ad ſalutē ciuiū:ciuitatūq̄ icolumitatē:uitāq̄ hoīum & q̄etā & bea
tā inuētas eē leges:ſint.n.leges p̄ceptrices faciēdoꝝ p̄hibitrices nō faciēdoꝝ. Et ocia aptis portis:hoc eſt
pacē:quo tp̄e ciuitatū portæ tāq̄ oī hoſtiū amoto metu patēt. Ille tegat cōmiſſa.Sic ſe hēat ut credita celet
hoc eſt ita diſcrēdo oſtēdat cōmiſſa nullo mō eē palā faciēda. Deoſq̄ p̄ceť & oret:p̄ceť inq̄t deos uti fortu
na cuius īpului eſt tā in bonos q̄ in malos redeat miſeris:hoc ē eos q̄s miſeros fecit rurſus amplectať & in ſta
tutū reſtituat felicē & fauſtū:& a ſupbis abeat:hoc ē eos deſerat:nec eis ſit p̄picia:q̄ñ ſupbia oībꝰ ſit odioſa:
& Deus ſupbis reſiſtat:q̄lia fere oīa apud choros Senecæ inuenias. Tibia nō ut nūc orichalco iūcta. Nullæ
fabulæ agebanť apud Ro.ſine cāticis q̄ tēperabāť modis nō a poeta ſed a perito artis muſicæ factis. Neq̄.n.
oīa iiſdē modis ī uno cātico agebanť:ſed ſæpe mutatis.Qui hmōi modos faciebāt:nomē in prīcipio fabulæ
ſcriptoris & actoris ſupponebāt.Hmōi adeo carmina ad tibias faciebāt ut his auditis multi ex populo añ di
ſcerēt quā fabulā acturi ſcænici eēnt.Agebāť āt tibiis paribꝰ aut īparibꝰ & dextris aut ſiniſtris. Dextræ āt ti
biæ ſua grauitate ſeriē dictionēq̄ comœdiæ p̄nūciabāt.Siniſtræ & ſeranæ acuminis leuitate iocū ī comœdia
oñdebāt.Hæc aūt ex Donato.Sed q̄ paribꝰ tibiis uel īparibꝰ īuenimus ſcriptū hoc ſignificat q̄ ſi q̄ñ mono
dio agebat unā tibiā īflabat:ſi q̄ñ ſynonodio utrāq̄. Laertius.Hoc loco horatius oſtēdit ſupioribꝰ tp̄ibꝰ q̄bꝰ
hoīes maiore uiuebāt uerecūdia & ſeueritate fabulas certiore lege fuiſſe pſcriptas q̄ tp̄ibꝰ ſuis.Nā tibia q̄ ut
diximus utebanť ī agēdis fabulis nō erat tā p̄cioſa:neq̄ tā magna q̄ nūc eſt:neq̄ tot foraminibus diſtinctæ:
nec ornata orichalco;Sicq̄ antiquoꝝ ſeueritatē laudat:ſui aūt tp̄is luxuriā notat:quū ambitioſi magis q̄ ne
ceſſitati ſtudet. Iuncta orichalco,ornata & expolita orichalco.Aurichalcū ut ſcribit Pli.lib. xxxiiii. cap.ii.
ob p̄cipuam

ub præcipuam bonitatem diu obtinuit admirationem: præcioſiuſq; fuit apud maiures: ut ſcribit Seruius omnibus metallis quod & ſplendorem auri & æris duriciam poſſideret. Quidam putant auriealchum compoſitum eſſe ab auro & ære quod græci chalcon æs appellant: ſiue ꝗ aureum haber coloré: ut ſcribit Feſtus: ſiue ꝗ in montoſis locis reperitur: oros enim montem ſignificat dicimus aurichalcum & orichalcum. Aemula tubæ: non ſonora: ut duo dicat Tibiam non fuiſſe aurichalco iunctam: nec æmulam tubæ: huc eſt u al de ſunoram: quippe quæ eſſet parua: Tenuis exilis: parua. Simplex: non duplex ut poſtea fuit. Fo-

Aemula. ſed tenuis ſimplexq; foramine pauco
Aſpirare & adeſſe choris erat utilis: atq;
Nondum ſpiſſa nimis complere ſedilia flatu:
Quo ſane populus nũerabilis: utpote paruus
Et frugi: caſtuſq; uerecunduſq; coibat:
Poſtq̃ cœpit agros extendere uictor: & urbes
Latior amplicti murus: uinoq; diurno
Placari genius feſtis impune diebus:
Acceſſit numeriſq; modiſq; licentia maior
Indoctus quid enim ſaperet liberque laborũ
Ruſticus urbano confuſus: turbis honeſto
Sic priſcæ motumq; & luxuriam addidit arti
Tibicen: traxitq; uagus per pulpita ueſtem.
Sic etiam fidibus uoces creuere ſeueris:
Et tulit eloquium inſolitum facundia præceps

ramine pauco: terna enim tantum modo foramina habuerunt tibiæ. Aſpirare: inſenare.

Choris: canentibus & ſcæna. Plato: uult chorum deduci a græco chara. ideſt lætiria. De choro ita loquitur Seneca ad Lucillium: Non uides q̃ multorum uocibus chorus conſtat: unus tamen ex omnibus ſonus redditur: nam in tragœdiis chorus introducitur hoc eſt multitudo cantorum: accedunt uiris fœminæ interponuntur tibiæ. Atq; Nondum ſpiſſa nimis complere ſedilia flatu. Ordo eſt. Atque utilis complere flatu ſuu ſedilia ſpiſſa nimis: hoc eſt quæ ob paucitatem populi nondum nimis replebantur ſpectaturibus: unde ſequitur populus numerabilis utpote patruus. Quo: ſcilicet flatu & cantu. Coibat: cõgregabatur. Poſtquam cœpit agros extendere uictor: poſtquam inquit potentia romana aucta eſt. Et luxuria ita inualuit ui paſſim feſtis diebus potationibus operam darent: acceſſit maior licentia modulatiunibus & cantibus. Genius placari: ſubaudi a ſuperiore Cœpit. Vino diurno: bene autem ait placari uino non uictimis. Nam id moris ueteres auctore Varrone tenuerunt ut quum die natali Genio munus natale ſoluerenr: manum a cæde & ſanguine abſtinerent: ne die qua ipſi lucem accepiſſent: aliis demerent. Vnde & Perſius ait funde metum Genio: uoluerunt antiqui Genium: ut Cenſorinus ſcribit in libro de narali die eſſe deum: cuius in tutela ut quiſque natus eſt: uiuit: hic ſiue ꝗ ut generemur curat: ſiue ꝗ una gignatur nobiſcum: ſiue etiam ꝗ nos geniros ſuſcipiat ac tuetur certe gignendo: genius appellatur. De hoc plura diximus apud Perſium: dicemuſque in epiſtolis.

Impune: paſſim. Iuuenalis. Impune ergo mihi recitauerit ille togaras: ſic & Horatius alibi. Obturem patulas impune legentibus aures. Numeris: rithmis & cantibus: ut Numeros memini ſi uerba tenerem. De numero hoc eſt rithmo lege Quintilianum libro nono. Modis: modulationibus: quibus ſaltantes ſeſe accõmodant: unde Liuius libro ſeptimo ab urbe condita. Ludiones ex Hetruria Acciti ad Tibicinis modos ſaltantes haud indecoros motus dabant. Maior licentia: luxuria uberior. Indoctus: quid enim ſaperet liberq; laborum Ruſticus. Non eſt inquit mirum ſi apud Priſcos in uſu non erat tibia tam precioſa tamque ſonura. populus enim erat rudis & rerum imperitus: utpote qui talia neſciret excogitare. Ordo eſt. Quid enim ſaperet indoctus & liber laborum: hoc eſt rudis: & ab opere ruſtico ſiue bellico ſolutus: ac per hoc ocioſus mixtus cum nobilioribus in ſcœnis: ac per hoc oſtendit Romanos: niſi finitis laboribus: aut agricolationis: aut militiæ non ſulitis artibus ludicris ſe dedere. Ruſticus turpis: antithetum fecit: quum dixit turpis honeſto. Confuſus: mixtus quum in ſpectaculis umnes tunc promiſcue ſederent: nondum lata lege a Roſcio Othone Tribuno plebis: qua cauit ne quis in quattuordecim gradibus theatri ſederet: qui ſummam quingentorum ſeſtertium non habuiſſet. Honeſto. nobili. Sic priſcæ motumq; & luxuriam addidit arti Tibicen hoc modo inquit hoc eſt per proſperum ſucceſſum rerum tibicen cœpit doctius canere: ita ut arti priſcæ adderet motus & luxuriam. Nam quum initio tibicen tantum tibia indocte caneret paulatim ita profecit: ut docuerit ſaltantes dare motus & cantus mudulationi congruentes: cœpitque uti Tibia magnificentiore: & ſplendido urnatu. Traxit ueſtem: hoc ad luxuriam refertur: quam addidit arti ludicræ: ut per pulpita ſcœnæ ueſtem quam ſytma græci dicunt traheret dictum a σύρω: quod eſt traho. nam talis fuit habitus citharedicus. unde Virgilius in ſexto. Nec non trheicius longa cum ueſte ſacerdos Ob loquitur numeris ſeptem diſcrimina uocum. Cicero ſiue alius in rhetoricis ad Herennium. Citharædus quum prodierit optime ueſtitus: palla inaurata imbutus cum clamyde purpurea coloribus uariis intexta: & cum corona aurea magnis fulgentibus gemmis illuminata citharam tenens exornatiſſimam auro & ebore diſtinctam & cætera. Sic etiam fidibus: eodem etiam pacto uoces creuere ſeueris fidibus: ut quum antea lyra ſeptem tantum cordas haberet: cythara poſtea excogitata ſit. Sicq; oſtendit auctis imperii uiribus auctã eſſe etiam omnium rerum magnificentiam. Seueris: quibus ad nullam utebantur laſciuiam. Facundia præceps: hoc eſt quæ modico ferebatur temperamento: quum artem orandi adhuc perfecte non callerent.

Tulit: protulit. Eloquium inſolitum: eloquentiam inſolitam: ac per hoc nouam & artificioſam.

Vtiliũq; ſagax rerum & diuina futuri. Hoc dicit & ſapiẽtes hoc ẽ philoſophos cœpiſſe loq & diſſerere:quorum præcepta pro oraculis habebantur. multaq; in tẽplo Appollinis delphici ſcripra ſunt:q̃lia fuere illa tria ut ſcribit Plinius libro ſeptimo Chilonis Lacedæmonii. Congnoſce te ipſũ:Nihil nimis:comes æris alieni:atq; litis eſt miſeria. Hæc quũ in tẽplo delphici Apollinis eſſenr cõſecrata & lr̃is aureis inſcripta e cœlo deſcẽdiſſe creditũ eſt:unde eſt illud Iuuenalis. E cœlo deſcẽdit. γνωθι σε αυτον. Sententia ſagax:quaſi indagatrix & cognitrix. Deducto uocabulo a uerbo ſagire:qđ eſt acute ſentire:uñ canes dicũtur ſagaces:q añ ſentiũt feram q̃ uidẽt:uñ & ſagaces appellamus hoies acuti ſenſus.

Vtiliumq; ſagax rerum: & diuina futuri
Sortilegis non diſcrepuit ſententia Delphis:
Carmine qui tragico uilẽ certauit ob hircum
Mox etiam agreſtes ſatyros nudauit:& aſper
Incolumi grauitate iocum tentauit: eo quod
Illecebris erat & grata nouitate morandus
Spectator functuſq; ſacris:& potus & ex lex.
Verum ita riſores ita cõmendare dicaces
Conueniet ſatyros:ita uertere ſeria ludo:

Rerũ utiliũ:q̃ tẽderẽt ad utilitatẽ omniũ. Diuina futuri:quæ futura ita p̃uider ſicuti diuinatio. Senrẽtia:p̃cepta ſapiẽtũ ſentẽtiá dixit. Nõ diſcrepuit:nõ diſſẽſit. Sortilegis delphis: hoc ẽ & reſpõſis delphici apollinis. Eſt.n.delphi nũero tãtũ pluratiuo oppidũ phocidis regionis ꝑpter templũ Apollinis Pythii & oraculũ uetuſtate inſigne. Sortilegis:ſortẽ & reſponſũ dãtibus. Nam ſors inter alia ſignificata ꝑ reſpõſo dei capitur. De ſorte ita ſcribit Cice. libro ſecundo de diuinatione. Quid eni ſors eſt?idẽ propemodum qđ micare:quod talos iacere:qđ teſſeras: qbus i rebus temeritas & caſus nõ rõ: nec cõſilium ualet:tota inuenta eſt aur ad quæſtũ:aut ad ſuperſtitiõem:aut ad errorem:uñ etiam ſortilegos appellamus:q ex ſortibus diuinãt.qui minoris ſunt auctoritatis q̃ aſtrologi. Carmine q tra.ui.cer.ob hir. hoc loco oſtendir poeta id genus fabulæ:quod ſatyrã priſci appellauere originẽ habuiſſe a rragœdia:a qua in hoc differt:q; in ſatyrica fabula nõ mõ reges atq; heroes:ſed ſatyri etiam inducerentur ludẽdi gratia : iocandiq;: ut ſpectator iter res tragicas, ſeriaſq; ſatyrorum iocis & luſibus delectaretur:hoc genus ſatyriæ græci primi inuenerũt:apud latinos uero Liuius andronicus:ut ſcribit Liuius Li. limine ſeptimi libri ab urbe cõdita primus auſus eſt a ſatyris argumẽto fabulam ſerere. primus etiá fuit qui tragœdiá & comœdiá apud latinos inuenit:qđ genus ſatyræ auctore Quint. ſcripſit & Terẽtius Varro uir romanoꝝ eruditiſſimus:cuius ſatyræ Menippeæ dictæ ſunr a Menippo quodá ſcruo:cuius libros Varro ipſe i libris ſcribẽdis dr̃ fuiſſe imitatus. initiũ aũt tragœdiæ & comœdiæ a rebus diuinis eſt inchoatũ:qbus ꝑ fructibus uota ſoluentes opabãtur antiq. Nam incenſis:ut tradit Donatus iá altaribus & admoto hirco id genus carminis:qđ ſacer chorus reddebat libero patri. tragœdia dicebatur:uel απο του τραγου:hoc eſt ab hirco hoſte uineaꝝ:& a cãtilena:ná τραγωδεω : idem eſt quod cano : uel quod hirco donabatur eius carminis poeta : uel quod uter eius muſtiplenus ſolenne primum cantoribus fuerit : uel q; ora ſua fecibus perlinebant ſcœnici ante uſum. perſonarum ab Aeſchylo:ut tradit Horatius in ſequentibus repertũ. feces enim dicuntur græce τρυγες. & his quidẽ cauſis eſt quid ſeruandũ ſit ſcriptoribus ralis ſatyræ. Senſus tragœdiæ nomẽ inuentũ eſt:poeta nũc p̃cepta tradit. Qui inqt tragœdiam ſcripſit:mox etiam ſcripſit ſabulam ſatyricá:q̃ grauitati illi tragicæ iocularia quædam & ludicra cõiuncta habebat ur ſpectatorẽ(ut diximus)oblectaret. Ob hircũ uilem:qui dono ſcriptori tragico dabaẽ. Mox:deinde:per ſucceſſum temporis. Nudauit ſatyros agreſtes : hoc eſt cepit ſcribere ſatyram:hoc autem uerbo Nudauir reſpexit ſatyros:qui nudi inducuntur:ii aũt erát ſatyrus canus: ſatyrus imberbis:ſatyrus barbatus. Induebanẽ ẽt fauni & ſileni oẽs:ſed is quoq; inter alios: qui παππος a græcis hoc eſt auus appellatur:cuius facies torua atq; aſpectu truculentior q̃ cæterorum ac ferino ſimilis effingebatur. Satyros autem eſſe:& procliues ad amandũ exiſtere negandum non eſt. Ego enim in lemno quondá audiui equalẽ meũ:qui ad matrem ſuam uenire ſolitum ſatyrum quẽdam narrabat:eiuſq; talem deſignabat habitum:dicebatq; Nebride humeros amiciri:cuius anteriores pedes collum circũplectentes in pectore nectebanẽ. Hæc Appollonius apud Philoſtratũ. Et aſper incolumi grauitate iocum tentauit : grauitati inqt tragicæ:quæ omnino incolumis ſeruatur:& i ſatyra:addidit iocularia:ut per illecebras teneret ſpectatorẽ.

Morãdus:detinẽdus. Functuſq; ſacris & potus:& ex lex. hoc eſt qui illuc confluit pactis ſacris:& cibo repletus:& ſine lege. hoc eſt q nimia licenria a legibus ſibi ſolutus eſſe uideẽ:ita oïa negligẽter accipit:aut exlex:hoc eſt ſine lege rationis:cũ agreſtis ſit & rudis. Fũctus ſacris utrũ publicis an priuatis. nam apud ueteres nõ ſolum poblice diis ſcrificia pagebãtur:ſed etiá domi priuatí. ná i domibus corpora mortuoꝝ ſepeliebanẽ:quos ut deos familiares domi colebãt:eoſq; lares appellauerũt. Verũ ita riſores cõmẽdare dicaces Cõueniet ſatyros:p̃cipit qđ faciendũ ſir ſcribẽti fabulá ipſam ſatyricá. Cõueniet inqr iocularia:q̃ fabulæ inſeruerit:ita cõmendare. i. tá bene deſcribere:& res ſerias:quales in tragœdiis deſcribunẽ ita in ludũ uertere: ne quũ uelit iocis ſpectatorẽ oblectare ineptias cõmittat:hoc eſt quũ pſonas aut deoꝝ:aut heroũ iducat:eis nõ det ſermonẽ eoꝝ maieſtati nimis abſonũ:ac eos nõ faciat dũ riſum captat loq nimis hũiliter: & infra dignitatem eis cõgruẽtẽ:ut quũ in fabula uerſeẽ p̃textata:q̃ regis & magiſtratus:& res florentes cõtinet in tabernariam fabulá decidat:ubi quũ humiles inducanẽ pſonæ humiliter loquunẽ. Commendare : ille ſcriptor dicitur aliquid commendare:qui id ita deſcribit:ut lectori plurimũ placeat. Satyros:ideſt fabulam ipſam ſatyricá:in quá ſatyri introducti iocis laſciuiunt. Riſores:qui ridendo & iocando riſum mouẽt. Dicaces: libere loquẽtes:ac ꝑ hoc mordaces. Vertere:mutare. Seria:res graues & tragicas. Ludo in ludũ & iocũ.

Nequicũq;

Ne quicunq; deus. Ordo eſt. Ne quicũq; deus & quicũq; heros adhibebitur conſpectus nuper in auro regali & oſtro: migret ſermone humili in obſcuras tabernas. Adhibebitur: inducetur in fabula. Conſpectus nuper in auro regali: quem modo poeta induxerit opibus & fortunis florentem. Oſtro purpura: nam ex conchyliorum teſtis authore Victruuio excipitur: unde & nomen. Migret humili ſermone in obſcuras tabernas: ne ſe nimis deiiciat: humiliq; nimis ſermone utatur. Hoc autem dicit cauendum eſſe: ne quum ſtilo uerſatur in eo genere fabulæ: quæ prætextata dicitur: in qua regum & magiſtratuom acta: ut diximus comprehenduntur: delabatur in fabulam tabernariam: quæ humilitate perſonarũ & argumẽtorũ ſimilitudine comœdiæ par eſt: in qoa non magiſtratus: regeſue: ſed humiles homines & priuatæ domus inducunt: quæ quia olim tabulis tegerentur communiter ſabulæ tabernariæ ſunt appellatæ. Aut dum uitat humũ nubes & inania captet: aliud præceptum contrariũ ſuperiori caocndum eſſe ne tragœdia dum uult uitare humilitatem: nimis ſe ſublimiter tollat. Indigna effutire leues uerſus: licet inquit tragœdia indigna ſit: quæ effutiat: effundatq; leues uerſus cum omnino graui ſtilo conſtet: tamen tale temperamentum eſt adhibendũ: ut quũ ſatyræ: hoc eſt nouo poematis generi miſceatur: non prorſus in longã iocorũ laſciuiã ſe effundat. Eſt ergo ordo. Tragœdia intererit podibunda paulum proteruis ſatyris: hoc eſt proteruis iocis nõ moltum indulgebit: quum ſatyricæ ſe ĩmiſcebit fabulæ: ſed ita intererit: ut matrona intereſt feſtis diebus pudibunda & uerecunda iuſſa ſaltare. Nam in ſacris matris deum matronæ qoadam modeſtia & uerecundia ſaltantes ſe mouebant.

Ne quicũq; deus quicũq; adhibebitur heros  
Regali conſpectus in auro nuper & oſtro  
Migret in obſcuras humili ſermone tabernas.  
Aut dum uitat humum nubes & inania captet  
Effutire leues indigna tragœdia uerſus  
Vt feſtis matrona moueri iuſſa diebus  
Intererit ſatyris paulum pudibunda proteruis  
Non ego inornata & dominantia nomina ſolũ  
Verbaq; Piſones ſatyrorum ſcriptor amabo:  
Nec ſic enitar tragico differre colori:  
Vt nihil interſit: dauus ne loquatur an audax  
Pythias: emuncto lucrata Simone talentum:  
An cuſtos famuluſq; dei Silenus alumni.  
Ex noto fictum carmen ſequar: ut ſibi quiuis  
Speret idem: ſudet multum: fruſtraq; laboret  
Auſus idem: tantum ſeries iuncturaq; pollet

Nõ ego inornata & dominãtia nomina ſolũ uerbaq; Piſones ſatyrorũ ſcriptor amabo. Oſtẽdit poeta oportere ſcriptorẽ fabu' æ ſatyricæ non ſolũ uocabula inornata & dominãtia uſurpare: hoc eſt uocabula impropria pariter & ꝓpria: ſed tali tẽperamẽto fabolam ipſam eſſe ꝓſequẽdã: ut a tragica ſpecie non ſit ita diſcedẽdum: ut non ſit differentia ſpecies ne ſit comica an ſatyrica. q. d. uolo fabulã ipſam ſatyricam omnino diſtingui a ſpecie comica: ita ut ad tragicam inclinet: cũ qua (ut dictum eſt mõ) ſocietatẽ quãdã hẽt: quũ in ea non aliter q̃ in tragœdia pſonæ regũ & heroũ introducant: ſed ad dñiam tragœdiæ iocularia q̃dam ſatyrorũ: ut diximus recepit: ut ſpectatores per iocos & illecebras tenerent: & ſic ẽt ad comœdiam inclinat q̃ iocularia ex aliqua pte cõtinet: uerba & noĩa ĩornata intelligit impropria: quæ ut teſtat Quintilianus in lib. viii. Nullam uirtutẽ habent nec ꝓbari poſſunt: niſi cũ ſunt infra rei de qua loquẽdũ eſt dignitatem: excepto ſi obſcœna nudis noĩbus enoncient: tũc. n. ne ulla ſit uox turpis & aliqua rei deformitas: licet alia appellatiõe ad eundem intellectum puenire. Quũ ergo in fabula ſatyrica iocularia & turpia tractent inqt poeta. Ego ſcriptor ſatyrorũ non ſolũ amabo noĩa & uerba inornata: ſed & dominãtia: hoc eſt impropria: & ꝓpria. Quintil. ait. Sciamus inornatum eſſe qđ ſit improprium: quod græci ακυρον appellant: quale eſt. Tantũ ſperare dolorẽ. Dominãtia aũt intelligimus ꝓpria: quaſi quæ ptãte & dominio ſuo potiant: proprietas aũt appellat ſua cuiuſq; rei appellatio: qoa nõ ſemp utimur: nam & obſcœna uitabimus & ſordida & humilia. Satyrorũ ſcri. hoc eſt ego q uolam ſcribere ſatyricã fabulã. Differre: diſtare tam lõge abſcedere. Colori tragico: hoc eſt a ſpecie tragica. Color. n. in hoc ſignificato accipit: ut apud Virgiliũ in. ii. geor. Nũc locus aruorũ ingeniis: q̃ robora cuiq;. Quis color: hoc eſt quæ ſpẽs. ſicut dicimus quo colore ille recitauit. i. ſpecie. Vt nihil inter. ut nulla dñia eſſe uideat. Dauus ne loquat: ſpẽs ne ſit comica: quã per perſonam Daui expreſſit: quæ ſæpe in comœdiis inducit. An audax pythias: idẽ dicit qa in comœdiis pſona Daui & pythiæ ſæpe inducuntur pythiam igitur noĩat. ut ancillam comicam quæ per aſtutias argẽtũ abſtulit dño: nã fefellit dñm ſuum: & accepit a b eo talentum. Emuncto Simone: abſterſo & ſpoliato: tractũ ab iis qui dum ſibi naſum emũgũt: oẽs abſtergũt ſordes: unde & Terentius ait emunxi ſenem argẽto: hoc eſt abſterſi & abſtuli argentũ ſeni: uñ & Horatios in ſermonibus dixit Lucilliũ eſſe facetum & emũctæ naris. An cuſtos famuluſq; dei Silenus alũni: an ſit ſpẽs fabulæ ſatyricæ: quæ dignoſcit per pſonas ſatyrorũ & Sileni: qui i ea ot diximus ioci gratia introducunt: fuit aũt Silenus nutritor Bacchi: quẽ aſello inſidens paſſim comitabat: uñ Ouid. in primo de arte amãdi. Ebrius ecce ſenex pando Silenus aſello Vix ſedet & preſſas cõtinet arte iobas. Dei alumni: hoc eſt Bacchi: qui alũnus fuit ut diximus Sileni. Nã alũnus ꝓprie is appellat: qui ab aliis nutrit: aliqñ: ſed raro pro eo qui nutrit. Ex noto fictũ carmen ſequat. Affirmat qđ dixit ſe nolle a carmine & ſpecie tragica diſcedere: ſequar enim inquit carmen fictum ex noto: hoc eſt carmen & poema quod modo mihi finxi: ac per hoc fabulam ſatyricam ex noto hoc eſt ex tragico ut a ſpecie eius non diſcedam. Vt ſibi quiuis ſperent idem: in hoc inquit nouo & uario poematis genere. ſcilicet ſatyrico ita me gerã: ut quiuis ſperet idem poſſe

ſacere:quaſi rem nõ ſane difficilem:uerũ quum ad rẽ uentum fuerit:multum ſudabit:rem enim difficilem ſe tentaſſe cognoſcet. Tantũ ĩquit ualet ſeries & iunctura : hoc eſt & ordo & diſpoſitio reꝝ & cõpoſitio ipſa ut omnino difficile ſit id facere. Per ſeriem igitur intellige ordinẽ & reꝝ diſpoſitionẽ quæ diſtribuit quid quibuſq; locis ſit collocandũ:per iuncturã autẽ aptam & reꝝ & uocabuloꝝ connexionẽ: de qua Quintilianus lib.nono. Tantũ honoris accedit ſumptis de medio : hoc eſt ſumptis de cõibus : hoc eſt de iis q̃ a nullo tacta ſint. Nã quæ in medio ſunt:cõmunia ſunt. Tantũ inquit ualet ordo & compoſitio uerboꝝ:& tãtũ honoris accedit ſumptis de medio. Siluis deducti caueãt me iudice fauni: Ne uelut ĩnati triuiis ac pene forenſes:nõ placet qđ ſenſit Acrõ ꝑ faunos intelligi poetas:qui in ſiluis ſcriberent &c. Verũ hic alius eſt ſenſus. Poeta.n. præcipit oportere ſcriptorẽ huius poematis ſatyrici: in quo nõ ſolum ſatyri & Sileni:uerũ ẽt fauni introducuntur cauſa ioci & riſus:faunos ita eſſe inducendos:ne aut uerſibus nimiũ teneris hoc eſt mollibus & impudicis iuuenẽt hoc eſt more iuuenũ laſciuiant: ne uerba immunda & impudica inferant:ueluti nati in triuiis & in medio foro:aut effundãt uerba obſcœna & ignominioſa:quæ duo ſolẽt animos equitũ & ſenatorũ offendere. qui equo aio nõ accipiũt:quæ a uulgo ſæpe ꝓbanẽ:ſicq; poeta ꝑceptis hmõi fabulæ inſiſtit:ut demũ id colligat iocos eoꝝ nimis ꝓcaces eẽ nõ debere. Ordo aũt eſt. Fauni deducti ſiluis caueãt me iudice ne ueluti innati triuiis ac pene forenſes:aut iuuenẽtur uerſibus nimium teneris : aut crepent uerba immunda & ignominioſa. Fauni: dii ſilueſtres a quibus antiquitas res agreſtes curari exiſtimauit:unde & a Virg.inuocãẽ. Et uos agreſtũ ꝑſentia numina fauni Ferte ſimul ſatyriq; pedẽ dryadeſq; puellæ.

Tantum de medio ſumptis accedit honoris:
Siluis deducti caueant me iudice fauni:
Ne uelut innati triuiis:ac pene forenſes
Aut nimium teneris iuuenenẽ uerſibus unquã
Aut immunda crepent ignominioſaq; uerba:
Offendunẽ enim q̃bus ẽ equus:& pater : & res
Nec ſi quid fracti ciceris ꝓbat & nucis emptor
Aequis accipiunt animis:donantue corona:
Syllaba longa breui ſubiecta uocatur iambus:
Pes citus:unde etiã trimetris accreſcere iuſſit
Nomen iambeis :cum ſenos redderet ictus:
Primus ad extremum ſimilis ſibi.non ita pridẽ
Tardior ut paulo grauiorq; ueniret ad aures
Spondeos ſtabiles in iura paterna recepit
Commodus & patiens; non ut de ſede ſecunda

Siluis deducti:hoc eſt ueluti e ſiluis deducti in ſcœnam a poeta:quum eos loq̃ntes inducit. Me iudice:q̃ſi qui præcepta trado:& qui ita iudico & ſentio. Veluti nati in triuiis:nõ in ſiluis:ſed in triuiis & cõciliabuiis urbis:ubi cõiter laſciua agitari ſolet. Ac pene forẽſes.nã & qui in foro uenaliũ uerſanẽ: lõge petulantiores ſunt. Iuuenenẽ:laſciuiant uerbũ nouiter formatũ a poeta memori illius ꝑcepti licuit:ſempq; licebit ſignatum præſente nota ꝓducere nomen. Crepent:bene crepent:utpote qui crepitu quodam uocis loquanẽ ut ſilueſtres:hoc eſt effundãt:emittãt:eloquanẽ. Quibus eſt equus:periphraſis eſt equitum romanoꝝ:qui ex publico equũ accipiebant. Eſt aũt ordo. Offendunẽ.n.q̃bus eſt equus & res:& pater ſcilicet offendiẽ:hoc eſt ſenator. Et res:hoc eſt cẽſus q̃ngentoꝝ ſeſtertiũ:qui.n. ad eã ſummã ꝑueniſſet in equeſtri ordine hẽbatur.
Nec ſiq̃d fracti ciceris. Equites inq̃t & ſenatores nõ oĩa laudant:quæ a plebe ꝓbanẽ in actione fabularum.
Emptor fracti ciceris & nucis:hoc ẽ plebeius & uulgaris. Donatue corona:neq; putãt eq̃tes ipſi aut ſenatores eos dignos corona:quos plebs laudauerit:quaſi q̃ grauiori ſint iudicio. Sicq; monet iudicio uulgariũ ſtãdũ non eſſe:unde Seneca dicebat. Nũq̃ uolui placere populo:nam q̃ ꝓbat populus: ego neſcio :quæ autẽ ſcio a populo nõ ꝓbanẽ. Syllaba lõga breui ſub.uo.iãbus. Bene aũt mentionẽ facit de pede iãbo:is.n.peculiaris eſt tã tragœdiæ q̃ comœdiæ:quẽ Hora.ait cõſtare duabus ſyllabis breui & lõga. Pes citus : hoc dicit ob nimiã eius celeritatem:tãta.n.eſt pedum breuitas ut iunctura binos cõplectaẽ pedes:unde ẽt trimetri uerſus iambei appellanẽ:licet ſenis cõſtent pedibus. Vñ in odiſ. ait. Feruor & in celeres iambos Miſit furẽtem. Nã quũ canderenẽ duos iãbos ponebãt pro uno pede:ſicq; uerſus a numero illo ſi ſex pedes ſunt trimetri dicunẽ:ſi quattuor:dimetri:ſi octo tetrametri. Ictus.ꝑcuſſiones:q̃ non aliter adhibenẽ in ꝓbandis metris an bene conſonent q̃ in cantilenis uulgaribus:ſic.n.tpa digitis ꝑcutiunẽ:ut ratio legitimi cantus habeaẽ:unde infra. Legitimumq; ſonum digitis callemus & aure. Primus ad extremũ ſimilis ſibi.hoc dicit initio & primitus uerſus trimeter totus iambis cõſtabat:nũc aũt adhibenẽ ẽt nothi:ſubaudi aũt extrinſecus erat ut ſit primus iambus erat ſimilis ſibi uſq; ad extremũ:ut totũ carmẽ a principio uſq; ad finẽ ſolus iambus poſſideret. Non ita pridẽ:ſubaudi fuit.q.d.hoc ꝑpetuo non ſeruauit:nã poſterioribus ſæculis : ac ꝑ hoc iãpridem ſpondeos recepit ut ueniret paulo tardior & grauior ad aures. Nã quũ ſpondeus duabus ſyllabis lõgis cõſtet quattuor hẽt tpa:quæ ea celeritate nõ pronũcianẽ:qua iambi:q̃bus terna tñ ſunt tpa:uñ ſit ut tardior grauiorq; aurium iudicio ſentiaẽ:tardior ergo:q̃a ea celeritate non eſt qua iambus quũ plus tpis ſecũ ferat : ac per hoc fiat grauior:uñ Quintili.ait lib.ix. Qui & tpibus pleniores:lõgiſq; ſyllabis magis ſtabiles hi grauiorem faciunt orõnem. Breues celerẽ ac mobilẽ. Spõdeos ſtabiles.quaſi tarde incedẽtes: q̃ uideanẽ ſtare præ celeritate iambi. In iura paterna:in ea iura quæ ei pater Archilochus aſſignauerat:q̃ ut ante dictũ eſt carminis trimetri fuit inuẽtor:in quo iãbus oẽs ſex ſedes ſibi uendicat. Cõmodus & patiens:benignus & clemẽs: qui in domiciliũ ſuũ eũ recepit:hac tñ lege ut de ſede ſecũda.aut quarta ei nõ crederet:nã ſpondeus in trimetro carmine in locis tñ imparibus collocaẽ:ut primo:tertio:& quinto:ut patet apud Senecã. Soror tonãtis;

hoc enim

hoc enim ſolum mihi. Perſius. Nec fonte labra prolui caballino. Socialiter: more boni ſocii: noluit ei ſut decet bonum ſocium cedere de ſecunda aut quarta ſede. Hic & in Acci. hic pes ſpondeus inquit raro i. uenitur in tragœdiis Acci aut Ennii. In ſcœnam miſſo magno cum pondere uerſus. Hoc loco notat poe ta: qui modicam in ſcribēdis carminibus adhibent diligētiam: modo aūt gliſcat numerus uerſuum: reliqua negligunt: quæ a ſcriproribus maxime ſunt obſeruanda: neq̧ enim ſufficit magnum pondus & magnū acer uum effundas carminum: niſi arte & cura id facis: ac per hoc monet opera non eſſe publicanda niſi prius di-

Cēderet: aūt quarta ſocialiter: hic & in Acci
Nobilibus trimetris apparet rarus & Enni
In ſcænam miſſos magno cū pondere uerſus
Aut operæ celeris nimium curaq̧ carentis,
Aut ignoratæ premit artis crimine turpi
(Nō quiuis uidet īmodulata poemata) iudex.
Et data romanis uenia eſt indigna poetis:
Idcirco ne uager: ſcribamq̧ licenter: an omnis
Viſuros peccata putem mea tutus & intra
Spem ueniæ cautus? uitaui deniq̧ culpam:
Non laudem merui: uos exemplaria græca
Nocturna uerſate manu: uerſate diurna.
At ueſtri proaui plautinos & numeros &
Laudauere ſales: nimium patienter utrumq̧:
Ne dicam ſtulte mirati: ſi modo ego & uos
Scimus inurbanum lepido ſeponere dicto:
Legitimumq̧ ſonum digitis callemus & aure.
Ignotum tragicæ genus inueniſſe camœnæ

ligēter examinata & excuſſa: ut exponas magno cum pondere. i. cum magno faſce & aceruo uoluminum: quum tantum numerum nō bonitatem carminis conſiderēt. Eſt autem ordo & ſenſus. Iudex præmit hoc eſt damnat uerſus miſſos in ſcœnam cū magno pondere: aut crimine operæ nimiū celeris: & carētis cura: aut turpi crimine ignoratæ artis. Sicq̧ docet uitia in carminibus triplici modo cōmitti: aut nimia celeritate: aut negligētia: aut ignorantia. Carentis cura: hoc eſt diligentia & penſitatiōe. Premit: urget & damnat. Operæ nimiū celeris: nimiū feſtinatæ. unde meriro laudat Euripides: qui quū apud Alceſtidem poetam quæreret: q̧ triduo uix tres uerſus maxime impenſo labore compoſuiſſet: atq̧ ille ſe centum perfacile feciſſe gloriaret: uerum hoc inquit intereſt inter tuos uerſus & meos q̧ tui intra triduū peribunt: mei aūt in oē tp̄s durabūt. Nō quis uidet īmodulata poemata: hæc per parentheſim leguntur: non eſt inqt mirum ſi hæc a poetis cōmittunt: quia non quiuis iudex cognoſcit uicia eoꝝ: atq̧ etiam ſi cognoſcantur: putār ueniam ſibi datum iri: proindeq̧ diligentiam nō adhibent neceſſariam carminibus ſuis. Immodulata: male cōpoſita. Idcirco ne uager. Debeo ne īquit ob eam rem uagari & errare: ſcribereq̧ enormiter & licenter: quia nō quiuis uidet peccata noſtra: an putem oēs uiſuros ea: ſed ueniam daturos. Legendaq̧ ſunt cum interrogatione: quæ negationem præ ſe fert: ut ſit: nō debeo. Venia indigna: hoc eſt: quæ dari non debuerat. Tutus: nihil timens quin uenia mihi detur. Et cautus intra ſpem ueniæ: qui mihi caui ſpe ueniæ. Vitaui deniq̧ culpā. Nemo inquit etſi erraui me culpat: ac per hoc uitaui culpam & accuſationem: ſi culpam inquit uitaſti: q̧ nemo erroris tui re damnauerit. Laudem tū non meruiſti: neq̧. n. ſufficit ſcriptori culpa caruiſſe niſi & ex ſcriptis ſuis laudem mereatur. Hoc aūt eſt ex perſona poetæ irridentis ſe tuentem. Vos exemplaria græca: ex quo p̄cepta tradidit: quid agēdū ſit in ſcribēdis fabulis: monet ex græcis ſcriptoribus opem petendam eſſe: qui optime & ſapienter talia ſcripſere: & a quibus noſtra fluxerunt: unde & Cicero ait in officiis ſuis. Ad meam utilitatem ſemper cum græcis latina cōiūxi. Nam ut ſcribit Quintilianus. Et reꝝ copia græci auctores abundant: & plurimum artis in eloquentiam intulerunt.

Exemplaria. Differentiā faciunt auctores inter exemplum & exemplar: ut exemplum ſit: quod aut ſequamur: aut fugiamus. Exemplar uero ex quo aliud ſimile faciamus. Cicero tamen in oratione pro L. Murena uidetur accipere indifferenter: ubi ſic ait loquens de Catone. De cuius præſtāti uirtute cum uere grauiterq̧ diceres: domeſticum te habere dixiſti exemplum ad imitandum. Eſt illud quidem exemplum tibi p̄poſitum domi: ſed tamen naturæ ſimilitudo illius ad te magis: qui ab illo ortus es: q̄ ad unumquemq̧ noſtrum peruenire potuit. Ad imitandum uero tam mihi propoſitum exemplar illud eſt: q̄ tibi. At ueſtri proaui. A græcis inquit auxilia ſumite: licet maiores ueſtri uerſus plautinos & facetias laudauerint: q̄ſi ex quo multa poſſent colligi imitanda: ſed fruſtra inquit eum laudauerunt: quū in metris & iocis immoderatus fuerit. ſicque Horatius ſcripta Plauti improbat. Aliī tamen ſentiunt hoc in uituperationem Plauti nō dictum: ſed in comparationem græcorum: quaſi dicat melius ex græcis q̄ ex Plauto heberi poſſe q̄ imitamur. Numeros: uerſus: qui numeris hoc eſt rhythmis cōſtant: lege Quintilianum in nono. Sales locos quibus ad ſacietatem refertus eſt. Nimiū patienter utrūq̧ mirati: hoc eſt & uerſus & iocos. Nimiū patiēter: nimis tolerāter mirati: quū magis debuerint improbare. Si modo ego & uos. Si mō cognoſcimus uenuſtum ab incedente & bonum a malo. Seponere: ſecernere. Legitimūq̧ ſonum digitis callemus & aure. i. metra & carminū menſuras digitis ſentimus & aure: probantēs an conſonent: nam ut ſupra diximus illic quū ſenos redderet ictus metra nō aliter q̄ cantilenæ uulgares digitoꝝ ictu probant: quibus tempora percutiuntur: & aurium iudicio ſentiunt: an bene conſonent. Ignotū tragicæ genus inueniſſe camenæ Dicitur. Non immerito inquit monui græca exēplaria eſſe uerſanda: ab iis enim hæc poemata initiū habuere. nā Theſpis genere Athenienſis tragœdiæ primus inuētor. Et comœdiæ ueteris pater Eupolis cum Cratino ariſtophanæq̧ eē credūtur. Exemplar.

primus igiť Theſpis(ut ſentit Horatius)hæc ſcripta tragica in omnium notitiam protulit. Poſtea Aeſchylus ſecutus prioris exemplum publicauit: quod nunc poeta exequitur: ab eo: tradit Philoſtratus ornatos fuiſſe hiſtriones ueſtibus heroum & heroinaꝝ ex quo parens tragœdiæ nominatus eſt. Prometeum tragœdiam ſcripſit: cuius meminit Cice. in. ii. Tuſc. De eo ſic ſcribit Quinti. li. x. Tragœdias primus in lucem Aeſchylus protulit ſublimis & grauis: & grandiloquus ſæpe uſq; ad uitiũ. ſed rudis in pleriſq; & incompoſitus. Eum cõſtat: ut ſcribit Valerius li. ix. quum in ſicilia extra mœnia urbis in loco aprico reſediſſet interemptum fuiſſe ab aquila: quæ eluſa nitore capitis(erat. n. capillis uacuũ)in id perinde ac lapidem demiſit teſtudinem: ut eius fractæ carne ueſceretur. Pli. in. x. ſcribit eũ ſic interemptum prædictam ſatis eius diei ruinam ſecura cœli fide cauenté. Diſſentit igitur Quintilianus ab Horatio de primo inuẽtore tragœdiæ.

Diciť: & plauſtris uexiſſe poemata Theſpis:
Quæ canerẽt: agerentq; perũcti fecibus ora.
Poſt hunc perſonæ pallæq; repertor honeſtæ
Aeſchylus: & modicis inſtrauit pulpita tignis
Edocuit magnumq; loqui: nitiq; cothurno.
Succeſſit uetus his comœdia non ſine multa
Laude: ſed in uitium libertas excidit: & uim
Dignam lege regi: lex eſt accepta: choruſq;
Turpiter obticuit ſublato iure nocendi.
Nil intentatum noſtri liquere poetæ:

Vexiſſe plauſtris. Nam ad agẽdas fabulas plauſtro circa ciuitates egregias græciæ uehebatur. Quæ canerent. ſ. perſonati: qui ante uſum perſonarum: ut ante dictum eſt ora fecibus peruncti agebant: unde & tragœdiá ut diximus nomé accepiſſe creditum é: q; τρύγα fecem appellent græci: poſt æſchylus poeta tragicus cothurnos inuenit & pallam & perſonam geſtamina ſcœnica: actores enim fabularum quaſi rei pudendæ miniſtri ne cognoſcerentur faciem perſonis uelabant. Peruncti ora Synecdoche. ideſt habẽtes ora peruncta & oblita fæcibus. Pallæ honeſtæ: hoc eſt qualis matronis mulieribuſq; honeſtis cõuenit. Nam ut diximus ex philoſtrato quũ cogitaret æſchylus quo pacto dignitaté tragœdiis poſſet afferre: uideretq; eiuſmodi arte ſublimitatem potius q̃ humilitatem conuenire apparatus ornatiores inſtituit & Heroũ figuris magis accõmodatos & pulpitis hiſtriones ſuperimpoſuit: ut alti ſicut heroes graderenť: ueſtibuſque primus eoſdem ornauit: quas heroes heroumq; mulieres decere putabat: qbus de cauſis Athenienſes tragœdiæ parenté illũ putát: & in Dionyſii feſtis ét mortuũ inuocát. per pallá igiť Syrmata intelligit: quæ ab eo dicta ſunt: quod trahebantur a σύρω: quod eſt traho: quæ res ob ſcœnicam luxuriam inſtituta eſt. Hinc eſt illud Iuue. Ante pedes domiti longũ tu pone Thyeſte Syrma. Inſtrauit pulpita modicis tignis: cœpit ſcœná tignis fabricare; pulpita autem in ſcœnis extruebantur. Lege Victruuium lib. qnto de Architectura. Tignis: appellatione tigni contineť auctore Vulpiano de tigno iniũcto omnis materia: ex qua ædificium conſtet: uineæq; neceſſaria: unde quidá aiunt tegulam quoq; & lapidem & cementa: cæteraq; ſiqua in ædificiis ſont utilia. Tigna enim a tegendo dicta ſunt: hoc amplius & calcem & harenam tignorum appellatione contineri: ſed & i uineis: tigni etiá appellatione omnia uineis neceſſaria continentur: utputa perticæ pedamẽta.

Edocuit magnũq; loqui: quaſi primus: qui cœperit uti ſtilo ornatiore: nitiq; cothurno: nam actores tragœdiaꝝ cothurno utebanť genere calciamẽti: ſicuti comœdi ſocco. Succeſſit his uetus comœdia. Comœdia inqt archea: poſt tragœdias ſucceſſit: cuius plures(ut diximus)extiterũt auctores: Ariſtophanes tñ & Eupolis: Cratinuſq; pcipui. In qua per poetas ut ſcribit Donatus: non ut pœnitus ficta argumẽta: ſed res geſtæ a ciuibus palam cũ eoꝝ ſæpe: qui geſſerát noíe decantabantur: iõ ipſa ſuo tpe moribus multũ profuit ciuitatis: quum unuſquiſq; caueret a culpa: ne ſpectaculo cæteris extitiſſet: & domeſtico pbro. Sed quũ poetæ licẽtius ſtilo abuti cœpiſſent: læderentq; paſſim ex libidine pluresꝫ bonos: ne quiſq̃ carmen infamiæ in quenquá poneret: lata lege ſiluerũt: quod nũc Horatius proſequitur: ſicut & alibi in epiſtolis. Quin etiam lex pœnaq; lata malo quæ nollet carmine quẽquam deſcribi: uertere modum [illegible]midine fuſtis. Ad benedicendum delectandumq; redacti. Non ſine multa laude: quum poetæ(ut diximus)res geſtas a ciuibus decantarent cum nomine eorum: qui geſſerant: nec adhuc ex libidine bono læderent. Sed in uitium libertas excidit. Nam ut dictum eſt poetæ ſumma cum libertate cœperunt ſtilum ſuũ in ciues diſtringere: pluresq; bonos noiatim ex libidine lædere. In uim: in efferatá loquendi poteſtaté. Dignam lege regi: dignam quæ legibus coercetur. Lex eſt accepta. ſ. a poetis: ne quenquam carmine famoſo notarent. Choruſq; turpiter obticuit ſublato iure nocendi: hoc dicit. Comœdia uetus ut ab initio chorus fuit i paulatimque imminuto perſonarum numero in quinque actus proceſſit: ita paulatim uelut attrito: atq; extenuato choro ad nouam comœdiam ſic peruenit: ut in ea non modo non inducatur chorus: ſed nec locus quidem ullus ei iá relinquatur: quapropter actus: qui in comœdia quinq; ſunt: difficile noſcunť in latinis fabulis ſublato choro: qui ſe interponendo actus diſtinguebat: ita tamen ut actus non interrũperet; ſed per interualla finitorum actuum ſuum cantum interponerent: lege Donatũ & Diomedem. Obticuit ſublato iure nocendi. Chorus inquit deſtitit loqui: atq; etiam induci: poſtquam cautum eſt lege: ne quem poetæ carmine probroſo taxarent. Turpiter: coniunge cum nocendi: ut ſit ſublato iure nocendi turpiter: hoc eſt probroſe. Nil intẽtatum noſtri liquere poetæ. Nihil inqt in ſcribẽdis fabulis factum eſt a græcis: quod idem latini magna etiam cũ laude nõ fecerint: nam & ipſi omnia fabularũ genera proſecuti ſunt. Liuius enim Andronicus latinas fabulas primus ſcripſit ad cunctas res. Idem id quod omnes timuerant ſuorum carminum actor fuiſſe dicitur. Sunt qui uelint Epicharmum ſiculum in inſula ceo exulantem primum latino ſermone comœdiá illam ueterem ſcripſiſſe.

Aeſchilus

Nec minimum

Nec minimum meruere decus. Laudem inquit & gloriam adepti ſunt: ſcribit enim Cicero in Tuſculanis. Omnia noſtros aut inueniſſe per ſe ſapiētius q̄ græcos: aut accepta ab illis feciſſe meliora: quæ quidē digna ſtatuiſſent: in quibus elaborarent. Veſtigia græca auſi deſcribere. Hoc dicit: quia poetæ latini diſcedentes a fabulis græcis togatas fabulas cœperunt ſcribere: hoc eſt romanas: quorū primus fuit Liuius Andronicus. Togatæ autem fabulæ dicuntur: quæ ſcriptæ ſunt ſm ritus & habitus hominum togatorū: ideſt romanorum: toga namq; romana eſt ſicuti græcas fabulas ab habitu æque palliatas Varro ait nominari. Vel qui prætextas: uel qui docuere togatas. Diomedes grāmaticus miratur Horatium hoc loco ita diſtinguere prætextatas a togatis: qoum togatæ ſit nomen generale. Nām togatarum fabularum prima ſpecies ſūt prætextatæ: in quibus imperatorum negocia aguntur & publica: & reges Romani uel duces inducuntur: perſonarum dignitate: & perſonarum ſublimitate tragœdiis ſimiles. Prætextatæ autem dicuntur: quia fere regum: uel magiſtratuū: qui prætexta utuntur in huiuſmodi fabulis acta compræhendunt. Sunt item aliæ ſpecies tabernariæ: ſcilicet: Attellanæ: Rhintonicæ. Mimi: Planipedes de quibus elegāter Diomedes & Donatus. Nec uirtute foret clariſue. Latini inquit ac per hoc Romani non minus eloquentia græcos ſuperarēt: q̄ armis. cæteriſq; uirtutibus fuerunt præſtantiores: ſi quæ ſcriberent attentiori ſtudio penſitarent: ac per hoc diligenter caſtigarent. Sicq; poeta negligentiā damnat & in curiam ſcriptorum: ſicut etiam in epiſtolis. Sed turpem putat in ſcriptis: metuitq; liturā: ſic & alibi in ſermonibus de Lucilio loquens. Et in uerſu faciendo. Sæpe caput ſcaberet uiuos & roderet ungues: Sæpe ſtilū uertens: iterum quæ digna legi ſunt ſcripturus. Sic & Perſius. Nec pluteū cædit: nec demorſos ſapit ungues.

Nec mínímum meruere decus: ueſtígía græcā
Auſi deſerere & celebrare domeſtica facta:
Vel quí prætextas: uel quí docuere togatas.
Nec uírtute foret clarīſue potentius armis.
Q uam língua latíum: ſi non offenderet unum
Q uēq; poetarum límæ labor: & mora. uos o
Pōpilius ſanguis carmē repræhēdite: quod nō
Multa díes: & multa litura coercuit: atq;
Perfectum decies non caſtigauit ad unguem.
Ingeníum miſera quía fortunatíus arte
Credít: & excludít ſanos helícone poetas

Nec uirtute foret. Nam romani omnibus uirtutibus græcos ſuperarunt: unde Cice. in Tuſculanis: ſic ſcribit. Nam mores & inſtituta uitæ: reſq; domeſticas ac familiares nos profecto melius tuemur & latius: rē uero pu. noſtri maiores certe melioribus tēperauerūt & inſtitutis & legibus. Quid loquar de re militari: ſi qua quū uirtute noſtri multū ualuerunt: tū plus etiam diſciplina. Labor limæ: labor emendationis: eſt eni metaphora a fabro ferrario: q lima oīa ſuperflua emēdat & tollit. Vnūquenq;: una pars orationis diuiſa i duos uerſus: ſic alibi in ſatyra nona. Eſt locus unicuiq; ſuūs. Et alibi Quāto molimine circū ſpectemus. Et mora quū grauet inſiſtere & morari circa correctiōem. Vos o pompilius ſanguis apoſtrophe eſt. O uos inqt piſones: q ex ſanguine eſtis numæ Pōpilii ſecundi regis romanorū: dicti Calphurnii Piſones a calphurnio filio Numæ: hinc ſumpſit illud Perſius: uos o patricius ſanguis rephēdite carmē: qd multa dies & multa litura nō coercuit. Multa dies. longū tēpus. Multa litura. multa emendatio. Alibi in epiſtolis ut pxime dixi: ſed turpē putat in ſcriptis: metuitq; liturā. Ad unguē: ad pfectiōem: adamuſſim ſumpta methaphora a marmorariis q lapidum cōmiſſuras ſuperducto ungue explorāt. Ingeniū miſera. Irridet Horatius eos poetas: q ſe putant nomē & æſtimatiōem optimorū poetarū poſſe nāciſci: ſi inſaniam ſimulauerint: & hoc qa Democritus ſenſit poeticā magis natura conſtare q̄ arte: & eos ſolos ueros eſſe poetas q inſaniant: in q̄ opiniōe fuit & Plato: q ita ſcribit in libro q inſcribitur Ion de furore poetico. Oēs itaq; carminum poetæ inſignes non arte: ſed diuino afflatu oīa iſta pclara poemata canūt: & ut Corybantes nō ſana mente ſaltant: ita neq; cantilenarum modulatores egregii ſana mente hos cantus effingūt: & paulo infra ſcribit. Res leuis uolatilis atq; ſacra poeta ē: neq; poetica prius canere pōt q̄ deo plenus: & extra ſe poſitus & a mēte alienat⁹ ſit. Nā q̄ diu mēte qs ualet: neq; fingere carmina: neq; dare oracula pōt: quaſi poetæ nō arte pclara hæc canāt quæ tu de Homero refers. ſed forte diuina id qſq; recte efficere poſſit: ad quod muſa quēpiā incitauit: hic dithyrambos canit: laudes alicuius iſte: ille hyporchimata choreaſq;: alius carmina: alius iambos. In aliis uero illorū qſq; rudis & ineptus eſt. nō enim arte: ſed diuina ui iſta dicūt. nam ſi de unoquoq; iſtorū per artem recte loq ſcirent. de cæteris quoq; omnibus idem poſſent. Ob hanc uero cauſam deus illis mētē ſurripiens. ipſis tanq̄ miniſtris utitur. Idem in Apologia Socratis ſic ait. Depræhendi poetas nō ſapientia facere quæ faciunt: ſed natura quadā ex diuina animi concitatiōe: quēadmodū & hi diuino furore afflati uaticinantur: Ordo autem eſt. Bona ps ſcilicet poetarū nō curat ponere ungues. nō barbam: quia Democritus credit ingeniū eſſe fortunatius miſera arte: ideſt credit natura magis q̄ arte conſtare poetā. nam ingenium ſæpe apud auctores p natura ponitur. Terentius in phormione. Ego te complures aduerſum ingenium meum menſes tuli. Bona ps: hoc eſt magna. Perſius. At bona pars procerū tacita libabit acerra. Excludit ſanos poetas ab Helycone: nō uult illos dici ueros poetas q ſani ſint: hoc eſt qui nō inſaniant: unde eſt illud in epiſtola ad Mecœnatē: ut male ſanos Adſcripſit liber ſatyris fauniſq; poetas: & iō dicūtur poetæ cōſecrati Baccho: q ut bacche inſaniāt: furore enim hoc eſt diuina quadā ui: ut dictū eſt: & concitatione agūtur: unde ſcribit Cice. in. i. de diuinatiōe Democritū negare ſine furore quēq̄ poetam magnum eſſe poſſe: furorem aūt intelligunt uehemētē quendam ardorem: & (ut modo diximus) acrem animi concitationem. Nam ut tradit Plato in ſympoſio ſuo quattuor

Democritus.

Helicon.

ſunt diuini furoris ſpecies:primus quidé poeticus:Alter myſterialis.Tertius uaticiniũ.Quartus amatorius affectus.Eſt auté poeſis a muſis:Myſterium a Dionyſio:Vaticinium ab Apolline.Amor a Venere. De quibus ſpeciebus multa luculenter a Platone diſſeruntur.ergo eos excludit ab helicone.q.d.a cõmercio muſarum qbus helicon mons phocidis conſecratus eſt. Non curat ponere ungues.ut inſanus agnoſcatur. Ponere: pro deponere. Loca ſecreta:ſolitudines.Nam poetæ ſolitudinem amant & ſeceſſus:ut ab omni ſtrepitu & rerum actione remoti cõmodius ſcribãt.Horatius alibi.Scriptorum chorus ois amat nemus & fugit urbé.

Democritus:bona ps nõ ungues ponere curat
Non barbam:ſecreta petit loca:balnea uitat:
Nanciſcetur enim pretium nomenq; poetæ:
Si tribus Anticyris caput inſanabile nunquã
Tonſori lycino commiſſerit.oh ego læuus:
Qui purgo bilem ſub uerni temporis horam.
Non alius faceret meliora poemata:uerum
Nil tanti eſt.ego ſed fungar uice cotis:acutum
Reddere quæ ferrum ualet exors ipſa ſecandi.
Munus & officium nil ſcribens ipſe docebo
Vnde paret opes:quid alat formetq; poetam.
Quid deceat:qd nõ:quo uirt⁹:quo ferãt error:
Scribédi recte ſapere eſt & principiũ & fons:
Ré tibi ſocraticæ poterunt oſtendere chartæ.
Verbaq; prouiſam rem non inuita ſequentur.
Qui didicit patriæ quid debeat:& qd amicis

Balnea uitat: quo turbæ hominũ ſe conferũt.

Nanciſcetur enim preciũ noméq; poetæ: manifeſta eſt irriſio. Ille inquit precium & nomen poetæ putabit ſe conſecutum: qui capillo ſemp inceſſerit intonſo.Ordo aũt eſt.Nãciſcet pcium & nomé poetæ:ſi nunq̃ cõmiſerit licinio tonſori caput iſanabile tribus anticyris: hoc eſt quod hét tam inſanũ ut elleboro trium anticyrarum nequeat curari hocq; eſt ex pſona Horatii ſubſanãtis.Heleborus aũt ſumebat ad inſaniã hoiſ emédandam:potabat ét ad aciem ingenii acuendã: unde Carneades Academicus reſpõſurus auctore Gellio libris Zenonis ſtoici heleborum candidũ ſumpſit.Sumebat aõté tutiſſime auctore Celſo in Anticyra inſula:quæ olim ciparisſus dicebat ſed mutato noie Anticyra ab Anticyro Herculis ſocio uocata é. Oh ego læuus:iocoſæ fatuũ ſe dicit:qui more aliorum non præ ſe ferat inſaniã: quũ ſibi capillum tondat ac heleboro inſaniam emendet.Læuus.n.pro ſtulto ponitur: Vt illud Virgilii.Si mens non læua fuiſſet. Sub uerni temporis horã.nã uere ut ſcribit Celſus optime.tolerabiliter autũno ſumebatur:hyeme aũt non recte:neq; æſtate. Non alius faceret meliora poemata.nemo inquit cenſeret melior poeta me ipſo:ſi ſciré geſtare capillum demiſſum:& omittere purgationé per heleborum. Et hæc omnia ironicos:quaſi ad uerũ poetã aliud ſit magis neceſſarium q̃ illa inſaniæ affectatio:in quo & Democriti ſentẽtiam damnat. Verum nil tanti eſt.Nulla ingt res eſt tanti:quæ efficiat:ut mei curã negligam:ut ſit:nunq̃ tanti faciam poemata: ut uelim mei ipſius curam miſſam facere:ne comã me & poliam. Ego ſed fungar:quũ non poſſim ingt eé uerus poeta ex ſnĩa Democriti:nihil ſane ſcribã:ſed fungar officio cotis: q̃ nõ icidit:ſed cã eſt ut ferrũ per eã acutũ incidat:ut ſit ſenſus ego nihil ſcribẽs docebo uolẽtes ſcribere qd eis faciendũ ſit:ac per hoc eis pcepta dabo.

Exors ipſa ſecãdi:q̃ ſortem & munus ſecãdi non hét:ſed tñ cauſa eſt ut ferramẽta per eam acuta incidant & ſecent. Docebo munus & officiũ.Ego inquit nihil ſcribẽs docebo alios munus & officiũ ſcribẽdi carminis:uñ parent opes:hoc eſt materia ſcribẽdi:ut opes hoc loco nõ p diuitiis:ſed pro facultate & materia accipiant. Quid alat formetq; poetã:ſapiẽtiam intelligit:qua uerus poeta format. Scribẽdi recte ſapere é & principiũ & fons.oſtẽdit uero poetæ ſapiẽtiã ipſam hoc eſt cognitionem rerum diuinarum atq; humanarum neceſſariã eſſe:qualis ex philoſophia Socratis hoc eſt morali haurit:principiũ ingt & fons ſcribẽdi recte:eſt ſape: hoc eſt ſcire.neceſſe.n.eſt ſcriptorum ſciẽtiã habere pfectam:quũ nullus dici poſſit uerus poeta: niſi ſit pfectus:neq;.n.in poetica:ut in cæteris artibus toleratur mediocritas: ut ipſe poeta oſtendet in ſequentibus.

Rẽ tibi ſocraticæ poterunt oſtendere chartæ:philoſophia ingt ſocratica oſtendet res quas ſcribas: quũ ex ea oia habeant:quæ ad humani generis inſtitutioné cõueniant.Rẽ igit & materiam ſcribẽdi dabit tibi philoſophia Socratis:hoc eſt philoſophia moralis:quã ipſe primus de cœlo deuocaſſe dicit: quũ antea philoſophi circa cognitioné & naturã rerum cæleſtium tantum uerſarent. Verbaq; puiſam rem nõ inuita ſequent. Vbi inquit inuentioné rei nactus fueris:facile eam oratione explicabis:ſicq; oſtẽdit in poeta neceſſariam imprimis eſſe rei inuentionem:quam ex philoſophia morali maxime quærendam eſſe monet: ad quam facile eſt accõmodare elocutionem:eſt.n.elocutio:ut docet Cicero in rhetoricis idoneorum uerborum & ſnĩarum ad inuentionem accõmodatio:oé.n.poema rebus & uerbis conſtat:res.n.ſunt ipſa pcepta:uerba uero ipſa oratio: quibus res ipſe explicantur:tunc.n.poeta dicere poterit quum habet quid dicat.Illud autem ſciẽdum uerba nũc generaliter accipi.nã duplex eorum ut ſcribit Fabius intellectus eſt alter qui oia p quæ ſermo nectit:ſignificat:ut hoc loco:alter in quo eſt una ps orõnis ut lego:ſcribo:quã uitãtes ambiguitaté quidã dicere maluerunt uoces:dictiones:locutiones. Qui didicit patriæ qd debeat.Ordo aũt eſt.Ille pfecto ſcit reddere cõuenientia cuiq; pſonæ qui didicit &c.ut ſit ſenſus.Ille profecto ſcit quid unicuiq; perſonæ cõueniat: hoc eſt qd officiũ ſit uniuſcuiuſq;:& qd ſingulis debeamus qui didicit qd debeat patriæ & cætera:hoc é qui didicit philoſophiã moralé:q̃ nobis mõſtrat quid patriæ:qd amicis:qd parẽtibus:qd fratribus & hoſpitibus debeam⁹: qd officiũ ſit ſenatoris:qd impatoris & alia id genus multa:q̃ a philoſophicæ & elegãter a Cicerone in lib. de officiis demõſtrant. Quid debeat patriæ.Plato in lib.de repu.dicit amori reipublicæ nihil eé pponẽdũ.

Quod ſit

Quod ſit conſcripti officium:hoc eſt ſenatoris.Senatores enim patres conſcripti ſunt appellati ob eam rē: quod quum Romulus condita urbe centum uiros elegiſſet:qui reipublicæ gubernatione haberent: eos patres uel ob ætatem uel aere ſimilitudinem appellauit:uerum ſucceſſu tpis quum ciuitas opulentia & ciuium multitudine aucta eſſet ſenatorum numerus ampliatus eſt:ut antea patres ſolum appellabātur: tunc patres conſcripti ſunt omnes pari modo nominati.Officium autem ſenatoris eſt:ut nō minori cura rempublicam tueatur:q̄ filios pater:ac per hoc patres cunſcripti appellantur.

Q uo ſit amor̄ parēs:quo fr̄ amādus & hoſpes:
Q uod ſit cōſcripti:quod iudicis officiū: quæ
Partes in bellum miſſi ducis: ille profecto
Reddere perſonæ ſcit conuenientia cuiq;
Reſpicere exemplar uitæ morumq; iubebo
Doctū imitatorē & uiuas hinc ducere uoces.
Interdum ſpecioſa iocis:morataq; recte
Fabula nullius Veneris ſine pondere & arte
Valdius oblectat populū:meliuſq; moratur
Q uam uerſus inopes rerum nugæq; canoræ.
Graiis ingenium graiis dedit ore rotundo
Muſa loqui præter laudem nullius auaris.
Romani pueri longis rationibus aſſem
Diſcunt in partes centum diducere:dicat
Filius albini ſi de quincunce remota eſt.

Quæ partes in bellu miſſi ducis. Partes ducis miſſi in bellum hæc ſunt:ut bellum ſuſcipiat ob eam cām:ut ſine iniuria in pace uiuatur: parta autem uictoria cōſeruandi ſunt ii:qui nō crudeles in bellu non immanes fuerunt. Reſpicere exemplar uitæ.Hoc loco monet oportere poetam optime callere: atq; etiam conſiderare uitā & mores hominum:ut quum uelit imitari aut ſenem:aut iuuenem:aut adoleſcentem: ita eos inducat:ut eorū mores graphicæ repræſentet.Ordo autem eſt.Ego iubebo ductum imitatorē reſpicere exemplar uitæ & morum. Imitatorem: hoc eſt poetam uulentem imitari: & ſtilo repræſentare perſonas. Exemplar uitæ: conſuetudinem uitæ:hoc eſt qua conſuetudine quis uitā & mores ſuos ducat:quod & Cicero ſentit ī primo de officiis ſic inquiens.Sed quum omnia ratione atq; animo luſtraueris:omnium ſocietatum nulla eſt gratior:nulla carior:quam ea quæ cum re publica eſt:unicuiq; noſtrum cari ſunt parentes cari liberi propinqui: familiares: totaq; domus: Sed omnes omnium caritates patria una complexa eſt:pro qua quis bonus dubitet appetere mortem:ſi ſit ei prufuturus. Quo ſit amore parens:quu frater amandus. Si contentiu quædam inquit Cicero: & comparatio fiat:quibus plurimum tribuendum ſit officii: principes ſunt patria & parentes: quorum beneficiis maximis obligati ſumus: ꝓximi liberti:totaq; domus: q̄ ſpectat ī nos ſolos. Et uiuas hinc ducere uoces:ex uita & moribus quotidianis trahere orationē:id ē ita deſcribeꝛ ut ii:quos imitaꝛ uiuas uoces emittere uideantur:quaſi eos uiuos loquentes uideas. Interdum ſpecioſa iocis Hoc dicit plærunq; fabulā iocis refertam modo bene ſcripta ſit:licet uili cōſtet materia:magis ſolere ſpectaturē delectare q̄ uerſus canoros inopes rerū & ſententiarum.Ordo autem eſt.Fabula ſpecioſa iocis & recte morata:nullius: ueneris ſine pondere & arte ualdius oblectat populum:q̄ uerſus inopes rerū. Specioſa iocis:bene & elegāter iquit ſpecioſa iocis.hoc eſt quæ iocos ſpecioſos nō indecoros:aut obſcœnos contineat. Morata recte:quæ bonis moribus:ſit inſtructa:quæ a turpitudine ſit aliena. Nullius ueneris. Verū nullius gratiæ. nam Venerem poni ꝑ gratia manifeſtum eſt:ut hæc pictura nullam habet uenerem:an nullius uoluptatis:aut decoris: aut nullius impudicitiæ:ut oſtendat eā placere modo ioci ſint pudici.minimeq; procaces. Sine pōdere.ſ. ſine magnis ſenſibus & quæ futili & nō graui cōſtet materia:aut ſine pōdere:hoc eſt ſine penſitatione: quæ non ſit bene ponderata & conſiderata a ſcriptore. Et arte:quæ ſimpliciter ſcripta ſit: & modico artificio poetico. Valdius:pro ualidius:ſic etiam dicemus ualde pro ualide. Moratur:detinet:delectat.Sic perſius Sunt quos pacuuius & uerucuſa moratur Antiopa. Inopes rerum:carentes laudabili rerum inuentione: ſed tantum tinnuli. Nugæq; canoræ :inanes & uentoſæ & tinnulæ tantū ſententiis minime fultæ.Eas nugas bullatas appellat Perſius.Bullatis ut mihi nugis pagina turgeſcat. Graiis ingeniū graiis dedit ore rotūdo.Oſtēdit poeta mirum non eſſe ſi diſciplinis liberalibus a græcis Romani ſuperentur:ꝗa græci inquit aliud nihil in ſtudiis quærunt q̄ laudem.Latini uero auaritiæ dediti neglectis litteris intēti ſunt diuitiis cōparandis: ut ab iis boni uerſus non ſint expectandi. Dedit loqui: locutio græca ut loquantur. Ore rotundo:ideſt perfecto & abſoluto ſermone ſumpta metaphora a forma ſphærica hoc eſt rotunda & orbiculari quæ ſola īter alias eſt perfecta. Graiis auaris nullius p̄ter laudē:hoc eſt qui nullius rei cupidi ſunt q̄ laudis: hoc eſt ut ſtudioꝝ meritis placeāt. Aſſem diducere:ideſt diuidere. Dicat filius Albini.Mimeſis eſt.Imitaꝛ.n.calculatorē:qui rationē exigit a puero Albini.Sicq; poeta artificiuſe monet doctū imitatorem uportere mores:& quæ cōueniant unicuiq; perſonæ accommodare:quēadmodū & ipſe imitādo mores calculatori accommodat. Si de quincunce remota eſt uncia. As in ptes duodecim diuidiꝛ:& ꝑ tuto patrimunio ſiue magno ſiue paruo poniꝛ:quū eni dico. Auguſtus reliquit tiberium heredem ex aſſe:intelligo ex toto.ptes aūt aſſis hæ ſunt.Sextās quæ ſexta eſt pars aſſis:ideſt unciæ duæ.Quadrans q̄ quarta:ideſt tres unciæ.Triens quæ tertia:ideſt unciæ quattuor.Quincuns a numero eſt unciarum:hoc eſt unciæ quinq;.Semis dimidiū aſſis.Septuns a ſeptem & unciā.ſeptē unciæ.Bes dempto triente.i.unciæ octo.Dodrans dempto quadrante.i.unciæ nouem. Dextās dempto ſextante:ideſt unciæ decem.Deuns dempta una uncia:ideſt undecim unciæ: uncia aūt eſt minima pars & duodecima aſſis. Si de quincunce remuta eſt uncia. Quid ſuperat. Ait calculatur filio Albini: ſi

Vncia:quid ſuperat? poteras dixiſſe triẽs.hem
Rẽ poteris ſeruare tuam:redit uncia:quid ſit
Semis.at hæc animos erugo & cura peculi
Cum ſemel imbuerit ſperamus carmina fingi
Poſſe linẽda cedro:& leui ſeruanda cupreſſo?
Aut prodeſſe uolunt:aut delectare poetæ
Aut ſimul & iucunda & idonea dicere uitæ.
Quicqd præcipies: eſto breuis:ut cito dicta
Percipiant animi dociles teneantq; fideles.
Omne ſuperuacuum pleno de pectore manat.
Ficta uoluptatis cauſa ſint proxima ueris:
Ne quodcũq; uelit:poſcat ſibi fabula credi:
Neu pranſæ lamiæ uiuũ puerũ extrahat aluo:
Centuriæ ſeniorum agitant expertia frugis.

de quincunce remota eſt una uncia:quid ſuperat? hoc eſt quid ſupereſt:& quid reliqui eſt? reſpondet puer ſuperat triens:ideſt tertia pars aſſis.& quattuor uncias ſignificat:nam ſi ex quincunce unam unciam remoues quattuor unciæ remanent & ſuperant. Poteras dixiſſe triens:uerba pueri. Hem rem poteris ſeruare tuam:uerba calculatoris. Redit uncia quid ſit? iterum interrogatio calculatoris ad puerum.Si uncia inquit ad quincuncem additur quid ſit. Semis. uerbum pueri.Si ad quincuncem inquit unciam addas.ſit ſemis hoc eſt unciæ ſex : quæ eſt dimidia pars aſſis. At hæc animos. fieri inquit poeta non poteſt : ut qui ſtudio auaritiæ laborant poſſint carmina ſcribere digna perpetuitate . Ordo autem eſt . Speramus carmina poſſe fingi linenda cedro:& ſeruãda leui cupreſſo : quum erugo & cura peculii ſemel imbuerit animos(Legandaque ſunt cum interrogatione quæ uim habet negatiuam. Erugo : cupiditas quæ non minus hominem rodit q̃ erugo ferrum.Eſt enim erugo idem quod rubigo . Plinius libro quintodecimo loquens de amurca. Axis decocta ungi atque æramenta cõtra eruginem . Apud Iuuenalem illic . Si reddat ueterem cum tota erugine follẽ.docuimus eruginem etiam ex auctoritate Victruuii genus eſſe coloris quam uocant erucam: eamque dicit effici : quum doliis ſarmenta collocantes aceto ſuffuſo ſupra ſarmẽta collocant lamellas æreas deinde eas operculis obturant:ne ſpiramentum obturata emittant : poſt certum tempus aperientes inueniunt ex lamellis æreis eruginem: quam ut dixi appellant erucam . Verum & Plinius libro trigeſimoquarto:capite undecimo & duodecimo multa diſputans de erugine docet ipſam fieri ex eo lapide : quo æs decoquitur : eamq; medicamentis adhiberi.Sic & cornelius celſus. Linenda cedro:quæ mereantur oleo cedrino perungi: ut perpetuo durent:cedro enim tanta uis eſt:& præcipue quæ in ſyria naſcitur : ut in ægypto corpora hominum defunctorum perfuſa eius liquore:qui ex ligno modo aquæ fluit ſeruentur.Libri auctore Victruuio oleo cedrino tincti non timent tineas nec cariem : unde eſt illud Martialis Cedro licet ambules perunctus . Perſius . Nec digna locutus:ubi de cedro plura diximus. Leui cupreſſo:hoc eſt arca cupreſſina : nam libri ut perpetuo durent aut cedro illinuntur:aut in arca cupreſſina includuntur:talem enim materiam reformidant tineæ.

Leui:leuigata & polita:qua ſignificatione accipitur : quum habet primam longam. Aut prodeſſe uolunt.Hoc loco Horatius oſtendit poetas tria carminibus ſuis præſtare ſolere:aut enim ſcribunt ad utilitatem legentium:aut uoluptatem:aut reuera ad utrunque:mouent enim uicia fugienda & uirtutes eſſe ſectandas:unde Virgilius ſecundum hoc præceptum monet in ſexto uenditores patriæ puniri:contra præmia defenſoribus ſolui. Quicquid præcipies eſto breuis; præcepta quibus ad bene uiuendum formamur breuia eſſe debent:quo facilius appræhendantur:& fideliter retineantur. Omne ſuperuacuum:ratio eſt breuia eẽ oportere præcepta:quæ ſi longa ſint non aliter ex domicilio mentis exeunt:quam ex ſtomacho nimia ciborum repletio. Ficta uoluptatis cauſa.Quæ inquit cauſa uoluptatis finxeris eiuſmodi ſint ut a ueritate nõ reſiliant ut uideantur uerisſimilia:hocque ad illud ſpectat aut delectare poetæ. Ne quodcunque uelit poſcat ſibi fabula credi:ne fabula ſit ea impudentia:ut exigat ſibi credi quodcunq; uelit:hoc eſt res etiam falſiſſimas:& quæ ab omni ueritate ſint penitus auerſæ:ut illud de quo ante delphinum in ſiluis appingit:fluctibus aprum. Vnde Virgilio:ut diximus ante obiicitur demutatione nauium in nymphas . Et quod dicit per aureum ramum eſſe deſcenſum ad inferos:& q̃ Iris Didoni comam ſecuerit. Obiicitur etiam illud in.xii. Poſcit equos:gaudetq; tuens ante ora frementes Pilumno quos ipſa decus dedit orithyia:quomodo enim fieri potuit ut equi pilumno traderentur qui erat in Italia:quum orithyia Athenienſis fuerit filia Erechthei & a Borea in Thraciam rapta? Neu pranſæ lamiæ uiuum puerum extrahat aluo : ideſt non fingat fabula tale argumentum : quod nulla ex parte eſt credibile : uidelicet a lamia puerum eſſe deuoratum : & eundem ex aluo eius uiuum extractum . Talia enim ad infantes terrendos ſolent commemorari a nutricibus. Lamiæ . Lamias antiqui puerorum uoratrices nominarunt . unde Apuleius libro primo de aureo Aſino . At ille odore ſpurciſſimi humoris percuſſus quo me lamiæ illæ infecerant aſpernatur. Apud Philoſtratum libro quarto multa ſit mentio de lamiis . Sunt inquit ad amorem & uenerem pronæ & humanas carnes uehementer expetunt : uenereorum cupidine alliciunt eos:quos cupiunt poſtea deuorare . Centuriæ ſeniorum agitant expertia frugis . ratio quare talia fabula mente inania non ſint ſcribenda. Senes enim Romani odio habent proindeque exagitant & perſequuntur poemata inutilia uti expertia frugis : ideſt inania uana:& ſine utilitate : quum nihil boni contineant : per centurias autem ſeniorum intelligit ſenatores a cẽtenario numero.Nam Romulus condita urbe centũ:ut añ diximus elegit uiros qui curã reipu.gererẽt : eoſq; patres appellauit:aut ob uenerationem:aut q̃ nõ minori cura rempubli.quã filios parentes tueri deberent.

Celſi rammes.

Celſi ramnes. Senſus eſt. Senes grauitate carminis: quod aliquam frugem & utilitatem præ ſe fert delectantur. Celſi uero ramnes: hoc eſt equites ipſi auſtera poemata. ideſt nimis grauia & ſeuera non amant: ut celſi epitheton ſit ramnium. Tres enim: ut tradit Varro initio urbis fuere tribus: Luceres: Tatienſes: Ramnes: dictæ ramnes a Romulo. Tatienſes a Tatio: Luceres a Lucumone: aut Celſus nomen eſt poetæ: ut ſit ſenſus Equites contemnere poemata auſtera celſi poetæ: quem in ſecunda epiſtola ut imperitum poetam notat. Quid mihi Celſus agit monitus: multumq; monendus Priuatas ut quærat opes. & tangere uitet Scripta palatinus quæcunq; recepit Apollo: furabatur enim carmina aliena & pro ſuis edebat: de quo Ouidius mentionem facit in primo libro de põto. Quæ mihi de rapto tua uenit epiſtola celſe: Protinus eſt lachrymis humida facta meis. Remnes.

Celſi prætereunt auſtera poemata Ramnes.
Omne tulit punctum qui miſcuit utile dulci:
Lectorem delectando pariterq; monendo.
Hic meret æra liber ſoſiis: hic & mare tranſit:
Et longum noto ſcriptori protogat æuum.
Sunt delicta tamen quibus ignouiſſe uelimus.
Nã neq; corda ſonũ reddit quem uult manus, (& mẽs
Poſcẽtiq; grauẽ pſæpe remittit acutũ:
Nec ſemper feriet: quodcũq; minabitur arcus:
Verũ ubi plura nitẽt in carmine: nõ ego paucis
Offendar maculis: quas aut incuria fudit:
Aut humana parũ cauit natura. qd ergo eſt?
Vt ſcriptor ſi peccat idem librarius uſq;
Q uãuis ẽ monitus: uenia caret: & citharœdus

Omne tulit punctum qui miſcuit utile dulci. hoc dicit poetam illum habitum eſſe omnium iudicio perfectum qui utrunque i poemata ſuo complexus fuit utile ſcilicet & iucundum. unde illud eſt apud Cice. in ſecunda tuſcula. Lectionem ſine ulla delectatione negligo. Vtile: hoc eſt doctrinam quæ profit. Dulci: iucunditatem elegantiamque ſermonis intelligit: quæ multum delectat: aut reuera qui carmine ſuo complectitur materriam utilẽ iucundam & delectabilem iuxta illud quod paulo ante dictum eſt: aut prodeſſe uolunt: aut delectare poetæ: aut ſimul & iucunda & idonea dicere uitæ. Qui miſcuit utile dulci: qui profuit & delectauit. Omne punctum hoc eſt ſuffragia oium hominum: punctum aũt iõ dixit: quod apud antiquos ſuffragia puncto notabantur in tabella. unde Cice. in tertio de legibus probat magis ſuffragia quæ uoce fiunt q̃ quæ in tabellis dantur: unde leges tabellariæ dictæ ad ſuffragia pertinent: In ſecunda Tuſculana ait. Honores omnium ſingulis punctis colligebant: ætate autem noſtra alia etiam ratio ferendorum ſuffragiorum inuenta eſt: ut non ſolum per ſcripturam & puncta: ſed etiam per calculos & pilulas lineas ferantur demiſſas in pyxides: unde dicimus ſuffragabor tibi: hoc eſt ſuffragia mea tibi feram: & ius ſuffragandi plebeis ademptum eſt: hoc eſt ne poſſint ferre ſuffragia. Geometræ ut docet Cicero in academicis dicunt punctum eſſe quod nullam magnitudinem habeat: extremitatem & quaſi libramentum in quo nulla omnino craſſitudo ſit. Hic meret æra liber: hic inquit liber qui prodeſt & delectat meretur æra Soſiis id eſt lucrum meretur & affert Soſiis: qui cum ut notiſſimi bibliopolæ uendunt: nam Soſii fratres fuerunt temporibus Horatii bibliopolæ celeberrimi: de quibus etiam in epiſtolis mentionem facit poeta. Vertũnum ianumque liber ſpectare uideris: Scilicet ut proſtes Soſiorum pumice mundus. Hic & mare tranſit tam gratus inquit eſt: ut non ſolum in precio ſit romæ: ſed etiam in locis tranſmarinis & longinquis.

Prorogat æuum longum: facit ut nomen ſcriptoris opinabilis & iam uirtute ſua illuſtrati in longũ æuũ extendatur. Sunt delicta tamen: ne poetæ ob tam arctas ſcribendi leges in deſperationem ueniant & ſtudia deſerant ait Horatius tamen apud poetas eſſe delicta quibus poſſit ignoſci neque: enim inquit fieri poteſt ut aliquando non erremus: quod probat exemplo cytharœdi & ſagittarii. quorum uterq; in arte ſua ſæpe fallitur: nec eo peruenit quo mens & manus tendit. Poſcentiq; grauem perſepe remittit acutum. Corda inquit ſæpe remittit ſonum acutum: quum ipſe cytharœdus poſcat & uelit grauem: & tamen ob talem errorem non eſt contemnendus ſic & poeta ſiquando in carminibus ſuis peccat contẽnendus non eſt.

Nec ſemper feriet: fieri inquit non poteſt ut omnes ſagittæ in ſcopum ſemper perueniant. Schemate prouerbiali oſtendit fieri non poſſe ut aliquando non peccetur. Verum ubi plura nitẽt: monet iniquum eſſe offendi paucis maculis: quum plura ſint bona in carmine. Quas aut in curia fudit duabus cauſis oſtendit peccari in carmine aut negligentia aut defectu naturæ: nemo enim a natura poteſt eſſe perfectus. Nec omnia poſſumus omnes: eſt autem Incuria negligentia quædam quæ curam non habet: dicitur enim ab in & cura Cauit: uitauit. Quid ergo eſt? quid accuſandum. ergo eſt: ſi erroribus ignoſcendum cenſes? Si crebro inquit in eodem errore uerſabitur: tunc dignus uenia non erit. Vt ſcriptor ſi peccat idem librarius. Ordo eſt. Sic poeta qui ceſſat ſit mihi cherilus ille hoc eſt malus qualis fuit Cherilus ille: quem bis aut ter bonum miror cum riſu: & idem indignor: ut ſcriptor librarius caret uenia ſi peccat idem uſque: quamuis eſt monitus & ut cytharœdus ridetur qui ſemper oberrat eadem corda. Chorda oberrat eadem. Schemate prouerbiali oſtendit poeta eos contemni ſolere qui crebro eadem in re peccant:

Scriptor librarius: bene additum eſt librarius: ut intelligas ſcriptorem librarium qui alienos libros tranſcribit: quum omnino ſcriptor apud ueteres diceretur omnis qui aliquid ſcripſiſſet & compoſuiſſet ut alibi ſcriptor honoratum ſi forte reponis Achillem: librarium autem dicimus qui alienos libros excribit. Si peccat idem: ſi in eodem errore uerſatur. Vſque: continue iugiter.

Ridetur:contemnitur. Sic mihi qui multum ceſſat fit Cherilus ille:poeta inquit malus fit mihi cheri Cherilus lus ille : hoc eſt a me Cherilus ille iudicatur: quem bis terq; bonum cum riſu miror : ut per hoc malum poe tam intelligat : & ideo indignum uenia. Qui multum ceſſat: qui ſæpe deficit & peccat in carmine. Nam Cherilus poeta fuit qui Alexandrum magnum ſecutus bella eiuſdem deſcripſit. Huius ut refert Porphyrio omnino ſeptem uerſus laudabantur : cui Alexander dixiſſe fertur multum malle ſe Therſitem Homeri eſ ſe q̄ Cherili Achillem : & licet malus fuerit poeta : tamen ab Alexandro pro ſingulis uerſibus ſingulos Phi lippos accepit. De quo ita meminit poeta in prima epiſtola ſecundi libri. Gratus Alexandro regi magno fuit ille Cherilus : incultis qui uerſibus & male natis rettulit acceptos regale numiſma Philippos. Quem bis terque: quem ſcilicet Cherilum bonum bis & ter miror cum riſu & idem indignor. ſcilicet ꝙ in tanto uerſuum numero duos aut tres tantum bonos fecerit.

Ridetur;chorda qui ſemper oberrat eadem,
Sic mihi qui multum ceſſat fit cherilus ille:
Q uem bis terq; bonum cum riſu miror:& idē
Indignor:q̄doq; bonus dormitat Homerus.
Verū oper: longo fas eſt obrepere ſomnum.
Vt pictura poeſis erit:quæ ſi propius ſtes
Te capiat magis:& quædā ſi longius abſtes.
Hæc amat obſcurū:uolet hæc ſub luce uideri
Iudicis argutum quæ non formidat acumen.
Hęc placuit ſemel.hæc decies repetita placebit.
O maior iuuenū.quis & uoce paterna
Fingeris ad rectū & per te ſapis:hoc tibi dictū
Tolle memor.certis mediū & tolerabile rebūs
Recte concedi.conſultus iuris & actor
Cauſarum mediocris abeſt uirtute diſerti
Meſſalæ:neſcit quantum Caſſellius Aulus:
Sed tamē in pretio eſt. mediocribꝰ eſſe poetis
Non homines:nō dii;non cōceſſere columnæ.

Quandoque bonus dormitat Homerus. Subiectio eſt : non eſſe mirandum ſi poetæ peccent quando & Homerus nonnunq̄ in carmine ſuo defecerit:ſed excuſatiōem inquit meretur : quia in longo opere mirandum non eſt ſi magnitudini carminis ſui in omnibus non reſponderit. Nā quadraginta octo uolumina compoſuit quæ in Iliadē & Odyſſeam diuiſit:unde eſt illud Quintiliani libro decimo. Auctores nonnunquam fatigantur. Quum Ciceroni dormitare interim Demoſthenis oratio: uerum etiam Homerus ipſe uidentur. Summi enim ſunt:homines tamen.

Vt pictura poeſis erit. Poeſis inquit non erit diſſimilis picturæ. Nam poeticæ & pictura plurimum cognitionis inter ſe habent:unde Simonides auctore Plutarcho. Picturam tacitam poeſim appellat. Poeſim autem loquentem picturā. Eſt autem ſenſus:quemadmodum quædam pictura ſi de proximo inſpiciatur pulchra uidetur: & alia ſi longe:quia uitia non ita appareant: ita & poema aliud ſemel lectum placet: hoc eſt primo aſpectu: & ipſa nouitate arridet:mox repetitum ſordeſcit:quū in eo diligentius inſpicientibus multa inconcinne facta depræhendantur. Aliud ſæpius repetitum placebit : quod enim recte factum eſt : quanto magis inſpicitur:tanto magis delectat & placet. Hæc amat obſcurum:alia inquit ſiue pictura ſiue poeſis ut mala amat obſcurum:exigit oculis:non meretur in lucem prodire. Sicque oſtendit non omnibus poeticen profitentibus datum eſſe:ut omnes pari elegantia & bonitate poemata ſua ſcribant:quum alii indocte:& alii docte id faciant. Volet hæc ſub luce uideri iudicis argutum quæ non formidat acumen : alia inquit pictura cui nihil deeſt:hoc eſt quæ ita graphice facta eſt:ut acutum iudicem non timeat:in lucem uolet proferri. Sic & carmina quæ ad unguem facta ſunt:quum cenſuram arguti iudicis non formidant cupient innoteſcere: ut exponas hæc pro alia. Hæc placuit ſemel:alia ſemel tantum placuit. Et alia decies repetita placebit: hocq; Piſones poteſt referri tam ad picturam quam ad poeſim. O maior iuuenum : hinc cognoſcimus tres fuiſſe piſones duos fratres & patrem eorum tempore Horatii : hoc loco igitur maiorem ex fratribus alloquitur quaſi qui interrogaſſet nunquid poeta poſſit eſſe mediocris : negat ergo ita poetam dici poſſe mediocrem ut in certis rebus mediocres appellamus & tolleramus. Nam in iure ciuili mediocriter doctus laudatur : uerum in arte poetica non ita : oportet enim poetam omni ex parte eſſe perfectum : non mediocrem. Senſus eſt & ordo. O maior iuuenum licet inquit & monitis paternis : & per te ipſum ſapias : & ad uirtutem formeris : tamen memento tollere tibi hoc dictum meum & habere in mente tua. Fingeris: formaris. Ad rectum : ad uirtutem : Perſius. Sed recti finemque extremum quæ eſſe recuſo : Euge tuum & belle. Horatius. Rectique cultus pectora roborant. Medium : mediocritatem. Conſultus iuris & auctor mediocris cauſarum : hoc dicit : iuriſconſultus mediocris : licet longe abſit a uirtute & ſcientia Coruini Meſſalæ optimi oratoris :& item Auli Caſſellii optimi iuriſconſulti : tamen in precio eſt : ſed non Meſſala ita eſt poeta mediocris. De Meſſala Coruino : ita meminit Quintilianus. At Meſſala nitidus & candidus: Caſſelliꝰ & quodam modo præ ſe ferens in dicendo nobilitatem ſuam. Neſcit quantum Aulus Caſſellius : hoc eſt tantum : quantum ſcit Caſſellius. Nam is ut diximus optimus fuit iuriſconſultus : de quo ita refert Valerius. Sæuola clariſſimus legum Vates certiſſimus quotienſcunque de iure prætorio conſulebatur ad Furium & Caſſellium : qui huic ſcientiæ deditì erant conſultores reiiciebat. Non conceſſere columnæ : non ipſa auditoria : ea enim extruebantur in domibus nobilium. Iuuenalis. Frontonis plantani conuulſaque marmora clamant ſemper : & aſſiduo ruptæ lectore columnæ.

Vt gratas

Vt gratas inter menſas ſymphonia diſcors. Quemadmodum inquit inter grata conuiuia mali cantores aut unguenta craſſa & papauer cum melle ſardo offendunt conuiuas: qui ſine iſtis optime cœnare poterant: Sic poema quod inuentum & comparatum eſt ad delectandum: ſi paulum receſſit a ſummo: uergit ad imum: ſicque diſcors eſt: ac per hoc offendit auditores. Sicque monet oportere poetas omni ex parte eſſe perfectos: minimamque rem diſcordantem facere ut poeta malus iudicetur. Symphonia: græcum eſt: latini concentum uocant. Concentus uero concordia quædam eſt: Concordia autem ex diſcrepantibus Sympho-nia.

Vt gratas inter menſas ſymphonia diſcors
Et craſſũ unguentũ & ſardo cũ melle papauer
Offendunt: poterat duci quia cœna ſine iſtis:
Sic animis natũ inuentumq; poema iuuandis
Si paulum ſummo deceſſit: uergit ad imum.
Ludere qui neſcit cãpeſtribus abſtinet armis:
Indoctuſq; pilæ: diſciue: trochiue quieſcit:
Ne ſpiſſæ riſum tollant impune coronæ.
Qui neſcit uerſus tamẽ audet fingere: quidni?
Liber & ingenuus: præſertim cenſus equeſtrẽ
Summam nũmorũ: uitioq; remotus ab omni?
Tu nihil inuita dices facieſque Minerua.

donec diſcrepant fieri nunquam poteſt: quod uero diſcrepat neque eſt concors: concinere nequit: unde eleganter ait Symphoniam diſcrepantem hoc eſt quum in ea non ſit cõcordia auditorem offendere. Nunquam enim ex graui & acuto dum diſcrepant harmonia conflatur.

Vnguentum craſſum: ruditer confectum: ac per hoc non boni odoris. Eſt autem unguẽtum quod ad uoluptatem tantum comparatur: quæ enim ulceribus & plagis adhibentur non unguẽta ſed medicamina ſeu medicamenta appellantur. Vnguẽtũ. Medica-mentum Papauer cum melle ſardo: hoc loco uidetur ſignare placentam: cuius confectioni papauer cum melle additur: unde Martialis. Dulci placenta ſordidam linit mappam. Horatius pane egeo iam mellitis potiore placentis. Sardo: mel enim ſardum & corſicum boni ſaporis non eſt: hocque ratione herbarum & florum Sardum mel. amarorum: quos apes depaſcuntur: unde eſt illud Virgilii. Sardois uideor tibi amarior herbis. Sine iſtis ſcilicet concentibus & unguentis craſſis. Animis iuuandis: hoc ad id refertur. Aut prodeſſe uolunt aut delectare poetæ. Si paulum ſummo deceſſit: ſi exiguum a perfectione deficxit ad imum ſe uertit. Ludere qui neſcit campeſtribus abſtinet armis. Hoc ne ſine indignatione poetæ dicitur: prudentius inquit fit ab iis qui peritiam certaminum campeſtrium aut aliorum ludorum non habentes eorum exercitatione abſtinent: ne a ſpectatoribus rideantur: q̃ a poetis qui licet artem poeticam non calleant: uerſus tamen facere audent: ac per hoc poeta monet: a nemine eam artem exerceri debere: quam non ꝓbe nouerit. Armis campeſtribus: certaminibus: quæ in campo martio ad milites exercendos committebantur. De quibus ſic Strabo in quinto. Campi martii admirabilis magnitudo: & currules pariter curſus: & alia equeſtria certamina expedita ſuppeditat. Nec minus tam multis pilam: circulum: paleſtram exercitatione tractantibus: unde alibi in epiſtolis: Scis quo clamore coronæ prælia ſuſtineas campeſtria. Diſciue. Diſculatus & planus fuit lapis quo ſe exercebant græci illum in ſublime iactantes. ubi & uires & ars oſtendebatur: Ouidius in decimo metamorpho. Latique ineunt certamina diſci. Quem prius aerias libratum Phœbus in auras miſit: & oppoſitas diſiecit põdere nubes. Recidit in ſolidam longo poſt tempore terram pondus: & exhibuit iunctam cum uiribus artem. Trochi: rotæ: quo ludo pueri exercebantur. Trochos enim græce reuolutionem & rotam ſignificat: unde τροχηλατος locus dicitur ubi agitatur rota. De quo genere ludi intellexit Ouidius in primo metamorpho. Hic iuuenum quicunque manu: pedibuſue: rotaue uicerat: niſi Ouidius per rotam intelligit certamen currule. Diſcus Coronæ: ſcilicet hominum: hoc eſt cœtus ipſi hominum: corona enim ponitur ſæpe pro multitudine ut in epiſtolis. Scis quo clamore coronæ prælia ſuſtineas campeſtria Coronam appellamus quam in capite geſtamus. Coronã item in fabricis & parietibus dicimus q̃ i ſuperiore parte ædificii ornatus cauſa totum opus cingit. Tollãt riſum: in riſum cõcitentur: ac ꝑ hoc contemnãt.

Impune paſſim: ut alibi. Sed mente recepta Obturẽ patulas impune legẽtibus aures. Iuuenalis. Impune ergo mihi recitauerit ille togatas? Quidni? liber & ĩgenuus? Verba defendẽtis poetas ironice. Cur inq̃t nõ audeat ſcribere carmina quũ liber ſit atq; ingenuus atq; ẽt diues & potens? & bonus? q̃ſi iis etiã errantibus liceat ſcribere poemata: uitiaq; eorum diſſimulanda ſint: ſicq; ridet nobiles romanos q̃ etiam mala ſcribentes carmina gaudẽt laudari: unde alibi poeta ſcribet mala carmina uecors laudato. Liber: nõ ſeruus. Ingenuus: is dicit̃ ingenuus qui ut ſtatim natus eſt liber eſt: ſiue ex duobus ingenuis matrimonio conſtãte editus eſt: ſiue ex libertinis duobus: ſiue ex altero libertino & altero ingenuo. Hæc ex iuſtiniani inſtitutionibus.

Præſertim cẽſus ſummam equeſtrẽ nummoꝝ: ſermo figuratus: ut cenſus ſit participiũ ideſt habens cenſum ſũmæ æqueſtris: q̃ erat quadringẽtorũ ſeſtertium. Vitioq; remotus ab omni: nõ exponas ab omni uitio poetico: quo ſi careret merito poſſet ſcribere: ſed q̃ uitiis nõ labores: ac ꝑ hoc ſit bonus. Tu nihil inuita: uerba ſunt ad Piſonem concludit nihil ab eo ac ꝑ hoc a quouis fieri debere: ad qđ nõ ſit a natura accommodatus ac ꝑ hoc poemata nõ eſſe ſcribenda reluctante natura: ad id reſpiciens quod ſenſit Democritus natura magis conſtare poetam q̃ arte. Inuita minerua: repugnante natura hoc eſt niſi ſciueris facer̃: nam minerua artibus ingeniiſq; hominũ præeſſe dicit̃: unde ſapienter Cicero ait libro primo officiorũ. Neque enim attinet naturæ repugnare: nec quidquam ſequi quod aſſequi nequeas. Ex quo magis emergit quale ſit decorũ illud. ideo quia nihil decet inuita (ut aiunt) minerua obſtãte ideſt aduerſante & repugnãte natura.

Id tibi iudicium eſt ea mens. Scio inquit id iudicium eamq; mentem tibi eſſe o piſo: ut nihil dicas faciaſue inuita Minerua: hoc eſt refragante natura & ingenio: Locutio eſt prouerbialis. Siquid tamen olim. Conſulit nihil edendum quod non ſit prius a peritiſſimis ſtudiorum æſtimatoribus diligenter conſideratum. Nam Metius Tarpa diligentiſſimus fuit carminum æſtimator temporibus poetæ: de quo alibi. Sub Iudice Tarpa. Et patris: ſcilicet tui. Et noſtras: de ſe dicit Horatius. Neſcit uox miſſa reuerti. Alibi in epiſtolis. Et ſemel emiſſum non eſt reuocabile uerbum. Siluestres homines ſacer. Hoc loco Horatius ex quo præcepta dedit quid poetis agendum ſit: ut boni perfectiq; habeantur oſtendit ex relatiõe priſcorum uatum quanti meriti exiſtant poemata docens multa ex iis bona haberi: proindeque in precio eſſe habeuda: quando Apollo lyræ & cantus auctor fuerit. Sicque argumentum eſt. id nõ debere uideri pudendum homini: quod dii facere non erubuere. Ait enim primo Orpheum genere Thracem Oeagri filium tautum doctrina melodiaque: ac poeſi excelluiſſe: ut homines uitam more ferarum diſperſim in ſiluis agẽtes bonis moribus inſtituerit: feceritque ut in unum congregarentur ſimulq; habitarent: unde locus datus eſt fabulæ eum ſuauitate cantus feras & arbores ad ſe audiendum allicere: mox idem factum ab Amphione Thebano: is enim conditis Thebis homines per pagos paſſim habitãtes ad colendam ciuitatem beneficio carminum induxit: unde & fabula locũ inuenit Thebarum Mœnia ab Amphione extructa fuiſſe ſaxis ad ſonũ lyræ in fabrica ſe componentibus. Siluestres: Siluas colentes. Sacer & interpres deorum: Propter auguria quorum fuit peritiſſimus: unde Plinius in ſeptimo. Auguria ex auibus inuenit Caria quo Caria appellata. Adiecit ex cæteris animalibus Orpheus. Deterruit cædibus. ſcilicet hominum: ne inter ſe ſæuirent & cæderent. Victu fœdo: uita agreſti quum ſiluſtribus pomis & glandibus ueſcerentur. Ob hoc: quia ex ſilueſtri ad mitem uitam homines traduxerit. Dictus & amphion. Ordo eſt. Et Amphiou conditor urbis thebanæ dictus eſt mouere ſaxa ſono teſtudinis: filius fuit Iouis & Anthiopæ artis muſicæ adeo peritus ut ſono cytharæ ſaxa adſtruendos muros Thebanum traxiſſe dicatur. Statius in primo Thebaidos: penituſq; ſequar quo carmine muris iuſſerat Amphion tyrios accedere montes. Plinius ait libro ſeptimo hunc primum artem muſicam inueniſſe: tuſtudinem autem appellat Cytharam: q; Mercurius primus ſibi ex reſtudine cytharam fecerit: quam mox Apolloni dono dedit: quum ab eo contra caduceũ accepiſſet. Ducere: ſcilicet ſaxa. Fuit hæc ſapientia quoudam: Priſcis inquit te iuporibus quum homines rudes admodum eſſent. Sapientia hoc eſt uiri ſapientes: quales fuere pythagorei hoc mortalibus præſtiterunt: ut carminibus præcepta quædam traderent: ut ſcilicet docerent quæ priuata quæue publica eſſent habenda: quæque eſſent ſacra & quæ prophana: ciuitates deinde conderent. Diſperſos homines in ſocietatem uitæ conuocarent: eoſque primo domiciliis mox coniugiis coniũgerent; unde Cicero in tertio Tuſculanarum ſic ſcribit de pythagoreis. Nam quum carminibus ſoliti illi eſſe dicantur: & præcepta quædam q̃ occultius tradere & mentes ſuas ad cogitationum intentionem cantu fidibuſque ad tranquillitatem traducere: grauiſſimus auctor in originibus dixit Cato morem apud maiores hunc epularum fuiſſe: ut deinceps qui accubarent canerent ad tibiam clarorum uirorum laudes atque uirtutes. Ex quo perſpicuum eſt & cantus tum fuiſſe reſcriptos uocũ ſonis & carmina quamquam id quidem etiam duodecim tabulæ declarant condi iam tunc ſolitum eſſe carmen: quod ne liceret fieri ad alterius iniuriam leges ſanxerunt: quæ omnia hoc loco poeta tangit: ſicq; poeticam laudat utpote ex qua multa bona manauerint. Concubitu prohibere uago: dare iura maritis: hoc dicit carminibus philoſophos præcepta tradidiſſe quibus docerent adulteria fugienda & coniugia inſtituenda. Dare iura: ponere leges & fœdera quæ maritis eſſent ſeruanda. Illud autem ſciendum dici maritos & maritas hoc eſt uiros & uxores: quo uerbo utrunque ſignificatum hoc loco eleganter complexus eſt. Moliri: condere. Leges incidere ligno. Bene autem ligno dicit quia antiqui in tabulis æreis non incidebant leges: ſed roboreis tantum: unde adhuc Athenis auctore Porphyrione tabulæ legum axones appellantur: αξοy enim tabulam ſignificat: poſtea in ære cœperunt Romani incidere quæ in parietibus fori figebantur: unde eſt illud Virgili. in ſexto. fixitque leges precio atque refixit.

Sic honor. per hunc inquit modum poetæ in ſumma cœpti ſunt haberi ueneratione. Poſt hos inſignis Homerus: ſubaudi fuit. Poſt hos: ſcilicet Orphæum & Amphiona. Nam conſtat Homerum & Heſiodum iiſdem fere temporibus ætatem egiſſe Siluiis Albæ regnantibus auno. c. lx. ante Romam conditam. Hæc Gellius ex comicis annalibus Cornelii nepotis.

Id tibi iudicium eſt ea mens: ſiquid tamen olim
Scripſeris in Metii deſcendat iudicis aures:
Et patris: & noſtras: nonũque premat̃ in annũ
Membranis intus poſitis delere licebit
Quod non edideris: neſcit uox miſſa reuerti.
Silueſtres homines ſacer interpreſq; deorum
Cædibus & uictu fœdo deterruit Orpheus.
Dictus ob hoc lenire tigres rapidoſq; leones:
Dictus & amphion thebanæ conditor urbis
Saxa mouere ſono teſtudinis: & prece blanda
Ducere quo uellet: fuit hæc ſapientia quõdam
Publica priuatis ſecernere: ſacra prophanis:
Concubitu prohibere uago: dare iura maritis:
Oppida moliri: leges incidere ligno:
Sic honor: & nomen diuinis uatibus: atq;
Carminibus uenit: poſt hos inſignis Homerus

Tyrtheuſq;

Tyrtheuſq; mares animos in martia bella
Verſibus exacuit.dictæ per carmina ſortes.
Et uitæ monſtrata uia eſt.& gratia regum
Pieriis tentata modis:luduſq; repertus.
Et longorum operum finis:ne forte pudori
Sit tibi muſa:lyræ ſolers & cantor Apollo.
Natura fieret laudabile carmen:an arte
Quæſitũ eſt:ego nec ſtudiũ ſine diuite uena:
Nec rude quid ꝓſit uideo ingeniũ:alterius ſic
Altera poſcit opem res:& coniurat amice.

Tyrtheuſq; mares animos. Hic eſt Tyrtheus ille Athenieñſis Archimbroti filius poeta Claudus & Luſcus quem Athenienſes Lacedæmoniis bellum aduerſus meſſenios gerentibus in eorum contemptum belli ducem miſerunt:quum cognoſcerent Apollinis oraculo Lacedæmonios monitos ut a ſe ducem peterent: qui tribus præliis fuſus eo uſq; deſperationis Lacedæmonios adduxit ut ad ſupplemẽtum exercitus ſeruos ſuos manumitterent:iiſq; interfectorum matrimonia pollicerentur:ut non numero tantum amiſſorum ciuium ſed & dignitati ſuccederent. Sed reges Lacedæmoniorum ne contra fortunam pugnando maiora detrimenta ciuitati infligerẽt reducere exercitum uoluerunt: ni interueniſſet Tyrtheus qui compoſita carmina exercitui pro contione recitauit:in quibus ortamenta uirtutis:damnorum ſolatia: belli conſilia conſcripſerat. Itaque tãtum ardorem militibus iniecit:ut non de ſalute:ſed de ſepultura ſoliciti teſſeras inſculptis ſuis & patrum nominibus dextro brachio deligarent:ut ſi omnes aduerſum prælium conſumpſiſſet:& temporis ſpacio confuſa corporum liniamenta eſſent: ex indicio titulorum tradi ſepulturæ poſſent. Itaque tantis animis concuſſum eſt ut raro unquã cruẽtius prælium fuerit: ad poſtremum tamen Lacedæmoniorum uictoria fuit. Lege Iuſtinum in tertio. Scripſit ut auctor eſt Suidas politiã Lacedæmonioꝝ:& præcepta moralia per elegias:ſcripſit etiam cantus bellicos libris quinq;:unde ſcribit Plutarchus Cleomenem interrogatum aliquando:qualis ſibi poeta uideretur Tyrtheus:reſpondiſſe bonũ ad iuuenum amicos incitandos: Illius enim carminibus permoti tanquam aliquo furore correpti nullis parcentes periculis in pugnas ruũt:unde bene ait poeta Tyrtheuſque mares animos in martia bella uerſibus exacuit. De eo ſic Quintilianus libro decimo. Quid Horatius fruſtra Tirtheum Ho[m]ero ſubiungit? Athenienſes Tyrtheum:ut ſcribit Laertius mentis impotem dixerunt. De Tyrtheo meminit & Strabo in ſexto: cuius & uerſus elegantiſſimos refert. Dictæ per carmina ſortes: reſponſa inquit quæ dabantur a diis uerſibus cõſtabant:ut illud. Aio te eacida romanos uincere poſſe. Et illud quod cecinit pythia uates Theſeo ut recitat Plutarchus: quo iuſſit ne cum muliere coiret priuſquam Athenas accederet:quod huiuſmodi fuit. Neue prius uir magne pedem qui prominet utri Soluas:Cecropidum quam ſacram acceſſeris urbem. Vbi obſeruandum eſt a Pythia pedem dictum eſſe pro genitali quod prominet utri:hoc eſt prominet ex uentre. Et uitæ monſtrata uia eſt: carminibus inquit etiam uiuendi ratio monſtrata eſt:poetæ enim uerſibus ſuis non aliter q̃ philoſophi bene uiuendi rationem oſtendunt. Cicero ſcribit in quarta Tuſculana. ut ante dictum eſt Pythagoreos ſolitos carminibus præcepta quædam q̃ occultius tradere & mentes ſuas ad cognitionum intentionem cantu fidibuſque ad tranquilitatem traducere. Via:ratio. Et gratia regum pieriis tentata modis. Carminibus inquit ſuis poetæ amicitiam:& beniuolentiam principum meruerunt ut Virgilius auguſti amicitiam meruit Horatius Mecœnatis. Statius Domitiani:ut per hoc oſtendat nemini ſtudium poeticum eſſe faſtidiendum: quãdo ex eo multa commoda habeantur:quæ non minus ad communem omnium q̃ ad poetarum utilitatem pertinent. Modis pieriis:cantibus poeticis:modi enim pro cantibus & modulationibus ponuntur. Liuius libro ſeptimo ab urbe condita. Ludiones ex etruria acciti ad tibicinis modos ſaltantes haud indecoros motus dabant. Tentata:acquiſita. Luduſq; repertus:hoc dicit Ludos ſcænicos inſtitutos eſſe propter poetarum fabulas quæ in ſcæna ſumma arte & ludo agebantur:adhibitis canticis & tibicinibus. Et longorum operum finis:ſubaudi a ſuperiore repertus eſt:ut ſit ſenſus. Repertum eſt beneficio carminum quem finem & euentum habuerint longa opera & longi labores: quales fuere Aeneæ: quales Vlyſſis:quales Iaſonis:quales Etheoclis & Polynicis:ac per hoc oſtendit per poetas longa rerũ ueterum monumenta ad noticiam noſtram peruenire. Ne forte pudori Sit tibi muſa: ne forte inquit o piſo erubeſcas numerari inter poetas tanquam ſtudium poeticum ſit ſordidum: illud ſcies Apollinem non puduiſſe arti muſicæ operam dare: conſtat enim eum muſices fuiſſe inuentorem: unde eſt illud Ouidii in primo metamorpho. Per me concordant carmina neruis. Natura fieret laudabile carmen: an arte Quæſitum eſt. Quæſitum inquit eſt, Natura ne plus ad ſtudium poeticum conferat an ars: uerum ego id ſentio conſumatum poetam niſi ex utroque eſſe non poſſe. Ego nec ſtudium ſine diuite uena. Ego inquit non uideo quid proſit ſtudium hoc eſt doctrina & ars ſine uena: hoc eſt ſine natura. Nam a natura uenam habemus: uenam autem appellamus copiam & modum ipſum dicendi: quod non aliter orationem dicendi modus exornat: atque ſuſtentat quam uena ſanguinis plena corpus humanum: unde exit illud Perſii. Hæc fierent ſi teſticuli uena ulla paterni uiueret in nobis? Nec rude quid proſit uideo ingenium. Nec uideo inquit quid proſit natura rudis ſine arte & doctrina: ut demum quod diximus: id colligat alterum alterius egere auxilio: unde ſequitur Alterius ſic Altera poſcit opem res. Cicero in oratione pro Archia poeta ait cæterarum rerum ſtudia & doctrina & præceptis & arte conſtare poetam natura ipſa ualere: & mentis uiribus excitari:& quaſi diuino quodam ſpiritu inflammari. Coniurat amice: inter ſe inquit amice conueniunt & confœderantur: ut alterum ſine altero more bonorum amicorum ſtare nolit.

Qui ſtudet optatam curſu contingere metam. Monet poeta multa animi pariter & corporis incommoda illi eſſe perferenda: qui cupiat inter perfectos poetas numerari: unde eſt illud Diui Hieronymi: Litteræ ſudoris comites ſunt & laboris: ſociæ ieiuniorum non ſaturitatis continentiæ non luxuriæ. Bene autem tempore præſenti: dixit ſtudet: quum præteritum ſequatur multa tulit: ut oſtendat illum oportuiſſe prius a teneris uſq; annis multis ſudoribus: cōtinentia: uigiliis & laboribus conflictari quam ad perfectionem perueniret.

Qui ſtudet optatam curſu cōtingere metam:
Multa tulit: fecitq; puer: ſudauit: & alſit:
Abſtinuit Venere & Baccho. qui pythia cātat
Tibicen: didicit prius: extimuitq; magiſtrum.
Nō ſatis eſt dixiſſe: ego mira poemata pango:
Occupet extremū ſcabies. mihi turpe reliq eſt
Et quod non didici ſane neſcire fateri.
Vt præco ad merces turbā qui cogit emēdas
Aſſentatores iubet ad lucrum ire poeta
Diues agris: diues poſitis in fenore nummis.
Si uero eſt unctum qui recte ponere poſſit
Et ſpondere leui pro paupere. & eripere atris
Litibus implicitum: mirabor: ſi ſciet inter
Noſcere mendacem uerūq; beatus amicum.
Tu ſeu donaris: ſeu quid donare uelis cui:

Ad metam optatam: ad conſumationem optatam: ſumptum autem eſt a quadrigis currentibus i circo ubi duæ erant metæ circum quas currebant: unde metam poni pro fine & termino ſæpe eſt legi apud auctores. Abſtinuit uenere: q̄ animi pariter & corpis utres eneruat. Et Baccho: quo immoderate ſumpto nihil homini eſt pernicioſius: mens enim ita obtenebratur ut nihil altū, nihil magnificum cogitare poſſit: unde eſt carmen illud Virgilii. Nec ueneris nec tu uini capiaris amore: Vno namq; modo uina uenuſque nocent. Qui Pythia cantat Tibicen: didicit prius: Probat exemplo tibicinis canētis pythia: nulli poetæ ad ſtudium poeticum tractandum accedendum eſſe niſi prius in eo ſe multum exercuerit. Sicque monet poeticam non ſine magna exercitatione & induſtria parari. Pythia: Ludi dicunt apollinares dicti a pythone ſerpente: quem Apollo ſagittis interemit denominatū a putredine quam græci πυθω uocāt: quoniam ex putredine poſt diluuium generatus eſt. Cantat autem dixit aut quia Ludi quos omnes antiqui i honorem deorum inſtituerant: non ſine cantu tibicinis celebrabantur: unde eſt illud Ouidii in faſtis Cantabat ludis: cantabat tibia phanis: Cantabat mœſtis tibia funeribus: De ludis pythiis ſic ait Ouidius primo metamorpho. Inſtituit ſacros celebri certamine ludos. Pythia perdomitæ ſerpentis nomine dictos. Hic iuuenum quicunque manu: pedibuſue: rotaue Vicerat: æſculeæ capiebat frondis honorem. Pytho etiam genere fœminino urbs eſt auctore Strabone phocidis oraculo Apollinis inſignis. Quattuor autem ludi diis ſacri celebrabantur in græcia pythia ſcilicet in honorem Apollinis Olympia Iouis: Iſthmia Neptuni. Nemea Herculis: quorum uictores Hieronicæ dicebantur: ιερος enim ſacrum & νικω uinco ſignificat: de quibus alibi huberius dicemus in prima epiſtola. Aut dixit pythia cantat: quia ut ſcribit Philoſtratus. Qui ad pythyos ueniunt tibiis & cantibus ac pſalmis inuitantur: quippe qui ad comœdias tragœdiaſq; uocentur: ſpectaculumq; tandem ſimilium rerum illis proponitur. Non ſatis eſt dixiſſe. Non ſatis eſt ſibi placere & iactādo dicere ego ſum bonus poeta. Pango: compono & ſero: unde & paginæ in libris appellanť q̄ uerſus in iis panguntur, ideſt ſeruntur: & plantantur. Occupet extremum ſcabies. Hoc ex luſu eſt puerorum: qui currētes ſolent dicere: qui extremus fuerit eum ſcabies occupet: quaſi dicat qui bonus poeta non eſt: id ſibi damno ſciat eſſe: ego bonus ſum. Mihi turpe relinqui: perſeuerat in ſimilitudine currentium puerorum: qui putant ſibi turpe eſſe ſi ultimi remanſerint: ut per hoc oſtendat nō ſatis eē ſi ipſum æſtimare ita ut inter poetas ultimum locum ſibi non aſſignet: neque fateatur ſe eſſe ignarum & indoctum quum non didicerit. Vt præco ad merces turbam qui cogit emendas: hoc loco notat poetas diuites ſui temporis qui cœnis & muneribus conducant laudatores ſuorū carminum. Eſt ergo ſenſus: non aliter Poeta diues iubet ire aſſentatores
Præco ad lucrum quod eis proponit: q̄ præco facit: qui cogit turbam ad merces emendas. Nam præco is dicitur q clara uoce edicta magiſtratuum: preciaque rerum in publicis uenditionibus pronunciat. Ordo autem eſt poeta diues agris diues poſitis in fœnore nummis iubet aſſentatores ire ad lucrum: ut preco iubet qui cogit turbam ire ad merces emendas. Si uero eſt unctum qui recte ponere poſſit. Senſus eſt. Si poeta ita diues eſt ut poſſit cœnas lautas laudatoribus ponere. Et ſponſiones facere pro paupere: mirabor ſi hic poſſit amicum uerum diſcernere a falſo: quia laudator cœnis aliiſque beneficiis corruptus falſo laudabitque mala erunt poemata. Quo ſane uicio multi laborabant: unde eſt illud Horatii. Non ego uentoſæ plebis ſuffragia uenor. Impenſis cœnarum & tritæ munere ueſtis. Perſius. Scis comitem horridulum trita donare lacerna. Mar[illegible]lis. Quod tam grande ſophos clamat tibi turba togata Non tu Pomponi cœna diſerta tua eſt. Idem [illegible] Mercatur alius grande & inſanum ſophos. Ponere unctum: cœnas unctas & lautas. Sp[illegible]nſionem facere: unde alibi in ſermonibus. Hic ſponſum uocat: hic auditum ſcripta relictis O[illegible]iis. Pro leui paupere: tenui & egenti. Eripere litibus: hoc eſt litigantem iuuare. Si be[illegible] diues. Inter noſcere mendacem & uerum amicum: hoc eſt diſcernere falſum a uero amico: qu[illegible] amicus non ſecius ſe mouet: immo uehementius in laudando quam uerus.

Tu ſeu donaris [illegible] quid donare uelis cui. Non negat amicorum iudicium tentandum in poematibus; ſed monet cauendos eſſe aſſentatores qui donis corrupti fictas laudes perſoluunt.

Nolito

Nolito ducere plenum lætitiæ:Hoc eſt laudatorem qui omnia ſumma lætitia laudibus cumulare geſtat. Ad uerſus tibi factos:pro a te factos. Clamabit enim pulchre: ſcilicet factos eſſe uerſus. Etiam ſtillabit amicis rorem ex oculis:in tantam ſe effundet lætitiam ut etiam lachrymet. Ex oculis amicis:ex oculis ſuis qui ſe tibi amicum facit & quem tu amicum tibi putas. Tundet terram:percutiet mirabundus. Vt qui conducti plorant. Aſſentatores inquit uehementius laudant q̃ ueri amici:nec aliter ſe habent in laudando:q̃ qui mortuos mercede conducti deflent:qui plura dicunt & faciunt dolorem ſimulando q̃ qui uere & ex animo dolét. Ait Porphyrio Alexandriæ obolis cõduci qui mortuos fleát:& hos tã ualde id facere ut ab ignorátibus mortuorum cognati eſſe credant. Ordo autem eſt. Sic deriſor mouetur plus uero laudatore: ut illi qui conducti plorant in funere dicunt & faciunt plura dolentibus ex animo. Deriſor:bene autem deriſorem appellat: nam eos coram laudant a tergo uero ſubſannant:unde eſt illud Perſii. O Iane a tergo quem nulla ciconia pinſit. Nec manus auriculas imitata eſt mobilis albas. Reges dicuntur multis urgere culullis. Reges inquit dicuntur quos in amicitiam ſuá uolunt recipere:multo mero eos inebriare tentátes an per potionem uelint quæ habeát ſecreta prodere:per quod colligit fidem omnibus non eſſe habendá:ſed iis tantum quos multis modis:experti ſumus ueros amicos. Vrgere:præmere:neque enim quicq̃ magis ad confeſſionem ueritatis ualet quam immoderata potio meri:unde Horatius in Odiſ. Tu lene tormétum ingenio admoues plærunque duro. Tu ſapientium curas & arcanum ioco ſo conſilium retegis Lyæo. Multis culullis:multa potatione & multis calicibus. Nã Culullæ auctore Porphyrione ſunt calices quidam fictiles quibus põtifices uirgineſque ueſtales in ſacris utuntur: & eſt diminutiuũ a culeo ut ſentit Acron: unde alibi in Odiſ. Ipſe diues & aureis mercator exiccet culullis uina ſyra reparata merce. Torquere mero ueluti graui ſupplicio ad confeſſionem trahere:quum per uinũ cogát uera dicere:unde Plinius libro decimoquarto. Vulgoq; ueritas iam attributa uino eſt: unde & prouerbium apud græcos εγ οιγω αληθεια. In uino ueritas:unde & Salomon ait:o ſamuel Noli regibus dare uinum:quia nullum ſecretũ eſt:ubi regnat ebreitas. Animi latentes ſub uulpe:diffinitio eſt aſſentatoris:cuius animus ſubdolus eſt:& plenus aſtutiarum: qualibus inſtructa eſt uulpes: animal aſtutiſſimũ & doloſum: ergo ſub uulpe:hoc ẽ ſub fictione qualis deprenditur in uulpe:Oſtendit enim Aeſopus in apologis ſuis uulpem adulando & fingẽdo ſe amicam eſſe Corui geſtantis caſeum:eum eluſiſſe. Quintilio ſiquid recitares:hic erat Quintilius uarrus cremonenſis amicus Virgilii eques romanus:De quo ipſe Virgilius in bucolicis meminit. Immo hæc q̃ uarro nondum perfecta canebat. Varre tuum nomen ſuperet modo mantua nobis & cætera. Is eſt qui cum tribus legionibus a germanis rebellantibus funditus deletus eſt:quum illius ſuperbiam: auaritiam: libidinem ferre non poſſent:corpus eius effoſum fuit:quod a militibus ſuis fuerat humatum. Lege Suetonium in uita Auguſti. Senſus eſt. Quintilius ut uerus amicus ſiquid ei recitares aiebat corrige hoc ſodes & hoc ut per hoc oſtendat Quintilium aſſentatorem non fuiſſe: ſicque ueros amicos facere ut quæ mala ſunt indicent:nec omnia laudent ut aſſentatores faciunt. Melius te poſſe negares: Si negares te bis & ter fruſtra conatum potuiſſe corrigere:iubebat delere. Reddere incudi: ſumptum a fabris ferrariis: hoc eſt rurſus uerſus facere:quomodo ferramentum male formatum redditur incudi ut ibi iterum reformetur: & recoquatur: Quintilianus libro duodecimo. Sed præcipue tamen Apollonio Moloni quem Romæ quoque audierat Rhodi rurſus reformandum ac uelut recoquendum dedit. Male tornatos:male factos:& male politos:quaſi torno factos. Quam uertere:q̃ mutare & corrigere. Sine riuali:ſine æmulo qui tibi inuideret. dum in ſtulto propoſito permaneres non uertendi. Vir bonus & prudẽs: hoc loco monet ſeptem uicia in ſcriptoribus inueniri digna repræhenſione:quæ ſubſequenter commemorat. Culpabit Duros: aſperos Nam duros appellamus uerſus q ſtructura ſint quaſi inextricabili:obſcuras habeát ſententias: uocabula affectata:Contra molles qnibus facilis inſit ſtructura:ſentẽtiæ clariſſimæ:uocabula propria & uſitata. Inertes:ſine grauitate factos quaſi ſine arte & leuiter. Atrum ſignum:atra inquit litura delebit quæ incompta fuerint. Ambitioſa:ſuperflua quum ad ambitionem magis quam ad neceſſitatem tendant.

Nolito aduerſus tibi factos ducere plenum
Lætitiæ:clamabit enim pulchre. bene. recte
Palleſcet ſuper his:etiam ſtillabit amicis
Ex oculis rorem. ſaliet. tundet pede terram.
Vt qui conducti plorant in funere: dicunt:
Et faciunt prope plura dolẽtibus ex animo; ſic
Deriſor uero plus laudatore mouetur.
Reges dicuntur multis urgere culullis.
Et torquere mero: quem perſpexiſſe laborant:
An ſit amicitia dignus:ſi carmina condes:
Nunquam te fallant animi ſub uulpe latentes
Quintilio ſi quid recitares: corrige ſodes
Hoc aiebat:& hoc melius te poſſe negares
Bis terq; expertum fruſtra:delere iubebat:
Et male tornatos incudi reddere uerſus:
Si defendere delictum quam uertere malles:
Nullũ ultra uerbum aut operã ſumebat inanẽ
Quin ſine riuali teq; & tua ſolus amares.
Vir bonus & prudẽs uerſus rephendet inertes:
Culpabit duros:incomptis illinet atrum
Tranſuerſo calamo ſignum:ambitioſa recidet
Ornamenta parum claris lucem dare coget.

Arguet ambigue dictum mutanda notabit.
Fiet Ariſtarchus:nec dicet cur ego amicum
Offendam in nugis ? hæ nugæ ſeria ducent
In mala deriſum ſemel exceptumq; ſiniſtre.
Vt mala qué ſcabies:aut morbus regius urget
Aut fanaticus error:& iracunda Diana:
Veſanum tetigiſſe timent:fugiuntq; poetam
Qui ſapiunt:agitant pueri:incautiq; ſequunť
Hic dum ſublimis uerſus ructatur:& errat

Arguet ambigue dictum:quod in quas poſſit trahi partes ut illud:Heres meus dato matri uaſa argentea quæ uolet:& Aio te æacida romanos uincere poſſe:talis enim locutio ut ambigua uitanda eſt. Fiet Ariſtarchus:Verus inquit amicus fiet alter Ariſtarchus:hoc eſt utetur ſeueritate Ariſtarchi qui amota omni ſimulatione non minus ſyncere in carminibus tuis notabit:quæ notanda fuerint quam Ariſtarchus notauit in carminibus Homeri.Is enim auctore Aeliano tam caſtigato fuit idicio ut Homeri uerſus non putaretur quem ipſe non probauiſſet.Homeri enim interpres fuit & grammaticus optimus e Samothracia oriundus. Scripſit commentarios ſupra mille.Floruit ſub Ptolæmeo philometore:cuius etiam filium erudiuit.De eo ſic meminit Cicero libro tertio ĩ epiſtola ad Appium pulchrum. Ariſtarchus Homeri uerſum negat:quem non probat.Fuit & alius Ariſtarchus tegeates poeta tragicus tẽporibus Euripidis q pro recepta ualitudine Aeſculapio fabulam uouit.fuit & alius Ariſtarchus Epheſi tyránus.Hæc Suidas. Nec dicet cur ego amicum offendam in nugis? Verus amicus non dicet ĩquit quod dici ſolet ab aſſentatore:qui ideo amici uicia non dicit quia eum non uult offendere:proindeque laudat quod repræhẽſibile eſt. Dicit enim Cur ego offendam amicum in nugis hoc eſt cur ego debeo offendere amicũ? Eſt autẽ mimeſis. In nugis.in minimis erroribus Hæ nugæ ſeria ducent in mala:Rõ:parcendũ non eſſe uel paruis erroribus:in quibus ſi emendatus non fuerit:in alios mox maiores incurret cum deriſu. Siniſtre.Perperam. Vt mala quem ſcabies aut morbus regius urget.Monet hoc loco oportere poetam ſapientem eſſe:quaſi qui non putet ex ſententia Democriti inſanum eſſe oportere:talem enim inquit Omnes qui ſapiunt uitant & fugiunt:pueri etiam inſequuntur:quam inſaniam ante demonſtrauit quũ ait illos barba & capillo intonſo incedere.Senſus ergo eſt & ordo. Qui ſapiũt timent tetigiſſe ueſanum poetam & fugiunt quaſi eius commercium inhumanum:ut timent & fugiunt illũ quem mala ſcabies:aut morbus regius urget aut phanaticus error:& iracunda Diana. Mala ſcabies. Scribit Celſus.Scabiem eſſe duriorem cutem rubicundam.ex qua puſtulæ oriuntur quædam humidiores:quædam ſicciores:exit ex quibuſdam ſanies:fitque ex iis continuata exulceratio pruriens:ſerpitque quibuſdam cito:atque in aliis quidem ex toto deſinit:in aliis uero certo tempore anni reuertitur:quo aſperior eſt quoq; pure magis:eo difficilius tollitur. Morbus regius:Scribit Plinius libro uigeſimoſexto capite trigeſimoprimo ſic.Morbum regium in oculis præcipue mirari eſt tenuitatem denſitatemque tunicularum felle ſubeunte.arquatum etiam appellãt a colore arcus cæleſtis:Regium ait Celſus appellari quod regio cubiculi apparatu curetur.Varro autem quod mulſo præcioſiſſimo remedio curetur Icterus etiam auctore Plinio nominatur a colore auis Icteri:quæ ſi ſpectetur ſanari morbum regium tradunt:auem uero mori:ea eſſe exiſtimatur quæ galbula dicitur ab ictero:igitur ictericus nominatur qui morbo regio laborat. Fanaticus error hoc eſt quem ſpiritus quidam demoniacus uexat:quali ſpiritu proprie dicebantur agitari galli ſacerdotes cybeles de quibus Liuius libro trigeſimoſexto.ab urbe condita ita ſcribit.L.Scipionis legatus claſſem in Europam ad Sexton oppugnandam traiecit:iamque ſubeuntibus muros phanatici galli primum cum ſolenni habitu ante portam occurrerunt.Idem etiam lymphati & lymphatici appellantur. Plinius libro octauo capite quinquageſimoquarto. Loquens de Api boue.Hi greges repente lymphati futura ꝑcinũt unde lymphare quod eſt inſanum facere dixit Valerius flaccus libro tertio. Deus ancipitem lymphauerat urbem. Iracunda Diana:non ſolum Diana ſed alii etiam dii dicuntur mentibus mortalium furorem immittere:unde Horatius in Odiſ.Non dindimene:non adytis quatit Mentem ſacerdotum incola Pythius Non liber æque. Incautiq; ſequuntur:Nam pueri barbatos ſæpe & philoſophos & poetas prætereuntes ludere ſolent:unde eſt illud Horatii in ſermonibus:uellunt tibi barbam Laſciui pueri:quos tu ni fuſte coerces:Vrgeris turba circum te ſtante.miſerque Rumperis & latras magnorum maxime regum. Incauti ſecuri quo pes ferat. Hic dum ſublimis uerſus ructatur:& errat:Oſtendit Horatius poetæ huic inſano & inepto id accidere:quod aucupi qui dum inconſiderate aues lapidibus inſectatur in foueam & puteum fertur præceps:Talis ergo inquit poeta dum uerſus ſublimis ructat & ueſania illa affectata agitať:ut omnino putet ſe bonos uerſus facere modo inſaniat:in foueam & puteum labitur:hoc eſt in errores profundiſſimos incidit:& nemo eſt qui illi opem ferre uelit:quum iam cognoſcatur ab omnibus ineptus & inſanus.Sicque oſtendit tales poetas ab omnibus contemni:utpote erroribus ſuis gaudentes:& firmiter tenentes ſe recte ſcribere:nec ope aliena indigere.Ordo autem eſt.Hic ſcilicet poeta Veſanus ſic decidit in puteum & foueam:dum ructatur uerſus ſublimis & errat ueluti auceps intentus merulis decidit. Ructatur:effundit:euomit:ſumpta metaphora ab ſtomacho nimis pleno:quaſi & ille per ſummam abundantiam faciat uerſus.Illud aũt ſciẽdũ ructo & ructor ab antiquis in eodẽ ſignificatu uſurpata ut multa alia:ut fabrico fabricor:populo populor:mutuo mutuor. Sublimis uerſus:ironicos:hoc eſt:quos ipſi putat ſublimes. Et errat:ſubaudi dũ a ſupiore:ut ſit dũ errat.i.dũ uagať more ueſani putans ſe per inſaniã poſſe ꝓbari bonũ poetã.

Regius morbus
Arquatus
Icterus
Fanaticus
Lymphati

Decidit

Decidit in puteũ & foueã:hoc eſt in errores:ut diximus ꝓfundiſſimos.q.d. Veſano ſuo ꝑſuaſu ſeipſum præcipitat & perdit. Licet ſuccurrite lõgum Clamet io ciues.Qui tali inqt ueſania laborat:in hác incidit infelicitatẽ:ut quũ aliqñ ſenſerit in errores ſe eſſe ꝓlapſum:ac per hoc opem alienã petat:non facile exiſtat qui adiuuare curet.aut ſi omnino curet:aliqs eum abſterreat ne id faciat:dicens qui ſcis an ultro tales errores cõmiſerit:nolitq́ȝ ſeruari?ac per hoc corrigi & emendari? Longũ:pro longe:hoc eſt ualde:nomen ꝓ aduerbio: ut Toruumq́ȝ repente clamat ꝓ torue. Virgilius.Et longum formoſæ uale:uale inqt iola. Dicã ſiculiq́ȝ poetæ narrabo interitũ.Hoc dicit qui ſcis an poeta Veſanus nõ aliter ſe in errores prudens deiiciat:nec ab iis ſe eximi uelit quã Empedocles agrigentinus ab incẽdio æthnæ:in qđ ſe ultro proiecit abſtrahi noluit?Nã is auctore Laertio gloriæ cupidus dũ ſe deũ credi uult : diuinoſq́ȝ ſibi petit honores:æthnã petiit:ſeque in ignes ꝓiecit : ita ut quum fidẽ cuperet facere ſe in numerorꝫ deorũ eẽ receptũ:incẽdio abſumptus fuerit:qđ poſtea creditum eſt qa una ex crepidis ui flãmæ ad exteriora reiecta comperta eſt.De cuius interitu.Licet auctorum uaria ſit opinio : quũ uarii uariis eum modis tradãt.Hippolitus tamẽ quẽ Hora. ſecutus eſt tali genere mortis abſumptũ ait : uñ ẽt extat tale epigrãma de morte eius. Curribus empedocles cõfractis dicit̃ eſſe Mortuus : e curru quum cecidiſſet humi.Si ſe flagrantem uictu rus iecit in æthnã Quõ nunc megaris ſtructa ſe pulchra uides?poeta aũt claruit. Satyrus tradit illũ magiã exercuiſſe:ipſumq́ȝ in poematis id ꝓfiteri & cõplura alia:inter quæ ꝓfitet̃ pharmaca quibus morbi & ſenectus arceant̃:& uẽtorꝫ uel noxii pellant̃ flatus:uel ſalubres ac læti adhibeant̃:mortuiq́ȝ reuiuiſcant.Floruit aũt in ſtudio naturalis philoſophiæ iuxta ea tpa qbus Fabii trecenti apud fluuiũ cremeram ab hoſtibus circũuẽti perierunt.Hic eſt qui ut auctor eſt Cice. in Academicis contendebat oĩa abſtruſa eſſe nihil non ſentire:nihil nos cernere:nihil oĩno quale ſit poſſe reperire.Inſignes aũt philoſophi habiti ſunt eodẽ tpe Empedocles.Democrit⁹ abderites:Hippocrates medicus:Gorgias.Hippiaſq́ȝ:& Prodicus:& Zeno:& Parmenides. Dicã.Ordo eſt.Dicam & narrabo interitũ Siculi poetæ. Ardentẽ æthnã.Eſt enim Aethna mons Siciliæ ꝑpetuas euomens flammas. Sit ius liceatq́ȝ perire poetis.Hoc eſt ſtomacho dictũ eſt ab Horatio:quaſi dolẽte tam incurioſe carmina fingi a poetis:qui ſe ꝓpemodũ tam neglĩgẽter ſcribẽdo perdunt. Inuitũ qui ſeruat:idem facit occidenti.Senſus eſt.Ille qui ſeruat cupientem mori:eũ oĩo interficit:nã uita ei pro morte eſt.Mors.n.nõ uita in beneficio ei repoſita eſt:unde eſt illud Senecæ in thebaidæ.Qui cogit mori Nolẽtem in æquo eſt quiq́ȝ ꝓperantẽ impedit:Occidere eſt uetare ꝓperantẽ mori : unde idem lib.viii. declamatione quarta.Non magis crudeles ſunt qui uolentes uiuere occidunt:quam qui mora uolentes non finiunt: expone igit̃ facit idem:ideſt facit ſimile. Virgilius in.vii. Aenei.Quin idem ueneris partus ſuus:& paris alter. Occidenti:occiſori:ut ſit ab occido media ꝓducta:quod eſt idem quod interficio. Nec ſemel hoc facit . Nõ enim inquit ſemel hoc fecit ut carmine faciendo ſemel ſcilicet peccauerit:ut ſit:ſæpe hoc facit:quaſi errorib⁹ ſuis gaudeat:nec uelit corrigi:unde bene ſubdit. Nec ſi retractus erit:iam fiet homo:hoc eſt neq́ȝ ſi ab erroribus fuerit reuocatus:ſiet hõ: hoc eſt rõni ſe nõ accõmodabit:q̃ una hõ a beluis ſeparat̃: & ſapiens ab inſano: hoc aũt totũ allegoricos dictũ ab eo:q cupiat mori. Ponet:& nõ deponet. Amorẽ:deſideriũ. Mortis fa. hoc eſt mortis quæ famã eius ad poſteros ſit ꝓpagatura: ut hoc loco famoſum accipias in bonã partẽ. Nec ſa.ap.quũ uerſus fa.Hoc totũ in deriſum eſt & quaſi cõmiſerationẽ inſani poetæ.Dicit.n.ſe neſcire: unde hoc ei datum ſit:ut quũ facit uerſus inſaniat:niſi forſan in cineres minxerit patris.Quod ꝓuerbiũ fuit apud antiquos in eos qbus oĩa cederent aduerſa:propterea quod ſepulchrũ uiolaſſe paternum impium contraq́ȝ oẽm religionem eſſe cenſebatur:proindeq́ȝ uiolatores ꝑpetua ſubſequebat̃ infelicitas. Aut inceſtus mouerit bidental. Antiqui.n.Bidẽtal locum illũ appellauerunt in quẽ fulmen decidiſſet:q cæſis bidentibus expiaretur. Bidental.
Nam Priſci illi Romani:ut ſcribit Seneca libro ſecundo naturalium quæſtionum : quum crederent niſi fato fulmina non decidere:cæſis hoſtiis:extructiſque aris:adhibito ſacerdote uelut in procurationem malorum illa condebant . Condi enim dicebantur quum ſacerdos diſperſos ignes in unum redigeret & quodam tacita præce terra conderet & conſecraret . Vnde Lucanus.Armis diſperſos fulminis ignes colligit: & terræ tacito cum murmure condit . De bidentali apud Iuuenalem plura diximus illic . Atque aliquis ſenior qui publica fulgura condit . Et apud Perſium . Triſte iaces lucis euitandumque bidental. Certe furit ac uelut urſus . Oſtendit hoc loco talem poetam non ſine moleſtia audiri recitantem : quum alii eum fugiant nec audire uelint : alii ab eo retenti grauato audiant . Certe furit : magno ſe inquit ſtrepitu mouet : quaſi rem magnam & inauditam recitaturus. Et uelut urſus:auditores inquit docti & indocti non minori pauore fugiunt poetam uolentem recitare quam urſum : qui ex cauea ruptis clatris egreſſus fuerit. Condere

Sic ueluti merulis intentus decidit auceps
In puteum foueamq́ȝ: licet ſuccurrite longum
Clamet io ciues: non ſit qui tollere curet
Si curet quis opem ferre:& demittere funem.
Qui ſcis an prudens huc ſe deiecerit:atq́ȝ
Seruari nolit?dicam:ſiculiq́ȝ poetæ
Narrabo interitum: deus immortalis haberi
Dũ cupit Empedocles ardẽtẽ frigidus Aethnã
Inſiluit.ſit ius liceatq́ȝ perire poetis:
Inuitum qui ſeruat:idem facit occidenti.
Nec ſemel hoc fecit:nec ſi retractus erit:iam
Fiet homo:& ponet famoſæ mortis: amorem
Nec ſatis apparet.cum uerſus factitet:utrum
Minxerit in patrios cineres:an triſte bidental
Mouerit inceſtus.certe furit:ac uelut urſus

¶Q. HORATII Flacci Sermonum ſiue Satyrarum liber primus ad Mecœnatem: cum Commentatiis Ioannis Britannici Brixiani.



# ¶QVINTI HORATII FLACCI SERMONVM LIBER PRIMVS.

## SERMO PRIMVS.

Qvi ſit Mecœnas: ut
néo: quã ſibi ſorté.
Seu rõ dederit: ſeu
fors obiecerit: illa
Cõtẽtus uiuat: lau
det diuerſa ſeq̃ntes?
O fortunati merca
tores grauis annis
Miles ait: multo iam
fract⁹ mẽbra labor.
Contra: mercator: nauem iactantibus auſtris
Militia eſt potior. quid enim? cõcurritur: horę:
Momento cita mors uenit: aut uictoria læta.
Agricolam laudat iuris: legumq; peritus:

Partiꝰ hic uiuit: frugi dicatur. ineptus
Et iactantior hic paulo eſt: concinnus amicis
Poſtulat: ut uideatur: at eſt truculentior: atq́ꝫ
Plus æquo liber: ſimplex: fortiſq́ꝫ habeatur.
Caldior eſt: acres inter numeretur. opinor:
Hæc res & iungit: iunctos & ſeruat amicos:
At nos uirtutes ipſas inuertimus: atq́ꝫ
Syncerum cupimus uas incruſtare. ꝓbus quis
Nobiſcum uiuit: multum demiſſus homo: illi
Tardo cognomē pingui damus. hic fugit oēs
Inſidias: nulliq́ꝫ malo latus obdit apertum:
Cum genus hoc inter uitæ uerſetur: ubi acris
Inuidia: atq́ꝫ uigent ubi crimina: ꝓ bene ſano
Ac non incauto: fictum: aſtutumq́ꝫ uocamus.
Simplicior ſiquis: qualem me ſæpe libenter
Obtulerim tibi mecœnas: ut forte legentem:
Aut tacitū impellat quouis ſermōe moleſtus
Cōmuni ſenſu plane caret: inquimus. heu heu
Quā temere in noſmet. legē ſancimus iniquā:
Nam uitiis nemo ſine naſcitur. optimus ille ē:
Qui minimis urgeť. amicus dulcis: ut æquū ē
Cū mea cōpenſet uitiis bona: pluribus hiſce.
(Si modo plura mihi bona ſūt) īclinet: amari
Si uolet. hac lege in trutina ponetur eadem.
Qui: ne tuberibus propriis offendat amicum
Poſtulat: ignoſcat uerucis illius. æquum eſt
Peccatis ueniam poſcentem: reddere rurſus:

Deniq́ꝫ

Deniq; quatinus excidi. Deniq; inq̄t q̄ñ fieri nõ põt ut hoĩes nõ peccẽt: cur non æſtimamus eoꝝ uitia: q̄lia
ſunt: & nõ ea nr̃a malignitate augemus? Quatinus: q̄ñq̄dẽ: q̄m: id. n. ut in prima ſatyra dictũ ẽ ſignificat: q̄
tenus uero quoad: q̄diu. Excidi: extirpari: euelli. Cætera hærẽtia ſtultis: hoc eſt uitia q̄ tñ in ſtultis herẽt.
nã in eis nulla põt cõſiſtere uirtus: uñ eſt illud Perſi. Sed nullo thure litabis Hereat in ſtultis breuis ut ſemun- Stultis.
cia recti. Stultos. n. appellãt poetæ & philoſophi oẽs quos uitia: ſapiẽtes uero quos uirtutes comitant. Cur Sapiẽtes.
rõ nõ utit. Cur inq̄t adhibita rõnis regula amicoꝝ peccata nõ metimur? & ꝑ peccati qualitate ſuppliciũ ad-

Deniq; quatinus excidi penitus uitium iræ:
Cætera itẽ nequeunt ſtultis hærentia: cur non
Põderibus: moduliſq; ſuis ratio utitur? ac res
Vt quæq; eſt: ita ſuppliciis delicta coercet?
Siquis eum ſeruum: patinam q tollere iuſſus:
Semeſos piſces: tepidumq; lygurierit ius:
In cruce ſuffigat Labeone inſanior: inter
Sanos dicatur: quanto hoc furioſius: atq;
Maius peccatum ẽ? Paulum deliquit amicus:
Quod niſi cõcedas: habeare inſuauis: acerb⁹.
Odiſti: & fugis: ut druſionem debitor eris:
Qui niſi: cũ triſtes miſero Venere Calendæ:
Mercedẽ: aut nũmos ũde ũde extricat: amaras
Porrecto iugulo hiſtorias: captiuus ut: audit.
Comminxit lectum potus, menſaue catillum
Euandri manibus tritum deiecit: ob hanc rem:
Aut poſitũ ante mea quia pullũ in parte catini
Suſtulit eſuriens: minus hoc iucundus amicus

hibemus? Sicq; ſenſim hinc diſcedẽs eo deſcẽdit
ut aduerſus ſtoicos diſputet q ut ꝓbe docet Cic.
in ſuis admirabilibus uolebãt oĩa peccata eẽ pa-
ria: & aĩum peccãtis: nõ factũ in quo peccatũ eſt
æſtimandũ. Ac res, ordo eſt & ſenſus. Et cur rõ
nõ coercet delicta ita ſuppliciis ut quæq; res ẽ: ut
ſit ſenſus. Cur inq̄t rõ nõ punit ipſa peccata ꝓut
eſt ipſa res leuis uel grauis: ut ꝑ q̄litate facinoris
cõmiſſi pœnã adhibeam⁹: ut nõ maior ſit pœna
q̄ ipꝫ delictũ: ſicq; Hora. oñdit cõtra ſtoicos pec
cata nõ eẽ paria quũ ſupplicia ẽt debẽt eẽ diſpa-
ria. Siq̄s eũ ſeruũ: exẽplo ꝓbat peccata nõ eſſe
paria. Lygurierit: degustauerit. Ligurire ꝓprie Lygurire
eſt auctore Donato q̄ſi quodã cũ faſtidio more
ſenũ deguſtare: ut illud apd' Terẽ. in eunu. Quæ
cũ amatore ſuo quũ cœnãt liguriũt. Lygurire ẽt
dr̃ qui ſuauiorib⁹ eſcis rẽ ſuã abſumit: uñ Terẽ.
in eadẽ fabula. Itidẽ pr̃ia q ab lygurierat bona.
Inſanior labeone: hoc ẽ ille. M. Antiſti⁹ labeo Labeo.
p̄torius: iuris ẽt peritus q memor libertatis in q̄
nat⁹ erat multa cõtumaciter aduerſus Auguſtũ
Cæſarẽ dixiſſe & feciſſe fert: uñ Hora. eũ nunc
adulãs principi inſanũ appellat. De quo ſic me-
minit Tranquillus in Auguſto Antiſtius Labeo
ſenatus lectiõe quũ triũuirũ legeret. M. Lepidũ
hoſtẽ olim eius & tũc exulãtẽ legit. Interrogatuſq; ab eo an eſſent alii digniores: ſuũ quẽq; iudiciũ hẽre r̃ñdit
De eo ſic ẽt Geli. Agitabat hoĩem libertas q̄dã nimia & uecors uſq; eo: ut Diuo Auguſto iã principe & rẽpu.
obtinẽte ratũ tñ pẽſumq; nihil haberet niſi qđ iuſtũ ſanctũq; eẽ in romanis antiq̄tatibus legiſſet. Paululũ
deli. ami. Si amicus inq̄t paululũ deliq̄t tu acerbus eũ odiſti & fugis: & reliq̄ ꝑ parẽtheſim. Niſi cõce. ut poſ-
ſit paululũ peccare. Habeare: poſſis hẽri. Vt Druſionẽ. Octauius Druſio acerbus fœnerator fuiſſe tradit:
idẽ ſcriptor hiſtoriaꝝ: ad quas audiẽdas ſignificat ſolitũ fuiſſe cogere debitores: q̄bus audire recitãtẽ grauiſ
ſima erat pœna: qđ declarat illud porrecto iugulo. Qui. ſ. debitor. Ordo ẽ. Qui ut captiuus audit hiſtorias
amaras porrecto iugulo niſi extricat: uñ uñ mercedẽ aut nũmos: quos det fœneratori: quũ triſtes Calendæ
uenerũt. Triſtes: ab effectu q debitorib⁹ triſticiã afferãt: quũ eo die uſuræ ſibi ſint pſoluendæ. Miſero. ſ. de
bitori. Extricat: colligit: corradit expedit: cõtrariũ eſt intricare. i. ipedire. uocabulũ deductũ a tricis q̄ ipedi Extricare.
mẽta ſunt & iplicatiões dictæ q̄ſi τριχες: hoc ẽ capilli q pullos gallinaceos iuoluãt & ipediãt capilli pedib⁹
implicati. uñ Plau. in curcu. Quod argẽtũ tu mihi q̄ſi triehas narras? Mercedẽ: uſurã ipſam. Nũmos: ſor-
tẽ. Amaras hiſt. ab effuctu: nã moleſtũ erat: ut diximus debitorib⁹ eas audire: qđ inter alia urbis icõmoda
cõmemorat. Iuue. & auguſto recitantes mẽſe poetas. Et illic. Semp ego auditor tm̃. Vndeunde: undecunq;
ſic quoquo quocũq;: ubiubi ubicũq;: q̄ſq̄s q̄cũq;. Porrecto iu. hinc oſtẽdit q̄ moleſtũ fuerit audire talia: q̄ſi
qui mallẽt iugulari q̄ talia audire ſunt aũt iuguli: ut diximus in cõmẽtariis Iuue. illic iugulos aperire ſuſuro Iuguli.
oſſa illa duo q̄ ab utroq; humero tranſuerſa extendunt ſupra ſummitatẽ pectoris ubi deſinit collũ: & ubi cõ
iungunt ueluti latunã quãdã efficiũt: q̄ quo maior eſt: eo excellẽtius in hoĩe ingeniũ indicat. Ibi locus eſt ex
di maxime obnoxius ex eo ſit uerbũ iugulo: qđ nõ mõ gladiis: ſed ẽt morbo occidere ſignificat Cor. Cel. li. Iugulare
iii. Nã q̄rtana neminẽ iugulat. Cõminxit le. potus nõ ceſſat exẽplis oſtẽdere peccata nõ eẽ paria: noſq;: non
debere ab amico alienari ob leuia delicta: q̄ñ peccata ꝑ rei q̄litate ſint pẽſanda. Si forte inq̄t amicus meus qui
apud me cœnauit cõminxit potus lectũ: aut fregit catinũ p̄cioſum: aut ſuſtulit ex p̄te mea catini pullũ poſi-
tũ: debeo ne ob id odiſſe ut inimicũ? Sic aũt dixit Cõminxit lectũ: ut Iuue. in. iii. Saty. Si lectũ minxit amicus
ubi locus eſt corrigẽdus: nã in oĩbus q̄ uiderim exẽplaribus ſcriptũ ẽ rectũ ꝓ lectũ. Lectũ aũt intellige diſcu
bitoriũ. Catillũ tritũ ma. euan. Porphyrio hoc in loco itelligit catillũ factũ manibus Euãdri nobilis artifi
cis ſcribẽs ſic. Qui de pſonis Oratianis ſcripſerũt aiũt euãdrũ hũc celatorẽ fuiſſe & plaſtẽ ſtatuaꝝ: eũq; a. M.
Antonio ab Athenis alexãdriã trãſlatũ fuiſſe inde inter cæteros captiuos romã p̄ductũ multa opa mirabilia
feciſſe. Mihi uero uidet poeta deſignare poculũ uetuſtũ quo uſus ẽt ſit Euãder Arcas qui tenuit ea loca: ubi
nũc eſt Roma. ait. n. poeta tritũ manibus Euãdri: nõ factũ: aſſiduo. n. uſu pocula terunt: uñ illud Virgilii. Et
grauis attrita pẽdebat cantharus anſa. Nã apud Ro. pocula antiq̄ in maximo erãt p̄cio: uñ ſic ſcribit Pli. Su-
bito ars celãdi argẽti exoleuit: ſola iã uetuſtate cẽſet uſq; attritis celaturis: ut ne figura q̄dem diſcerni poſſit:

unde exit & illud Iuuenalis. Argentum uetus & ſtantem extra pocula caprum & hic uerus eſt ſenſus. Quid faciam ſi furtum fecerit? probat peccata non eſſe paria: ꝑindeq; pari pœna non eſſe punienda grauius enim eſt furtum cōmiſiſſe: q̄ cōminxiſſe lectum: aut poculum fregiſſe. Cōmiſſa fide: pro fidei. Sponſum ꝓmiſſum. Quis paria eſſe fere: Dogma ſto:eorum repræhendit qui cenſent ut ſæpe dictum eſt oĩa peccata ēē paria & ait ne eos quidem in hac ſententia permanere niſi uerbotenus: nam cum ſenſu mirabiliter eorum pugnat oratio. Quis: pro quibus. Laborant: Quum uentum eſt ad uerum. Vbi inquit ad ueram rerum æſtimationem uentum eſt laborant: intelligāt enim ſe male ſentire. Senſus moreſque repugnant animi inquit iudicium: & mores ipſi qui pro legibus habentur reſiſtunt: & aperte oſtendunt peccata non eſſe paria. Atque ipſa utilitas iuſti prope mater & æqui: ipſa etiam utilitas propter quam iudicia: legeſque inuentæ ſunt: repugnat ne peccata habeantur paria. Nā propter communem omnium utilitatem & cōmodum inuentæ ſunt leges & iuſtitia: quæ hominum errata diſcernerent & pro eorum grauitate ſupplicia conſtituerent: ita ut grauius cenſeretur libram unam auri ſurripuiſſe q̄ plumbi: ideoq; & grauiorem pœnā imponendam: hocq; factum eſt cauſa cōmunis omnium utilitatis: ut metu iudiciorum & legum unuſquiſq; in officio permaneret. ergo quum utilitas quā iudicia & leges reſpiciunt cauſa fuerit conſtituendarum legum recte a poeta mater equi & iuſti appellatur: cauſa enim gignit effectum. Vnde eſt illud Ciceronis in. ii. de legibus. Conſtat profecto ad ſalutem ciuium: ciuitatumq; incolumitatem uitāq; hominum & quietam & beatam inuentas eē leges: eoſq; qui primum eiuſmodi ſcita ſanxerunt: populis oſtendiſſe ea ſe ſcripturos atq; laturos: q̄bus illis aſcriptis ſuſceptiſq; honeſte beneq; uiuerent: quæq; ita compoſita ſancitaq; eſſent: eas leges uidelicet nominarent. Eſt enim lex ut Chryſippus ſectæ Stoicæ philoſophus diffinit: diuinarum & humanarum rerum noticia: oportet autem eam præeſſe & bonis & malis & principem & ducem eſſe: & ſecundum hoc regula eſt iuſtoꝝ & iniuſtoꝝ & eorum quæ natura licita ſunt: præceptrix quidem faciendorum: prohibitrix non faciendorum. Iuſticia uero eſt ut diffinit Vlpianus conſtans & perpetua uoluntas ius ſuum unicuiq; tribuens. Iuſticiam aūt hoīum ſocietas & cōmunitas ꝓcreauit. Quum ꝓrepſerunt primis aīalia terris. Senſus eſt. Hoīes inquit quos animalia & mutum & turpe pecus noīat: ſimulatq; nati ſunt: cœperunt inter ſe ob glandes & cubilia unguibus & pugnis decertare: & mox fuſtibus deinde armis: quæ poſt uſus fabricauerat. Hæc autem a poeta inferuntur: ut oſtendat homines quum initio ferino ritu inter ſe uiuerent paulatim iam percepta loquendi ratione cœpiſſe abſiſtere bello: & ciuitates condere: & conſtituere leges: ne furta: ne adulteria & id genus ſcelera committerentur: quæ omnia ut iuſta & æqua excogitata ſunt ad communem omnium utilitatem & beneficium: ita ut ipſa utilitas ſit mater ipſius iuſti & equi: ipſa enim iuſticia ab utilitate dependet: ac per hoc eius filia uidetur. Ordo autem eſt. Animalia: ideſt ipſi homines expoſitiue mutum & turpe pecus pugnabant unguibus & pugnis quum prorepſerunt ex primis terris: hoc eſt quum primum ex terris orta ſunt. Mutum & turpe pecus: mutum quod loqui neſciret: turpe incultum & horridum. Donec uerba: pugnabant inquit unguibus. & pugnis donec inuenere uerba & cætera. per uerba autem intellige hoc loco uocabula rerum. Quibus uoces ſenſuſque notarent: uerbis enim omnis animi conceptus exprimitur. Oppida cœperunt munire & ponere leges. Nam & ſi natura duce congregabantur homines: tamen ſpe cuſtodiæ rerum ſuarum urbium præſidia quærebant. Leges inuentæ ſunt quæ cum omnibus ſemper una eademque uoce loquerentur. Leges conſtitutæ ſunt: ut humana coerceantur delicta. Leges præmia ſtatuunt bene merentibus & maleſacientibus pœnas: unde Solon dicere ſolebat reſpublicas conſtare præmio & pœna. Nam fuit. Subiectio eſt: poſſet enim quis negare eo tempore fuiſſe adulteria: unde ait fuiſſe quidem: & propter id bella etiam teterrima & cædes multas: ſed ignorari: quia de illis nemo ſcripſit: unde eſt etiam illud in quarto carminum: uixere fortes ante agamemnona multi: ſed omnes illachrymabiles urgentur: ignotique longa Nocte: carent: quia uate ſacro. Ante helenam: nota eſt hiſtoria. Rapientes uenerem incertam: omnibus expoſitam: quum non haberent certas uxores: ſed more ferarum unamquamque indiſſerenter inirent. Editior uiribus: hoc eſt uiribus præſtantior. Nam qui potentiores erant opprimebant inferiores. Iura inuenta metu iniuſti. colligit denique iura & leges inuentas eſſe cauſa utilitatis: & metu iniuſti: ne quid inter mortales iniuſte ageretur.

Sit mihi? quid faciam ſi furtum fecerit? aut ſi
Prodiderit commiſſa fide: ſpōſumue negarit?
Quis paria eſſe fere placuit peccata: laborant
Cū uentū ad ueꝝ ē: ſenſus. moreſq; repugnāt:
Atq; ipſa utilitas iuſti prope mater: & æqui.
Cum prorepſerunt primis animalia terris:
Mutū & turpe pecus: glādē: atq; cubilia ꝓpter:
Vnguibus. & pugnis: dein fuſtibus: ita porro
Pugnabāt armis: quæ poſt fabricauerat uſus.
Donec uerba: quibus uoces ſenſuſq; notarent:
Nominaq; inuenere: dehinc abſiſtere bello:
Oppida cœperunt munire: & ponere leges:
Nequis fur eſſet: neu latro: neu quis adulter:
Nā fuit: ante Helenam cunnus teterrima belli
Cauſa: ſed ignotis perierunt mortibus illi
Quos Venerē incertam rapiētes more ferarū
Viribus editior cædebat: ut in grege taurus.
Iura inuenta metu iniuſti fateare neceſſe eſt:

Tempora

Tempora ſi faſtoſq;. Hæc cũ ſuperioribus leguntur: ut ſit ſenſus. neceſſe eſt fateatis iuſtitiam inuentã eſſe
propter utilitatem: ſi uolueris antiquitatem retexere: in q̃ nullæ erãt leges: unde conſtat leges & iuſtitiam in
uentam eſſe nõ natura ſed ratione. nã natura nouit qd ſit amarum: quid dulce: quid albũ: qd nigrum: qd aũt
iuſtũ: quid iniuſtum neſcit: nã etſi a natura omnium uirtutum habeantur principia: ea tamen recta ratio per
ſecta reddit. Eſt enim ratio motus qdam celer cogitationis: acumine & ſolertia cõſtans qui bonũ a malo di Ratio
ſcernit. Faſtos mundi: hoc eſt oẽm mundi uetuſtatem & oĩa ſcriptorum monumenta: & chronica. Nã faſti Faſti

Tempora ſi: faſtoſq; uelis euoluere mundi.
Nec natura poteſt iuſto ſecernere iniquum:
Diuidit ut bona diuerſis: fugenda petendis:
Nec uincet ratio hoc: tãtũdẽ ut peccet idemq;
Qui teneros caules alieni fregerit horti:
Et qui nocturnus ſacra diuum legerit. adſit
Regula peccatis: quæ pœnas irroget æquas:
Ne ſcutica dignum: horribili ſectere flagello:
Nam ut ferula: cædas meritum maiora ſubire
Verbera: non uereor: cũ dicas eſſe pares res:
Furta latrociniis: & magnis parua: mineris
Falce reciſurum ſimili te: ſi tibi regnum
Permittant hoĩes: ſi diues: qui ſapiens eſt:
Et ſutor bonus: & ſolus formoſus: & eſt Rex:
Cur optas: qđ habes? nõ noſti: qd pater: inq̃t

libri dicuntur noĩa magiſtratuũ continentes: &
in qbus ſit deſcriptio: uerũ geſtarum cũ ſuis tpi-
bus: unde Macrobius ait. Sũt qui hunc menſem
maiũ ad noſtros faſtos a tuſculanis trãſiſſe com-
memorent: apud quos nũc quoq; uocatur deus
Maius: eos ẽt faſtos appellamus: qbus cauſæ die
rũ feſtorum continent̃ quales ſunt faſti Ouidii.
Faſti etiã dicebantur dies qbus licebat prætori
præfati ſine piaculo tria uerba Do: dico: addico.
Nec natura: põt non poſſumus ingr ita per na
turã intelligere qd iuſtum qd iniuſtũ ſit, ut intel
ligimus qd utile: qd inutile: & qũo malũ a bono
diſtet. Nã iuſtum ab iniuſto ſecernit rõ: a natura
uero id nobis p̃ſtat̃ ut ĩtelligam⁹ dulcia & ama-
ra: utilia & inutilia. Vt diuidit bona diuerſis: ut
ſecernit bona a malis. Nec rõ uincet hoc. Nec
rõ unq̃ hoc obtinebit ut credendũ ſit tantũ illũ
peccare q caules ex horto quantũ q ex loco ſacro
res ſacras ſurripuerit. Ideq;: illđ ſciẽdũ idẽ gñis
eſſe neutri. ut ſit: Nec rõ uincet ut peccet tãtũdẽ
& idẽ hoc eſt ſiue q teneros caules fregerit & q ſa-
cra legerit ex loco ſacro. Sicq; dãnat ſectã Stoi-
co[rum] qui uolebant omnia peccata eſſe paria. Adſit regula. Senſus eſt. Supplicia eſſe adhibenda peccatis pro
eo[rum] grauitate. hoc eſt magna magnis: pua paruis. Peccatis: diſtinguẽdũ a ſuperiore ut ſit q̃ irroget pœnas
æquas peccatis: uñ eſt illđ Cice. p. L. murena. Diſtincta eẽ genera delicto[rum]: & diſpares pœnas eẽ apud hoiem
cõſtantẽ ignoſcẽdi locũ. Vbi maxime ſtoico[rum] opinionẽ ex auctoritate Platonis. & Ariſtotelis damnat. Ne
ſcutica dignũ. ordo eſt & ſenſus. Ne ſectere horribili flagello illum q leuiter peccauerit & q leuiter cedẽdus Scutica
ſit & q ſcutica tantum ſit dignus: eſt aũt ſcutica ex corio tm̃: deductum a græco α κυτοσ quod eſt corium:
pendetq; a ſuperiore ſenſu: ut ſi dicat: Regula adſit q̃ irroget pœnas æquas peccatis. hoc dico ne ſecteris &c.
Flagellũ autem poteſt eſſe nõ ſolum ex corio ſed ex quacũq; materia flexibili: diminutiuũ eſt a flagro: quod Flagellũ
apud auctores accipit̃ & p inſtrumẽto pcutiendi & p ipſis uerberibus. Nã ut ferula. Senſus eſt & ordo. Nã
nõ uereor ut illum leui flagello cædas qui meritus ſit graue ſupplicium: hoc eſt ſcio pbe te illum nõ eſſe leui
ter caſtigatu[rum] ſed acerbæ q grauiter peccauerit. q. d. ſcio te pari ſupplicio & leuiter & grauiter peccãtes puni
tu[rum]: ſeueritate. n. uteris quũ paria eſſe cenſeas hoium delicta. Vt cædas: p ne ferula nõ cædas: ut enim po
nit̃ p ne nõ. Ferula: hoc eſt leui uerbere: nã uirgultũ eſt infirmiſſimum fœniculo perq̃ ſimile: natura eadẽ
quæ anecho & fructu ſimilis. Ea manus puero[rum] uerberabant̃: uñ eſt illđ Iuue. Et nos ergo manũ ferulæ ſub
duximus. Martia. Ingratæ nimiũ pueris: grataeq; mag̃ris. De hac plura apud Iuue. diximus. Furta la. utrũ
quũ dicas furta eẽ paria latrociniis: & pua magnis ut latrociniũ grauius dicat q̃ furtũ: an quũ dicas furta pua
eẽ paria magnis latrociniis. Mineris: ſubaudi quũ a ſupiore: ut ſit Quũ mineris ſilis falce. hoc ẽ ſilis ſuppli
cio & magna & parua delicta puniturũ: quũ paria ẽt ea cenſeas. Si tibi regnũ pmittãt hoies: hoc eſt ſi ab hoĩ-
bus facultas puniendi tibi tradatur. Si diues qui ſapiens eſt. Irridet ipſum Stoicũ. Si ſapiens inquit diues eſt
ut tu ſentis & rex: & omnes nouit artes cur deſideras quod habes? optauit enim ſibi regnum. Ordo autem ẽ.
Si ille ſolus qui eſt ſapiens: eſt ſutor bonus & formoſus & rex: quaſi dicat ſi rex es. non eſt opus quæras regnũ
quum id habeas. unde eſt illud Ciceronis in oratione pro. L. murena ex ſententia Stoicorum. Solos ſapientes
eſſe (ſi diſtortiſſimi ſint) formoſos. ſi mendiciſſimi: diuites: ſi ſeruitutẽ ſeruiant: reges: omnia quæ ubiq; eſſent
Sapientis eſſe: neminem conſulem: prætorem: imperatorem: neſcio an ne quinqueuirũ quidẽ niſi ſapientem.
poſtremo ſolum ciuem ſolum liberum: inſipientes omnes peregrinos: exules: ſeruos: furioſos. Non noſti
quid pater inquit chryſippus dicat. Subiectio eſt: perſonam enim contradicentis per urbanitatem fingit: ut
& ſtoicos & alios quorum nomina ſubiecit derideat. Nõ noſti quid dicat pater chryſippus? quaſi dicat nõ
ſcis ipſum chryſippum tanquam ſectæ ſtoicæ patrem hoc ſentire: uirum perfectæ ſapientiæ habere omnia.
Sapiens enim omnia iſta nomina poſſidet: quæ ut ſcribit Cicero libro. iiii. de finibus bonorum & malorum
irrideri ab imperitis ſolent. Rectius enim appellabitur rex: q̃ Tarquinius: qui nec ſe nec ſuos regere potuit.
Rectius magiſter populi. (Is enim eſt dictator) q̃ Sylla qui trium peſtiferorum uitiorũ luxuriæ: auariciæ: cru
delitatis magiſter fuit. Rectius diues q̃ Craſſus qui nulla alia belli cauſa quam auri cupiditate Eufratem trã
ſire uoluit. Rectius eius omnia dicentur: qui ſcit uti ſolus omnibus. Recte etiam pulcher appellabitur. Ani-
mi enim liniamenta ſunt pulchriora q̃ corporis. Recte ſolus liber: nec diminutioni cuius q̃ parens neq; obe-

diens cupiditate. Recte inuictus cuius etiam ſi corpus conſtringatur: aio tamen uincula iniici nulla poſſint: unde eſt carmen illud Auſonii. Qui recte faciet: non qui dominatur: erit rex. Inquit. ſ. perſona ſubiecta.

Pater chryſippus: patrē appellat poeta ob uenerationē & acumē ingenii: unde illud nō illepide ferebat. Si dii dialectica uti uellēt non temere alia uſuros q̃ chryſippæa. Sapiēs trepidas ſibi nūq̃. Chyſippus ſtoic⁹ ait hominē perfectæ ſapientiæ licet nunq̃ calceos fecerit tñ ſcite facere. Quo? quō: interrogatiue. Vt quāuis tacet Hermogenes. Quēadmodum Hermogenes tigellius: licet nō canat tamē bonus eſt cantor: & Alphenus licet ſutrinam clauſerit tñ eſt bonus ſutor: ſic & ſapiēs ē diues & rex ēt ſi ſit ſine diuitiis & regno. Alphen⁹ ſutor fuit auctore porphyriōe q abiecta ſutrina quā i municipio ſuo exercuerat romā petiit: magiſtroq; uſus Sulpitio: iuriſconſulto ad tantum peruenit ut conſulatum gereret & publico funere efferret. Sapiēs operis. Ordo eſt. Sic omnis ſapiens ſolus eſt optimus opifex opis: ſic rex.

Chryſipp⁹ dicat: ſapiēs crepidas ſibi nūquā:
Nec ſoleas fecit: ſutor tamen eſt ſapiens: quo?
Vt q̃uis tacet Hermogenes: cātor tamen. atq;
Optimus ē: modulator: ut Alfenus uafer omni
Abiecto inſtrumento artis: clauſaq; taberna
Sutor erat ſapiens operis: ſic optimus omnis
Eſt: opifex ſic rex ſolus: Vellunt tibi barbam
Laſciui pueri: quos tu niſi fuſte coerces:
Vrgeris turba circum te ſtante: miſerq;
Rumperis: & latras magnorū maxime regū:
Ne longū faciā: dum tu quadrante lauatum
Rex ibis: neq; te quis quam ſtipator ineptum
Præter Criſpinum ſectabitur: & mihi dulces
Ignoſcent: ſiquid peccauero ſtultus: amici:
Inq; uicem illorum patiar delicta libenter:
Priuatuſq; magis uiuam te Rege beatus.

Sic: hoc eſt hoc modo. quo Hermogenes erat cantor quāuis taceret. Et Alphenus erat ſutor licet Sutrinā clauſiſſet. Vellūt tibi barbam. L. P: Stoicū deridet: quō rex es o Stoicæ quū nequeas petulantiam puero℞ barbā tibi uellentium alio modo repellere q̃ fuſte tuo? ſicq; oſtendit ridicula perſuaſione ſibi uēdicare qđ neq; habet. Vellūt tibi barbā: philoſophi. n. Barbati incedebant & capillati: ſæpeq; occurrētibus erant ludibrio: barba. n. in contemptū & deriſum euellebat: unde eſt illud Perſii. Multū gaudere paratus Si cynico barbā petulans nonaria uellat: unde ut refert Philoſtratus libro ſeptimo. Domitianus Apolloniū Tyanæū contumelioſe deludere cœpit capillos barbāq; attondēs & iter ſceleratos uinciri iubēs.

Fuſte philoſophi. n. cū fuſte & pera incedebant unde Apuleius in prima Apologia. ue℞ tamē hæc Diogeni & Anthiſteni Pera & Baculus: qđ regibus diadema: qđ imperatoribus paludamentū: quod pontificibus gale℞: qđ lituū auguribus.

Latras: more canis pueros latras. Maxime magno℞ regum: manifeſta Stoici irriſio: q uolebat ſapientem nunq̃ ſeſe priuatū: ſed perſonam publicā haberi: q̄ñ cui omnes ut ſapienti obedirent nā qui ſapiens eſt oibus tanquam rex imperat & dominat: nulliq; aut homini: aut animi perturbationi fortunæue ſuccumbit: unde eſt illud Auſonii ut pauloante dixim⁹. Qui recte faciet: nō q dñatur erit rex.

## SERMO .IIII.

EVpolis: atq; Cratinus: ariſtophaneſq; poetæ.
Atq; alii: quorum comœdia priſca uiroru m eſt:
Siquis erat dignus deſcribi: qđ malus: aut fur
Q đ mœchus foret: aut ſicarius: aut alioqui
Famoſus: multa cum libertate notabant.
Hinc omnis pendet Lucilius hoſce ſecutus:

Dū tu quadrāte lauatum. Satis urbane. Senſus eſt. Quādiu tu ſolus lauabis dato q̃drante balneatori. neminem habebis q te comitet præter Criſpinum diſciplinæ ſtoicæ ſectatorem: mihi aūt amici mei ignoſcēt ſiqđ peccauero: & ego illis: dū tu oīa cōtēnis & dicis nō eē ueniā dandā peccatis: & oīa peccata eē paria: uult aūt ꝓbare poeta ſtoicū nō eē regē quū dicit illū lauare ſe dato quadrāte balneatori: neq; peccata eſſe paria quū dicit mihi ignoſcēt amici & ego illis. Quadrāte lauatū: p q̃drantē exiguā mercedē intelligit q̄lē pſoluūt pauperes. Iuue. Cedere ſyluano porcū: quadrāte lauari. eſt aūt quadrās q̄rta ps aſſis hoc ē unciæ tres. hic tñ capit ꝑ nūmo modici ꝓcii. Præter criſpinum. Hic eſt ille Criſpinus ſtoicus: de quo in prima ſatyra. Ne me cōpilaſſe putes criſpini ſcrinia lippi. Patiar delicta: ſubſtinebo ſi peccauerint. Priuatuſq;. Senſus eſt & ordo. Ego priuatus uiuam magis beatus q̃ tu rex. Priuatus enim dicitur qui ſine publico honore eſt.

EVpolis atq; Crati. Ariſto. poetæ. Hoc ſermōe cōquerit poeta ſibi nō licere ea libertate notare uitia hoium: q̃ reliq poetæ & græci & latini taxauere: ait. n. carmina ſua oib⁹ eē odioſa nulla alia de cā q̃ ꝙ eo℞ uitia ſectet. Ait ergo Eupolidē: cratinū & Ariſtophanē græcos poetas ueteris comœdiæ: & Luciliū latinū poetā ſatyricū multa cū libertate uitia hoium eē pſecutos. Eupolis aūt cratinus & Ariſtophanes comœdiæ priſcæ ꝓcipui extitere ſcriptores q ciuiū uitia ſūma libertate perſtrinxerunt. Nā antiq̃ illa comœdia cū ſynceram illā ſermonis attici grām ꝓpe ſola retinet: tū fœcūdiſſimæ libertatis & in ſectandis uitiis ē ꝓcipua. Atq; alii: plures. n. huius comœdiæ ſcriptores extitere: ſed Ariſtophanes: Eupolis & Cratinus ꝓcipui. Hinc oīs pēdet lucilius. Primus fuit q apud latinos ſatyrā ſcripſit. In eo mira fuit: ut docet Quintil. eruditio & libertas atq; inde acerbitas & abūde ſalis. Tāta carminis acerbitate: multos ēt noiatim ē pſecutus ut a Perſio dict⁹ ſit ueluti gladio uitia hoium ſecuiſſe. Secuit Lucilius urbē: te lupe: te muti & genui: num fregit in illis. Iuue. Enſe uelut ſtricto quotiēs Lucilius ardens infremuit rubet auditor. Mire aūt

oſtendit poeta ſatyrã quæ tota ut teſtatur Quintil. noſtra eſt originẽ ex cõmœdia archea duxiſſe. Mutatis tantum pedibus: nam antiqui poetæ qui comœdias priſcas ſcripſerunt iambico & eiuſmodi metro uſi ſunt perſonis introductis: uitia hoiũ cum denominatione etiã perſonarum perſequentes: eratq; comœdia illa archea fere nouæ ſimilis. Satyra uero quæ manauit ut diximus ex comœdia uetere hexametris cõſtat. Facetus: elegans. Nam facetum non ſolum appellamus qui ridicula narrat: ſed & eum q ſit cuiuſdam excultæ elegantiæ: unde in ſatyra Nempe incompoſito genus orationis molle & facetum tribuit Virgilio Hora. Molle atq; facetum Virgilio annuerunt gaudẽtes rure camenæ. Emunctæ naris: nitidus & politus q̃ſi oĩ abſterſa immundicia: ut a naribus ſolet ad decorẽ abſtergi. Durus: aſper ad cõponẽdos uerſus. Nã fuit ĩ hoc uitioſus: ut faceret uerſus duros. Nã duros appellamus uerſus q ſtructura ſint quaſi inextricabili: obſcuras habeãt ſententias: uocabula affectata: cõtra dicimus molles uerſus qbus inſit ſtructura facilis: ſententiæ clariſſime uocabula ꝓpria & uſitata. In hora ſæpe ducẽtos ut magnũ: putabat inquit rẽ ſcilicet magnã facere: ſi multos uerſus modico tempuſculo dictaret per quod monet poeta illũ nõ eſſe magnifaciendum qui multos uerſus: ſed q bonos quis paucos faciat. Quũ flueret lutulẽtus: Alegoria eſt a flumine: qua ſignificat fuiſſe tamẽ in carminibus Lucilii quod poſſes tollere & laudare: licet ita lutulenta fluerent: hoc eſt aliquid tamen ex malis carminibus: potuiſſe excerpi. Tollere: ſumere ut bonum. Garrulus atq; piger: duo in eo notat uitia & ꝙ nimio in carmine diffunderetur ſermone: & ꝙ piger eſſet ad carmen ſuum: bene tutrinandum. Scribendi recte. Laborabat ĩquit nõ ut recte ſcriberet: ſed multum. Nil moror. nil inſiſto ꝙ multum ſcriberet: hoc eſt non magnifacio: ſic alibi in epiſtolis. Nam uina nihil mõror illud otæ. Ecce: hæc ita inferuntur a poeta ut oñdat non eſſe mirum Lucilium: lucilium tam promptum fuiſſe ad ſcribendum non recte ſed multum: nam ecce inquit & criſpinus minimo me prouocat: quaſi & ipſe putet rem magnam ſe facere: ſi breui momẽto temporis multum ſcripſerit: ſequitur enim uideamus uter plus ſcribere poſſit. Minimo me ꝓuocat hoc eſt ex ꝓuerbiali conſuetudine. Solemus. n. dicere minimo me ꝓuocat digito quũ uolumꝰ aliquẽ intelligi tm̃ ualere minimo digito q̃tũ alius totis uiribus. Criſpinus aũt nõ tã bonos q̃ multos uerſus faciebat: cuiꝰ & ĩ prima ſatyra Meminit. Ne me cõpilaſſe putes criſpini ſcrinia lippi: fuit aiũt ut diximus: ĩ prĩa ſatyra ſectæ ſtoicæ ſtudioſiſſimus: & carmina ſed tã garrula ſcripſit ut aretalogus ſit cognominatus. Accipe ſi uis Accipiam tabulas: eſt poetæ oñdẽtis Criſpinum prouocãtẽ ad ſcribendum. Vter plus ſcribere poſſit. hinc tota ẽ ĩdignatio poetæ ꝙ dixerit plus nõ aũt melius. Dii benefecerunt: uerba Horatii ad Criſpinum. Finxerũt: formauerunt. Ingenii inopis atq; puſilli: ut nõ poſſim tã multa ſcribere. Perpauca loq̃ntis: ad illud reſpicit qđ ait plus ſcribere poſſit. At tu concluſas: Alegoricos oñdit. Criſpinum carmina inflata & turgida ſcribere: legẽdumq; eſt cũ indignatiõe. At tu imitare auras concluſas follibus: eſt aũt imperatiuus imitare. Vt mauis: ut libẽter facis. Auras concluſas follibus hircinis. At tu ſcribe inq̃t carmina inflata: ꝑ auras autem alegoricos intellige carmina turgida & inflata: per folles aũt pectus ipſum Criſpini. Hinc ſumpſit illud Perſius. Tu neq; anhelanti coquitur dũ maſſa camino Folle præmis uẽtos. Auras uſq; laborantes: nulla ex parte ceſſantes.

Facetus

| | |
|---|---|
| Mutatis tantum pedibus: numeriſq; facetus: | |
| Emunctæ naris durus componere uerſus: | |
| Nam fuit hoc uitioſus. in hora ſæpe ducentos: | |
| Vt magnũ: uerſus dictabat ſtans pede in uno. | |
| Cũ flueret lutulẽtus: erat: quod tollere uelles: | |
| Garrulus: atq; piger ſcribendi ferre laborem: | |
| Scribẽdi recte: nã ut multum: nil moror. Ecce | |
| Criſpinus minimo me prouocat: accipe ſi uis | |
| Accipe iam tabulas. detur nobis locus: hora: | |
| Cuſtodes: uideamus uter plus ſcribere poſſit: | |
| Dii bene fecerunt inopis me: quodq; puſilli | |
| Finxerunt animi raro & perpauca loquentis. | |
| At tu concluſas hircinis follibus auras | |
| Vſq; laborantes: dum ferrum molliat ignis: | |
| Vt mauis imitare. Beatus Ennius: ultro | |
| Delatis capſis: & imagine: cum mea nemo | |
| Scripta legat: uulgo recitarẽ timẽtis: ob hãc rẽ: | |

Dũ ferrum molliat ignis: dum ferrum molliat igne. i. donec materia calore igenii perficiatur. Beatus fannius. urbaniſſima amaritudine appellat beatũ fannium: hoc ẽ fortunatum & felicem poetã malum ſui tpis: cuius imaginẽ & capſas cũ libris ait receptas fuiſſe ĩ bibliothecã muſarum quũ interi carmina ſua nec publice nec priuatim quiſq̃ uellit legere: ꝙ conſcii ſuorum ſcelerum tali poemate nõ delectent. Delatis capſis. ſ. in bibliothecã: quæ erat ĩ æde apollinis & muſaꝝ extructa ab Auguſto Cæſare in ea pte palatii quæ fulmine olim diſiecta fuerat: Ibi. n. erat porticus cũ bibliotheca tã græca q̃ latina ad quã ſcriptores opa ſua deferebãt unde Marti. loq̃ns ad librũ ſuũ. Iure tuo uenerãda noui pete limina tẽpli: reddita pierio ſũt ubi tẽpla choro. Hora. alibi. Sacra palatinus quæcũq; recepit Apollo. Iuue. Neqd tibi cõferat iſte quẽ colis & muſaꝝ & Apollinis æde relicta ipſi facit uerſus. Lege q̃ ſcripſimus apud Perſiũ illic. Ad ſacra uatũ carmẽ affero noſtrũ. Et imagine: imagines. n. ẽt poetis erigebant Iuue. Qui facis in ꝑua ſublimia carmina cella ut dignus uenias hederis & imagine macra. L. Accius poeta in æde muſaꝝ auctore Pli. maxia forma ſtatuã ſibi poſuit cũ is breui admodũ eſſet ſtatura. Quũ mea nemo: hinc tota eſt poetæ indignatio ꝙ mali ẽt poetæ carmina in ꝑcio habeant: ſua aũt cõtemnant. Scripta mea timẽtis: attẽdẽda eſt Locutio: quæ recta qdem eſt. neq; enim recte diceret. Scripta mei timẽtis quũ genitiuus mei ſtet paſſiue. Dicimus. n. uidi filium tuũ abeũtis hinc. nõ filiũ tui abeuntis hinc. De iis Laurẽtius uallẽſis uir ætate noſtra eruditiſſimus in elegantiis ſuis optime diſſeruit.

Hoc genus:ſcilicet carminis ſatyrici. Quemuis media elige turba:nõ eſt inquit tamen mirũ ſi carmina mea odioſa ſunt:ꝙ nemo fere eſt qui aliquo uitio non laboret: tales autem metuunt uerſus & poetas ipſos. Ambitione miſera:ab effectu.nam ambitio hominem reddit miſerum & anxium. Cicero in primo de officiis. Miſerrima eſt omnino ambitio honorumq; contentio &c. Nam miſerias & ſeruitutem affert: quoniá a ffectui ſeruitur & ambitioſus eſt miſer: neq; enim poteſt eſſe mente tranqlla: eſt autem ambitio cupiditas quædam immodeſta ad conſequendas dignitates. Splendor argenti; eſt q delectaſ ſuppellectile argentea.

Q ð ſt:quos gñs hoc mĩme iuuati utpote pſcs
Culpari dignos. Q uẽuis media elige turea.
Aut ob auaritiá.aut miſera ambitiõe laborat:
Hic nuptarum inſanit amoribus:hic puerorũ:
Hũc capit argẽti ſplendor:ſtupet Albius ære:
Hic mutat merces ſurgente a ſole ad eum quo
Veſpertina tepet regio: quin ꝑ mala præceps
Fertur:uti puluis collectus turbine: nequit
Summa deperdat metuẽs:aut ampliet ut rem:
Omnes hi metuunt uerſus.odere poetas.
Fœnũ habet in cornu:lõge fuge.dũmodo riſũ
Excutiat ſibi non hic cuiquam parcet amico.
Et quodcunq; ſemel chartis illeuerit: omnes
Geſtiet a furno redeuntes ſcire lacuq;
Et pueros:& anus. Agedũ pauca accipe cõtra:
Primũ ego me illorũ:dederi qbus eſſe poetas:
Excerpã numero.neq; enim concludere uerſũ
Dixeris eſſe ſatis:neq; ſiquis ſcribat.uti nos
Sermoni propiora:putes hunc eſſe poetam:
Ingenium cui ſit:cui mens diuinior.atq; os
Magna ſonaturũ.des nominis huius honoré.
Idcirco quidam Comœdia:necne Poema
Eſſet:quæſiuere:quod acer ſpiritus:ac uis:
Nec uerbis:nec rebus ineſt:niſi ꝙ pede certo
Differt ſermoni ſermo merus.at pater ardens
Sæuit quod meretrice nepos inſanus amica
Filius:uxorem grandi cum dote recuſet:

Stupet albius ære. Albium quem etiam infra male uiuentem oſtendet: cupiditate uaſorum & ſignorum corinthiorum teneri ait. Aes autem corinthium dicebatur quod æquali portione auro & argento miſcebatur. Eius autem mixturæ inueniendæ cauſa fuit incẽdio ipſius ciuitatis corinthi. Ná quũ ciuitas a. L. Mumio conſule ex ſenatuſconſulto diruta fuiſſet: qa ibi legati romanorũ uiolati fuerant: infinitum auri: argentum: æs: & ferrum in cõflagratione incẽdii confuſum eſt & commixtum: unũ fluxit: nouũ genus metalli: ad cuius ſimilitudiné mixtura eiuſmodi ab eo tempore æs corinthium uel uaſa corinthia dicunſ. De ære corinthio Eutropius plinius lib. ix. cap. xl. & lib. xxxiiii. capi. ii.

Aes corinthium

Veluti puluis collectus turbine: quo ipetu fertur puluis per aera agitatus turbine. Eſt auté turbo uentus repentinus qui exhalante terra ortus ſe ipſum circumagit: & eundem ambiens locũ ſeipſa uertigine concitat: nec ſine fragore proxima quæq; proſternit. Lege plinium ſecundo libro. & Senecam in quinto naturaliũm. Somma. de ſumma hoc eſt ſorte. Fœnum habet in cornu: Imitatiuo charactere hoc fingit dicere eos: q conſcientia uitiorum timeant maledicum poetam: ſic. n. loquuntur inter ſe uitioſi funge hunc poetam: fœnum habet in cornu ut ſit uitandus eſt: quia hunc & illũ carminibus ſuis ferit: ſumptum autem eſt a bobus quibus quum feriunt fœnum ligatur in cornibus quod ſignũ eſt tranſeuntibus ut uitent eos. Quod fieri ſolitum putat plutarchus in problematis ꝙ uberiore pabulo non ſolum boues ſed & equi & aſini ferociores efficiantur. Indeque natum eſt prouerbiũ in maledicos & feroces. Illeuerit: mandauerit inſcripſerit: eſt enim ab illino quod facit illeui in præterito. & illitum in ſupino: ſicut relino releui: unde Teren. dolia omnia releui. Omnes redeuntes a furno: unumquenque etiam uulgarem. Lacuque: eos etiã qui alacuant aquã referunt aut reducunt iumẽta poeta. Agendũ pauca accipe cõtra. Audi tu q poetas ſatyricos repræhendis: nõ eſt ꝙ timeas me: nam ego poetã me nõ uoco: ut ſit ſenſus: primũ oium ego me nõ pono in numero eoꝝ quos cõſentio poetas eſſe: quippe ſermoni quotidiano ꝓpiora ſcribens. Ordo aũt eſt. primũ oium ego excerpã me ex numero illorum quibus dederim eſſe poetas. Dederim: conceſſerim. Neq;. n. concludere uerbum: ratio quare non ponat ſe in numero poetaꝝ ꝙ ea non habeat quæ uero poetæ cõueniũt. Ingeniũ cui ſit: illum dicit poſſe poetam appellari cui ſint quæ ſubſequenter cõmemorat: ordo erit. Des honoré huius nois cui ſit ingeniũ &c. Os magna ſonaturũ. i. qd' magna & ſublimia cecinerit. Honoré huius nois. i. ut dicaſ poeta. Idcirco qdá. Quoniam inqt comœdia eá præſſo tamq; humili charactere cõpoſita eſt dubitauere nõnulli an poema eẽt appellandũ: ꝙ ea nulla nec uerbis. nec rebus ieſſet grauitas aut uehemẽtia ſed tm̃ a ſermone quotidiano ſolis pedib⁹ differret. hæc aũt inferuntur ꝑꝑ id qd' dixit illũ tm̃ dici poſſe ueꝝ poetã qui magna ſonet. Poema il luſtres grãmatici differentiã hanc faciunt inter poeticẽ: poema: & poeſin: ut poetice ars ipſa intelligaſ. poema pars opis ut comœdia & tragœdia. poeſis contextus & corpus totius operis effecti: ut ilias. odyſſea Aeneis. At pater ardẽs uerba ſunt perſonæ affirmãtis comœdiã eẽ poema ꝙ in ea ſint ſenſus cõcitati & acris uerboꝝ uis ut recte poſſit appellari poema. Ait ergo: pater ardẽs. i. ira accenſus qlis é Simo terẽtianus pater pamphili ſæuit ꝙ filius nepos inſanus meretrice amica recuſet uxoré cũ grãdi dote. q. d. & comœdia magna ui uerboꝝ utiſ & ſenſibus cõcitatis ut merito poſſit dici poema. Inſanus amica meretrice. i. ꝑditus amore meretricis. Nepos: luxurioſus ꝑdig⁹. Recuſet uxoré cũ grãdi dote: ut pãphilus recuſauit philomenã cũ grãdi dote.

Turbo

poeticæ
poema
poeſis



Ebrius

Ebrius & magnum dedecus:magnum opprobrium: p magni dedecoris.Ordo autem eſt. Sæuit q recuſet uxorem cum grandi dote:& q ambulet ebrius expoſitiue magnum dedecus. Ante noctem : per noctem: aut ante tẽpus noctis:qa cæci ſunt amatores qui ſæpe faciunt quæ faciẽda nõ ſunt. Nunquid Pomponius iſtis audiret leuiora:uerba ſunt negantis comœdiam eſſe poema . Mira aũt urbanitate atq; amaritudine flagellat more ſatyrico quẽdam Pomponium iuuenem ſui tpis prodigum:ut ſit ſenſus . Ais tu in comœdia res ſumma grauitate acriq; uerbo2 ui peragi. At ego cõtra dico ita omnia leuia eſſe:ut leuiora iſtis nunq̃ audiret Pomponius a patre in repræhenſione ſi ipſe pater uiueret.

Ebrius & magnũ quod dedecus:ambulet ante
Noctem cũ facibus.nunqd Pomponius iſtis
Audiret leuiora:pater ſi uiueret? ergo
Non ſatis eſt pueris uerſũ perſcribere uerbis:
Quem ſi diſſoluas:quiuis ſtomachetur eodẽ:
Quo pſonatus:pacto pater.his:ego quę nũc:
Olim quæ ſcripſit Lucilius eripias ſi
Tẽpora certa:modoſq; & qd pri⁹ ordine uerbũ
Poſterius facias pponẽs ultima primis:
Non:ut ſi ſoluas:Poſtquam diſcordia tetra
Belli ferratos poſtes.portaſq; refregit:
Inuenias etiam diſiecti membra poetæ.
Hactenus hæc:alias iuſtum ſit necne: poema:
Nunc illud tantum quæram merito ne tibi ſit
Suſpectum genus hoc ſcribendi.Sulcius acer
Ambulat:& Caprius:rauci male:cũq; libellis
Magnus uterq; timor latronib⁹:at bene ſiquis:
Et uiuat puris manibus:contemnat utrunq;.
Vt ſis tu ſimilis Celi:Byrrhiq; latronum:
Nõ ego ſim Capri:neq; Sulci.cur metuas me?
Nulla taberna meos hẽat:neq; pila libellos:

Eſtq; legẽdum cũ interrogatione quæ uim hẽt negationis. Nũqd audiret leuiora.q.d.non audiret leuiora iſtis.ſ.comicis : q̃ ſũt iſta comica. q. d. maiori uerborum acrimonia Põponius a pr̃e repræhendet:q̃ filii a parẽtib⁹ in comœdiis. Ergo nõ ſatis ẽ puris uerſum pſcribere uer.Quũ dubitatũ ſit a plæriſq; an comœdia eẽt poema:q; tm̃ mõ uerbis puris cõſtaret ſine uehemẽtia atq; acri ui uerbo2.Ergo ait nõ ẽ ſatis ſcribere uerſum puris uerbis niſi & uis q̃dã acris uerbo2 adhibeat:q̃ lectorem moueat atq; cõcitet. Puris uer.uerba pura dicũt q̃ a uera latinitate nõ diſcedũt.Latinitas aũt eſt q̃ ſermonẽ cõſeruat pu2 ab omni uitio remotũ. Verba aũt debẽt eẽ uſitata & ppria.uſitata ſũt ea q̃ uerſant in ſermõe & cõſuetudinẽ quotidiana ppria q̃ ei⁹ rei uerba ſũt aut eẽ pñt: de q̃ loqmur. Quẽ ſi diſſoluas.Quem uerſum ſi diſſoluas inqt quis ſtomachet ob ineptã ei⁹ cõpoſitionẽ eodẽ mõ quo pr̃ pſonatus iraſcit filio ſuo:hoc eſt pr̃ de comœdia. His ego q̃ nũc Olim quæ ſcripſit Lucilius. Sẽſus eſt. Si diſſoluas uerſus quos ego nũc ſcribo: & quos olim Lucilius:nõ inuenias ſigna ulla poetica in meis qa de cõi ſermõe ſunt:qualia iuenias in uerſib⁹ Ennianis ſi ſoluant:q magno.ſ.ſpiritu & uerbis altioribus ſunt cõpoſiti : uelut hi ſunt. Poſtquã diſcordia tetra Belli ferratos poſtes portaſq; refregit.Ordo aũt eſt.Non inuenias mẽbra diſiecti poetæ in his q̃ ego nunc ſubaudi ſcribo: & quæ olim ſcripſit Lucillius:ut inuenias ſi ſoluas carmẽ ſequens Ennianum poſtq̃ diſcordia tetra &c. Virgi.in.vii. Aenei. Enniũ imitatus ait:Belli ferratos rupit ſaturnia poſtes. Hactenus hæc:ſubaudi ſatis ſint.

Latinitas
Vſitata
propria

Alias:alio tpe ſubaudi tractabimus:aut quæremus:aut quid tale an comœdia ſit iuſtũ poema an non.i.an uere poema appellari poſſit:ut ei nihil deſit quod uero poemati conueniat. Nunc illud tantum quæram. Ego nunc inquit illud tantum quæram:an carmen ſatyricum iure tibi odioſum ſit. Sulcius acer Ambulat & Caprius rauci male . Hi acerrimi delatores & cauſulici fuiſſe traduntur:& ideo rauci q in contentione iudiciorum clamarent:hæc autem a poeta inferuntur ut oſtendat a malis timeri ſolere delatores:a bonis uero contemni:per quod colligit:nihil eſſe quare recte uiuentibus.Immo neque malis ſua carmina ſint timenda:quum ipſe non ſit delator:ut Caprius eſt & Sulcius.Sicq; per tranſitum utrunq; ut delatorem flagellat.

Rauci male:ideſt ualde & uehementer rauci . Raucus autem appellatur ut docuimus apud Iuuenalem Rauci theſeide codri.Clamoſus hoc eſt magni clamoris:unde Rauca cornua & fulmina dicimus.Ouidius in faſtis.Ecce rudens rauco:ſi leni uictor aſellus intempeſtiuos edidit ore ſonos. Virgilius.Dant ſonitũ rauci per ſaxa ſilentia cigni.Raucus item capitur pro eo cui uox ſit obliſa & contuſa nimio clamore . Quintilianus . Et raucas fauces ac latus fatigatum deformi cantico reficere. Cũque libellis : in quibus notant quæ deferunt. Vt ſis tu ſimilis celi byrrhique latronum . Senſus eſt.Licet inquit ſis tu latro: quales fuerunt Celius & Byrrhus:& ego non ſim delator quales fuere Sulcius & Caprius: quare debes me timere : ut Sulcium & Caprium?Quid ſi Virgilius in bucoli.ad hunc Celium reſpexit. Dic quibus in terris & eris mihi magnus Apollo Tris pateat Celi ſpacium non amplius ulnas . Nam & Seruius ſcribit Celium fuiſſe hominem luxurioſum. Nulla taberna meos habeat neque pila libellus.Non eſt inquit quod timeas me:nolo enim libellos meos per bibliopolas publicari:qui ſolent eos in tabernis : aut armariis iuxta pilas uenditare : ne in uulgares & ſordidos qualis eſt Hermogenes Tigellius incidant : ſicque per tranſitum more ſatyrico non ceſſat flagellare Hermogenem Tigellium:ut imperitum.Legendumq; eſt non ſine aliqua indignatione per imperatiuum modum:ut ſit ſenſus.Nulla taberna habeat meos libellos:ideſt nolo ulla taberna habeat meos libellos. Sicq; ſubtiliter innuit libros ſuos non eſſe dignos qui manibus uulgarium pertractentur:quum multitudinis iudicio ſtandum non ſit:nec quod illa putet : idem putandum pulcherrimum. Pila: dicitur hoc loco quæ parietem ſuſtentat & prima longa eſt . pila item capitur pro lapide cauo in quo antiqui ſiccatas pila

fruges ante uſum mola₰ pinſebant:pila item dicit qua luditur:& omnis figura orbiculata: unde etiam per diminutionem pilula prima breui:unde in ſequentibus. Nã⁊ pila lippis inimicum & ludere crudis. Pilæ itẽ auctore Feſto pompeio dicuntur effigies tam uiriles q̃ muliebres ex lana: quæ ſuſpendi olim compitalibus ſolebant in compitis:quæ eſſe deorum inferorum quos uocabant lares putabantur:quibus tot pilæ quot capita ſeruorum:tot effigies quot eſſent liberi ponebantur ut parcerẽt uiuis. Quis manus inſudet uulgi:hoc autem dicit contra illud. Et quodcun⁊ ſemel chartis illeuerit:omnes Geſtiet a furno redeuntes ſcire lacu⁊: & pueros & anus. Dicit autem ſe niſi amicis at⁊ coactum recitare. In medio qui ſcripta foro recitent: pronunciandum riſu ſatyrico:non deeſſe poetas glorioſos tan⁊ ambitioſos: ut etiam in medio foro:at⁊ etiam balneis famam aucupantes recitent: a quo uitio alienum ſe penitus eſſe oſtendit. Suaue locus uoci:non eſt inquit miꝶ eos in balneis recitare:nam uox ſuauiter illic reſonans uerſos facit gratioſiores: eſt⁊ dictum ut bamiſſima amaritudine. Inanes: glorioſos & ambitioſos. Haud illud quærentes:nõ quærũt inquit illud num faciant hoc ſine ſenſu hoc ẽ inſipienter & ſtultæ quũ imperitæ turbæ recitẽt.

Alieno tempore:non congruo. Lædere gaudes:ſubiectio eſt. Dicis cordi mihi eſſe hoĩes lædere. Et hoc ſtudio prauus facis:hoc eſt:q̃a prauus es ſtudio facis:poteſt etiam ſic accipi per hypallagen:hoc facis prauo ſtudio. Vnde petitũ: uerba poetæ unde inquit hoc crimen in me colligis:metaphora ſumpta a iactu telorum q̃ utiq⁊ aliunde tolluntur ut mittantur. Eſt auctor q̃s? Quis eſt inquit eorum cum quibus uixi: qui me hoc crimine inſimulet? Ordo autẽ eſt. Quis eorum cum quibus uixi eſt deni⁊ auctor? Abſentem qui rodit amicum. Dicis me malum eſſe & qui gaudeat lædere: ſed uehementer falleris: nã ii mali appellãdi ſunt qui amicum abſentem rodunt nec defendunt alio colpante. Solutos qui captat riſus hominum. Et ii inquit mali ſunt dicendi qui putant ſe urbanos haberi ſi hunc & illum carpendo riſum circunſtantibus mouent.

Q uis man⁹ ĩſudet uulgi:Hermogeniſ⁊ Tigel
Nec recito cuiq̃:niſi amicis:id⁊ coactus. (li.
Non ubi uis:corã ue q̃buſlibet. In medio qui
Scripta foro recitent:ſunt multi:q⁊ lauãtes.
Suaue locus uoci reſonat concluſus inanes
Hoc iuuat:haud illud quærẽtes: nũ ſine ſenſu:
Tempote num faciant alieno. Lædere gaudes
Inquis:& hoc ſtudio prauus facis. unde petitũ
Hoc in me iacis? eſt auctor quis deni⁊ eorũ
Vixi cum q̃bus? Abſentem qui rodit amicum:
Q ui non defendit alio culpante:ſolutos
Q ui captat riſus hominum:famã⁊ dicacis:
Fingere qui non uiſa poteſt:commiſſa tacere
Q ui neq̃t:hic niger ẽ:hũc tu Rõanæ caueto.
Sæpe tribus lectis uideas cœnare quaternos:
E quibus unus auet. quauis aſpergere cũctos:
Præter eũ:q̃ p̃bet aquã:poſt hũc quoq⁊ potus:
Condita cum uerax aperit præcordia Liber:
Hic tibi comis:& urbanus:liber⁊ uidetur
Infeſto nigris ego ſi riſi:quod ineptus
Paſtillos Rufillus olet. Gorgonius hircum:
Liuidus:& mordax uideor tibi mentio. ſiqua

Captat riſus hominum:qui aliquid quærit unde aſtantibus riſum moueat. Eſt autem ordo. Hic niger eſt: qui rodit abſentem amicum & cætera. Famam⁊ dicacis:famam libere loquentis:ut habeatur liber. Hic niger eſt:hoc eſt malus & uenenatus. Pythagoras aiebat id quod eſſet colore candido ad boni naturam pertinere:quod atro:mali:unde & bona & felicia alba dicimus Perſius. Per me equidem ſint omnia protinus alba. Infames autem nigros. Cicero in actione pro Cecinna de teſte. Sexto Clodio phormione. Nec minus niger inquit:nec minus confidens q̃ ille terentianus phormio. Sæpe tribus lectis. Sæpe inquit uideas duodecim conuiuas diſcumbentes in triclinio ex quibus unus geſtit probris reſpergere cunctos. Sic⁊ poeta uariis
Triclinium mortales uitiis laborare oſtendit. Tribus lectis. Latine dixit quod græci triclinium. Eſt enim triclinium tres lectuli diſcubitorii. plærun⁊ etiam capitur pro loco hoc eſt ipſa cœnatione:unde Valerius primo lib. capite de miraculis. Cæteꝶ eo momento tp̃is. Triclinium ĩ quo Scopas dñs domus epulabatur collapſum & ipſum & omnes conuiuas oppreſſit. Aſpergere:ſcilicet probris maledictis. Quauis:ſcilicet ratione:ac ſi dicat etiam immerito. Præter eum qui præbet aquam:hoc eſt ut porphyrio exponit præter eum qui paſcit: hoc eſt ipſum conuiuatorem. Poſt hunc quoq⁊ potus. At ubi inquit potus eſt conuiuatorem etiam reſpergit probris. Liber uerax:uinum ipſum quod immodice ſumptum cogit prodere & publicare omnia mentis arcana:unde plini. lib. xiiii. uulgoq⁊ ueritas iam attributa uino eſt. Et paulo ante per uinum animi ſecre-
præcordia ta proferantur. Præcordia condita:hoc eſt ſecreta recondita in præcordiis: præcordia autem auctore Pli. appellamus uno nomine exta in homine:quia cordi prætendunt:Græci phrenas appellãt quaſi p̃cipes prudentiæ ſint. Sed ut inq̃t Ariſtoteles in. xii. de aĩalibus nullatenus p̃cipes ſunt:ſed q̃a ꝓpinquæ ſunt iis q̃ uim obtinent illam prudentiæ:cordi. n. prætenduntur. Hic tibi comis:talem inquit ſecuram tu qui infeſtus es malignis comẽ & urbanũ & liberum appellas:quũ omnino riſus captet hoĩum:& famã dicacis: gaudet. n. ꝙ dicat eſſe liber ad loquẽdum. Me aũt ſi riſi ꝓpter leuia quorũdam uitia:hoc eſt ꝙ ineptus paſtillos Rufillus olet & Gorgonius hircũ liuidũ me & mordacẽ nominas. Sic⁊ iterũ ſatyrice Rufillũ & Gorgoniũ flagellat.

Mentio ſiqua. Notat malignum illud genus hoĩum:qui ubi ſentiunt mentionẽ fieri de criminibus amicorum ſuoꝶ ita defendũt ut dicant eos ſibi a pueris fuiſſe amicos:& gaudere ꝙ in urbe uiuãt: ſed tñ ſe mirari q̃uo iudiciũ effugerint. Hic ergo ẽ liuor ac uolũtas uenenata dãnare ſententia ſua: quos iudices abſoluerũt.

De furtis

De furtis petilli cap. Petilli⁹ capitolinus ut ſcribit Porphyrio quũ capitolii curá ageret: coronæ ſubreptæ de capitolio cám dixit:abſolutuſq; é ab Auguſto Cæſare. De quo ét in ſatyra.x.fit métio. Duta tibi pagéda rei ſit cá petilli. Hic nigræ ſuccus loli.hæc é atra reſpſio:maligna dánatio & uenenata uoluntas: ná Loligo piſcis eſt ex gñibus mollıú cui p ſanguine attramétũ eſt ſicut & ſopiæ:qđ ubi ſenſit ſe appræhendi effundit: infuſcataq; aq̃ abſcondıť:p ſuccũ igıť loliginis intelligi uult malignã illá maledicédi reſpſioné. Hæc mera erugo:hæc mera & pura rubigo.ut dicat nõ aliter maledictis hoies corrodi q̃ ferrũ corrodıť rubigine. Eruginé ét genus eé coloris.docet Victruuius li.vii. quá ét uocát erucá:eáq; dicit effici:quũ dolus ſarméta collocátes aceto ſuffuſo ſupra ſarméta collocát Lamellas æreas:deinde ea operculis obturát ne ſpitamétũ obturata emittát: poſt certum tṗs aperientes iueniũt ex lamellis æreis eruginé quá ut dixi appellant erucam.

De capitolini furtis iniecta Petilli
Te coram fuerit:defendas:ut tuus eſt mos:
Me Capitolinus conuictore uſus amicoq;
A puero eſt:cauſaq; mea permulta rogatus
Fecit:& incolumis lætor quod uiuit in urbe.
Sed tamé admiror: quo pacto iudicium illud
Fugerit.hic nigræ ſuccus loliginis:hæc eſt
Erugo mera: q; uitium procul abfore chartis:
Atq; animo prius:ut ſi quid promittere de me
Poſſum aliud:uere promitto.liberius ſi
Dixero quid:ſi forte iocoſius:hoc mihi iuris
Cũ uenia dabis.Inſueuit pater optim⁹ hoc me
Vt fugeré:exemplis uitiorũ quæq; notando.
Cum me hortaretur parce:frugaliter:atq;
Viuerem uti cõtentus eo:quod mi ipſe paraſſet.
Non ne uides Albi ut male uiuat filius? utq;
Barus inops?magnũ documétum:ne patriá ré
Perdere quis uelit:a turpi meretricis amore
Cum deterreret:Sectani diſſimilis ſis:
Ne ſequerer mœchas:cõceſſa cũ Venere uti
Poſſem.deprenſi non bella eſt fama Treboni
Aiebat.ſapiens uitatu:quidque petitu
Sit melius:cauſas reddet tibi.mi ſatis eſt:ſi
Traditum ab antiquis morem ſeruare:tuamq;
Dum cuſtodis eges:uitam:famamq; tueri
Incolumen poſſim.ſimulac durauerit ætas
Mébra:animũq; tuũ:Nabis ſine cortice:ſic me

ſcos eſt generoſior te: nec q auus fuit tibi maternus atq; paternus. qui olim imperitauerit magnis legionibus
ut plæriq; ſolent: ut ſit ſenſus. Non contemnis tu
ignobiles ut plæriq; faciunt qa ſcis tu præclariſſi
mo loco natus & ampliſſimis functus honoribꝰ
quæ duo hoiem inſolẽtem & ſuperbũ ſolent red
Lydi dere. Lydoꝝ. Lydia regio eſt aſiæ: phrygiæ ab
exortu ſolis uicina. Ad ſeptẽtrionẽ Myſiæ: meri-
diana parte Cariã amplectens Mœnia ante appel
lata: cuius dum breuitas duos fratres lydũ & Tyr
rhenũ terræ non poſſet ex ſorte tyrrhenus cũ in-
genti multitudine ꝓfectus ptem Italiæ tenuit &
Tyrrhenam noiauit a noie ſuo: eadem & a nomi
Ingenuus ne fratris lydi Lydia appellata eſt: quæ nũc ætru
ria. Legiõibus imperitarint. Conſtat. n. Mecœ-
natem originem duxiſſe ex nobilibus ætruſcoꝝ:
unde illud in prima oda Mecœnas attauis ædite
regibus. Suſpendis: derides ſubſannas contẽnis.
unde eſt illud Plini. lib. xi. cap. xxvii. Et altior hoi
tantũ: quem noui mores ſubdole irriſioni dica-
uere: naſus. Naribus ſcribit Quinti. de riſum. con
temptum: faſtidium: ſignificari ſolere: qui. n. ſub-
dole derident: naſum neſcio quo pacto diſtorqnt
unde Perſi. Callidus excuſſo populũ ſuſpẽdere na
ſo: unde Naſuti uocanť qui callide norunt alios
irridere. Martia. Et pueri naſum rhinocerotis ha
bent. Idem Naſutus ſis uſq; licet ſis deniq; naſus.
Ignotos: humiles & ignobiles. Vt me: ſubau
di a præcedẽtibus ignotum & humilem. Liber
tino patre natũ. Libertini dicuntur qui ex ſeruis
facti ſunt liberi. Vt plæriq; ſolent: ſubaudi ſuſpendere: non aũt imperitare. Referre: intereſſe. Dũ inge-
nuus: dum ingenuus & ꝓbis ſit moribus: hocq; magis placet q̃ ut referas ad natales. Si autẽ ad natales: ideſt
dum liber natus ſit. Nam ingenui dicũtur qui ut ſtatim nati ſunt: liberi ſunt: ſiue ex duobus ingenuis matri-
monio conſtante æditi ſunt: ſiue ex libertinis duobus: ſiue ex altero libertino & altero ingenuo. Lege inſtitu
tiones Iuſtiniani. Perſuades hoc tibi uere. Perſuades inquit tibi hoc uere & recte: ante Seruiũ Tullium: qui
ſextus fuit rex romanoꝝ: multos uiros humili loco natos uixiſſe ſumma uitæ integritate: ampliſq; honori-
bus functos: ut ſit ſenſus quidem abſtruſus: per hoc enim oſtendit nõ ſolum multos ignobiles ante Seruium
Tullium ſed & ipſum Tullium regem ignobilem fuiſſe & tamen ad regiam uirtutibus ſuis ꝓuectum digni
tatem: ut colligat unumquenq; uel humilimum pro uitæ meritis ſuſpiciendum: uñ eſt illud Apuleii in pri-
ma apollogia: Non enim ut prognatus: ſed ut moratus quiſq; ſit: ſpectandum: nec qua regione ſed qua rõne
uitam uiuere inierit conſiderandum eſt. Nullis maioribus ortos. Nemo eſt qui maiores aliquos non hẽat
ſed quum memoria illorum propter humilitatem nulla extet quaſi nõ uideanť fuiſſe. Atq; ignobile regnũ
hoc dicit qa in domo Tarquinii priſci ex ancilla captiua cornicularia natus eſt: & induſtria Tanaquilis poſt
cædem ipſius Tarquinii creatus fuit rex. Contra leuinũ ualeri genus. Monet poeta hoies ex natalibus non
eſſe æſtimandos: ſed ex uirtute: unde nunc laudat rectum Mecœnatis iudicium qui putauit Leuinũ ualeri
um licet a Valerio publicola genus ſuum duceret qui una cum Iunio Bruto Tarquinum ſuperbum regno
eiecit: nequaq̃ in precio eſſe habendum qui adeo fœdis proiectiſq; in omnem turpitudinem moribus: uixit
ut prouehi non potuerit ultra dignitatem quæſtoriam. Ordo eſt. perſuades tibi uere contra Leuinũ genus
ualerii nunq̃ licuiſſe pluris ꝓcio unius aſſis. Licuiſſe: æſtimatũ eſſe. Leuinũ ualeri genus: periphraſin aũt
Leuinus neceſſario fecit: quia Valerius nomen quattuor ſyllabaꝝ breuiũ exametro uerſui inſeri nõ põt: Ergo genus
Valerius Valeri ideſt qui genus habet a Valerio publicola qui primus conſul fuit cum Iunio Bruto. Vñ: a quo. Vir
Vnde gi. Genus unde latinum. Albaniq; patres atq; altæ mœnia romæ. Nã Brutus. P. Valerio adiutore targnios
regno expulit. Lege Liuium lib. ii. ab urbe condita. Vnius aſſis. minimo precio. Nam aſſes quum primo
As librales eſſent: poſtea facti ſunt & unciales: auctor Pli. lib. xxxiii. Notante iudice populo. q. d. nõ ſolum a te
Mecœnas q ſapientiſſimus es: ſed etiam a populo qui recto non incedit iudicio notatus eſt: nam licet popu-
lus honores ſæpe det indignis motus titulis & imaginibus: tñ hunc ut uilẽ & nequã iudicauit: ut ei ultra q̃
ſturæ dignitatem nullũ tribuerit honorẽ. Quo noſti. ſ. iudice: quaſi q nõ recte ſoleat iudicare: uñ eſt illud;
Senecæ in Hippolyto. Tradere turbi faſces populus Gaudet: eoſdẽ colit atq; odit. Famæ ſer. fama moueť.
Stupet

Stupet in titulis & imaginibus:bñ expreſſit rudem populum: qui tantũ titulos & natales ſuſpicit uirtutiq̧
ea anteponit. Imaginibus.Nã Romani in atriis imagines maioꝝ cereas habebãt ſingulis armariis diſpoſi
tas:ut eſſent imagines quæ comitarenť gentilicia funera:ſemper defuncto aliquo totus aderat familiæ eius
qui unq̃ fuerat populus.Lege Pliniũ lib.xxxv. Quid oportet nos facere.Si populus inqr qui frequenter er
rat:tales notat ut uiles:& recte iudicat quid facere nos oportet:qui non uulgariter ſapimus?q.d.nos mirari
non debere nobilitatẽ:nec contemptui habere ignobiles dum modo probis ſint moribus. Remotos lõge

Q ui ſtupet ĩ titulis:& imaginib⁹.Q uid opor
Nos facerẽ a uulgo lõge:lateq̧ remotos? (tet
Nanq̧ eſto:populus Leuino mallet honorẽ:
Q uã Decio mandare nouo:cenſorq̧ moueret
Appius:ingenuo ſi non eſſem patre natus:
Vel merito:quoniã in ꝓpria nõ pelle qeſſem.
Sed fulgente trahit conſtrictos gloria curru
Nõ minus ignotos generoſis. Q uo tibi Tulli
Sumere depoſitum clauum:fieriq̧ tribuno:
Inuidia accreuit:priuato quæ minor eſſet.
Nã ut qſq̧ inſan⁹ nigris mediũ impediet crus
Pellibus:& latum dimiſit pectore clauum
Audit cõtinuo:qs hõ hic.aut quo pr̃e natus?

a uulgo.Separatos longe a uulgo:ac p hoc ſapien
tiores. Nãq̧ eſto:Subiectio eſt : q̃ſi aliqs dixerit:
magis debuit populus honorẽ tribuere Leuino
nobili:q̃uis ignauo q̃ homini ignobili:cui ita rñ
det . Concedo quidem populũ magis debuiſſe id
facere quare aũr hoc concedo qa unuſquiſq̧ de
bet contentus eſſe ordine ſuo.Monet itaq̧ poeta
unumquenq̧ debere ſorte propria contentũ eſſe.
Sicq̧ ſenſim deſcendit ad repræhenſionem eoꝝ q
ut diximus obliti mediocritatis ſuæ appetũt ma
iora q̃ ipſis conueniant. Eſto:concedo : eſt autẽ Eſto.
aduerbium cõcedentis. Populus mallet : magis
uelle deberet. Decio nouo hoc eſt. Homini no Decius
uo & plepeio quales fuere publii Decii pater & fi
lius: quoꝝ pater primus in familiam ſuam quæ
plebeia fuit conſulatum detulit.uñ Iuuenalis.Ple
beiæ decioꝝ animæ:plebeia fuerunt Noĩa:pater
autem bello latino conſul collega Manlio torq̃
to ut uictoriam ſuis relinqueret ſe & hoſtes p Va
lerium pontificem diis manibus deuouit filius exemplum patris imitatus q̃rto conſulatu cum Fabio Maxi
mo quum galli.Samnites:Vmbri.Tuſci cõtra Romanos conſpiraſſent ſe quoq̧ & hoſtes diis manibus de
uouit.ſicq̧ facto impetu in hoſtes uictoriã ſuis reliquit:Hæc ex Liuio & primo libro Ciceronis de Diuinatio
ne. Cenſorq̧ mouere Appius.Et Appius inqt cenſor magis deberet mouere mea petitione magiſtratus ſi
non eſſem natus patre ingenuo.Appium autem noiat ꝓ omni cẽſore:q̧ Appius cæcus cenſuram ſolus oĩum
quinquennio obtinuerit:& q̧ oẽs claudii(excepto dũtaxat.P.Clodio qui ob expellendum urbe Ciceronem
plebeio omni atq̧ etiam natu minori in adoptionem ſe dedit)optimates aſſertoreſq̧ unici dignitatis ac po
tentiæ patricioꝝ ſemper fuerint:atq̧ aduerſus plebem adeo uiolenti & contumaces ut ne capitis quidem
quiſq̃ reus apud populum mutare ueſtẽ aut depræcari ſuſtinuerit:nonnulli in altercatiõe & iurgio:tribunos
plebis pulſauerint. Vel merito:& recte quidem fieret. Quoniam nõ quieſſem in propria pelle:qm̃ ordine
meo contentus non fuiſſem:hocq̧ eſt ex prouerbio.Illi enim dicunť in propria pelle nõ quieſcere qui humi
liore loco nati ſe ipſis maiora appetunt : quod ſane prouerbiũ ẽt ætate noſtra uſurpatur. Sed fulgente tra
hit.Sed non eſt inquit miꝝ homines ordine & ſtatu ſuo contentos non eſſe:quia oẽs cupiditate gloriæ rapi
mur:ut ſtatum noſtrũ uelimus tranſcendere. Fulgente curru:a triumphantium curribus ſumptum eſt qui
aurati ſunt:& ideo fulgẽtes. Nõ minus ignotos generoſis:tã ignobiles q̃ nobiles. Quo tibi Tulli ſumere.
Increpat quendam Tullium tenui loco natũ:q quũ a Iulio Cæſare ſenatu motus fuiſſet:poſt eius cæde mihi
recepit ſenatoriam dignitatem quũ ei nec cenſu nec moribus ſufficeret:unde nũc poeta arguens inquit:Cur
latum clauum quem ſemel depoſuiſti iteꝝ reſumis?q.d.quum humili loco natus ſis cur in ordine tuo te nõ
contines?expone autem ſic quo in q̃ te profuit ſumere depoſitũ latũ clauũ. Eſt aũt latus clauus ueſtis ſenato
ria.unde ſæpe legimus Laticlauios appellari ſenatores.Ouidius ſimpliciter poſuit Clauum pro dignitate ſe
natoria illo uerſu. Curia reſtabat Claui menſura coacta. Depoſitum.iubente Cæſare. Fieriq̧ tribuno:fi
gurate datiuum caſum dixit ad pronomen tibi tribuno:ſed illud ſimplicius erat fieriq̧ tribunum. Inuidia
accreuit:ex hac appetentia gloriæ hoc tibi euenit:ut hominum inuidia te exuperit. Nam ut quiſq̧ : ratio
quare inuidia gliſcat.Nam ille inquit continuo audit quæri de ſe quis homo hic?aut quo pr̃e natus?tu quiſ
q̧ ornatu nobilium incedit. Quiſq̧ inſanus:qui inſanus eſt dũ hac agitatur gloria. Impediet mediũ crus
nigris pellibus:induet Calceos nigros.Nam Romani nobiles calceis nigris lunatis utebantur . unde eſt il
lud Iuuena.Appoſitam nigræ lunam ſubtexit alutæ.Martialis lib.prĩo. Lunata nuſq̃ pellis & nuſquã toga.
Statius in ſyluis ad Criſpinum.Primaq̧ patricia clauſit ueſtigia luna.Quare autẽ lunam in calceis geſtarent
Plutarchus in problematis:ut recitauimus apud Iuuenalem luculenter docet. Latum clauum: habitum: Latus
ut diximus nobilium & ſenatorum. Audit continuo quis homo hic?populus enim ubi uidet aliquem ſplẽ clauus
dido ornatu incedentem ſolet inquirere quis ſit:unde ſit. Vt ſiqui ægrotet.Aegrotatio dicitur tam animi
q̃ corporis:ille igitur dicitur ægrotare qui aliqua animi cupiditate uexatur ut Barrus:qui amore Mœchaꝝ
flagrabat.Senſus eſt.Quemadmodum ille qui curam habet mœchandi:cogit & in cauſa eſt ut puellæ inqui
rant quali facie ſit quali ſura:& pede:dente & capillo:ita qui ſe ad dignitates gerendas & imperia adminiſtrã
da accõmodat:cogit homines quærere quo patre ſit natus:num ignobili matre.Hac autẽ ſimilitudine oſtẽ
dit quare inuidia appetentem maiora ſeipſo ſubſequatur.Ordo autem eſt.Sic ille qui ꝓmittit ciues: urbem:
Italiã:& delubra deorũ fore ſibi curæ:cogit mortales q̃rere quo patre ſit natus:ut ille ſubaudi cogit puellas

Vt ſiquí ægrotet:quo morbo Barrus:haberí
Et cupiat formoſus:eat quacunqꝫ: puellis
Iníiciat curam quærendi ſingula:qualí
Sit facie:ſura:qualí pede:dente: capillo:
Sic quí promittit.ciues:urbem ſibí curæ
Imperium fore:& Italíam:& delubra deorũ:
Q uo pr̃e ſit natus:nũ ígnota matre íhõeſtus:
Omnes mortales curare:& quærere cogit.
Tu ne Syri damæ:aut Dionyſi filíus audes
Deíícere e ſaxo ciues:aut tradere Cadmo.
At nouíus collega gradu poſt me ſedet uno.
Nāqꝫ eſt ille:pater qđ erat meꝰ.hoc tibí Paulꝰ:
Et meſſala uideris:at hic ſi plauſtra ducenta:
Cõcurratque foro tría funera:magna ſonabit:
Cornua qđ:uíſcatqꝫ tubas.ſaltẽ tenet hoc nos.
Nunc ad me redeo líbertino patre ńatum:
Q uem rodũt omnes líbertino patre natum:
Nunc qa mecœnas tíbí ſím conuíctor:ut olím
Q uod míhí pareret legío Romana tríbuno.

quærere ſiqui ægrotet eo morbo quo Barrus ægrotat:hoc eſt amet ut Barrus amat:ægrotet inq̃.i.agitetur ſtimulis amoris ita ut cupiat haberi famoſus ut eat quacunqꝫ:ut iniiciat curã puellis quærendi ſingula:quali ſit facie & reliqua. Siqui ægrotet quo morbo barrus:deſcriptio autem eſt amatoris adulteraꝝ.Nam barrus ut in proxima ante hãc ſatyram diximus adeo in libidinem exarſit.ut Aemiliam uirginem ueſtalem inceſtaſſe dictus ſit. Adulteraſqꝫ mira cupiditate inſectatus.Legendũqꝫ eſt Siqui non ſiquis ut ſtet uerſus. Quo morbo:morbum appellat amorẽ.Nam philoſophi omnes animi perturbationes morbos appellãt: animus igitur qui in aliquo morbo eſt: non magis eſt ſanus q̃ id corpus quod in morbo eſt. Tu ne ſyri Damæ aut Dionyſi filius audes: Audes inq̃t tu q ex libertinis natus es tribunatũ gerere:ac per hoc damnatos de colle tarpeio præcipitare.Fuit autẽ Dama homo fœdiſſimus ex ſyria qui ex ſeruo factus liber magnas poſſedit diuitias.De quo alibi Hora.in ſequentibus.Tu quũ ꝓiectis inſignibus Annulo equeſtri Romanoqꝫ habitu ꝓdis ex iudice Dama turpis odoratũ caput obſcurante lucerna Non es quod ſimulas?idem alibi:ut ne tegam ſpurco Damæ.Perſi.Hic Dama eſt nõ treſſis agaſo? Dionyſii:nomen item hominis abiectiſſimi qui olim ſeruiuerat. Deiicere e ſaxo:hoc eſt colle capitolino:nã qui antea Tarpeius dictus eſt a Tarpeia uirgine ibi a Tito Tatio duce Sabinoꝝ ſcutis obruta:poſtea capitolinus dictus eſt a capite humano ibi inuento dum areis fundamenta a Tar.ſuperbo ponerentur: accepto rñſo eo loco caput reꝝ ſummamqꝫ imperii fore.Inde aũt præcipitabanť qui hoſtes patriæ iudicabantur:unde Manlius capitolinus regni affectati ſuſpectus ꝓcipitatus eſt. Tradere cadmo.Cadmus carnifex illo tempore fuiſſe dicitur.Aut camo hoc eſt uinculo:eſt.n.camus genus uinculi ſiue laquei:unde illud in ſacra ſcriptura in camo & freno maxillas eoꝝ conſtringe. At nouius collega gradu poſt me ſedet uno.Indignatur poeta Nouium collegam ſuum:hoc eſt qui ex collegio poetarum eſſet:libertinũ eſſe:& tamen eum in ordinẽ equeſtrem receptum in quattuordecim ordinibus theatri ſedere:ut ꝑ hoc oſtẽdat eum mediocritatis ſuæ haud quaq̃ memorem maiora ſeipſo appetiiſſe:eaqꝫ re in ſupbiã uehemẽter euectum.Legendũqꝫ eſt ſũma cũ indignatiõe & capitis quaſſatione. Collega:uocabulũ eſt qđ ad honeſtos & inhoneſtos ptinet:unde Sueto.in Auguſto.Et plurime factiones titulo collegii noui ad nullius nõ facinoris ſocietatem coibant.Numa rex inſtituit collegia tibicinum:aurificum:Architectoꝝ:tinctoꝝ: coriarioꝝ fabroꝝ & figuloꝝ.Dicimus quoqꝫ collegiũ conſulũ prætoꝝ:poetaꝝ. Sedet poſt me:non puto intelligendũ uno gradu ex quattuordecim:neqꝫ enim Horatius fuit ex equeſtri ordine:ſed uno gradu dignitatis:qa Horatius ante eum ſederet in theatro.Nam qui nobiliores habebantur: loca theatri ſuperiora tenebant: unde bene ait: poſt me ſedet:quum in ſublimiore proindeqꝫ poſteriore loco ſederet. Nanque eſt ille pater quod fuit meus:hinc tota eſt indignatio:quod ille humiliori loco natus poſt eum ſedeat. Nam Horatius ex patre libertino natum ſe eſſe ait.Nouius uero libertinus erat. Hoc tibi paulus & Meſſalla uideris.Ita poeta in Nouium inſurgit ut eum tanquam præſentem compellet taxetque nimiæ ſuperbiæ. Paulus & Meſſala: ob hoc inquit quia in equeſtrem ordinem es receptus putas te eſſe paulum & Meſſalã hoc eſt nobilẽ: quales fuere paulus & Meſſala.Nã pauli & Meſſalæ nobiliſſimi extiterũt:uñ Iuuenalis de paulis & capitolinis gñoſior & marcellis.Et catulis pauliſqꝫ minoribus & fabiis.Meſſalã aũt coruinum reſpicit nobilẽ oratorem de quo alibi in ſequentibus. At hic ſi plauſtra ducente Concurrantqꝫ foro tria funera magna ſonabit.Hunc nouium dicit garrulum eſſe in cauſis agendis dum ſtudet diſſimulata nataliũ humilitate gloriã ſtudioꝝ ſibi acquirere.Ait ergo illum tanto ſtrepitu & clamore agere cauſas ũt uincat non ſolum ſtrepitum ducentoꝝ plauſtroꝝ:ſed etiam cornua & tubas:triũ funerum:nã funera apud antiquos efferebanť nõ ſine magno ſtrepitu & apparatu adhibitis etiam tubaꝝ ſonitibus:uñ eſt illud Perſii.Hinc tuba:candele. Proper. Ab mea tũ quales caneret tibi cynthia cãtus Tibia:funeſta triſtior illa tuba:Idem alibi.Sic mœſtæ cecinere tubæ quum ſubdita noſtrum Detraheret lecto faxi nimica caput.Virg.It cælo clamorqꝫ uirum:clangorqꝫ tubarum.ut autem mortui ad ſepulturam cum cantu efferentur plurimarum genuum uel regionũ inſtituta ſanxerunt perſuaſione hac q̃ poſt corpus animæ ad originem dulcedinis muſicæ.i.ad cælum redire credanť.Hæc Macrobius de ſomno ſcipionis. Sonabit ma.nomen pro aduerbio hoc eſt ualde. Saltem tenet hoc nos: hoc inquit quod tam bene agat cauſas nos ſolatur ut ſuſtineam quum indigner alioquin libertinum equeſtrẽ ordinem tenere.Hæc tñ omnia per ironiam legenda ſunt.q.d.nec hoc tolerabile. Nũc ad me redeo.qa quũ de ſe iam cepiſſet loqui ſupra:ut me libertino pr̃e natum:digreſſionẽ fecit:Nũc inquit ad me redeo natũ patre libertino:

tre libertino:quem omnes lacerant ꝙ natus libertino patre nũc tibi ſim conuictor:ut olim etiã lacerabant ꝙ eſſem tribunus militum. Nã conſtat Horatium ſub Bruto aduerſus Auguſtũ Cæſarem militaſſe:ut ipſe in ſequenti ſermone docet. Dicit ergo ſibi iuideri ꝙ uiuat cũ Mœcenate:& ꝙ ante tribunus militũ fuerit: quaſi utrũqꝫ ſupra humilitatem gñis eius ſit. Diſſimile hoc illi eſt. Inuidia inqt qua me pſequunt̃ ꝙ nunc tecum uiuam:& qua me ante pſecuti ſunt ꝙ tribunus militũ fuerim:eſt ualde diſſimilis:quia ut forſan iure mihi inuideant ꝙ tribunus fuerim:qa id fortunæ auſpiciis põt uideri factũ:quæ ſæpe hoiem temere & ſine iudicio amplectit̃. Ita non poſſunt iure mihi inuidere te eſſe mihi amicũ & conuictor eſt:qa non temere hoc factũ eſt:ſed recto iudicio tuo:qui cautus es dignoſcere dignos:nã ei minus iuidere debemus q uirtute ſua & multo labore amicitiã alicuius ꝑ meruiſſe. Quia non ut forſit. Ordo eſt. Diſſimile hoc illi eſt. qa quis non ita iure iuideat mihi te amicum pſertim cautum aſſumere dignos praua ambitione pcul. ut forſit iure mihi inuideat honorem. i. qđ fuerim tribunus militum. Legendũ autem eſt forſit & non forſan auctore Priſciano.

Diſſimile hoc illi ẽ: quia nõ ut forſit honorem
Iure mihi inuideat quis:ita te quoque amicũ.
Præſertim cautum dignos aſſumere: praua
Ambitione procul: felicem dicere non hoc
Me poſſum caſu. quod te ſortitus amicum
Nulla etenim mihi te ſors obtulit. optimus olĩ
Vergilius. poſt hũc Varius dixere: quid eſſẽ.
Vt ueni coram: ſingultim pauca locutus:
(Infans nãque pudor ꝓhibebat plura ꝓfari)
Non ego me claro natum patre: non ego circũ
Me ſatureiano uectari rura caballo:
Sed: quod erã: narro reſpõdes (ut tuus ẽ mos)
Pauca. abeo. & reuocas nono p⁹ mẽſe: iubeſqꝫ
Eſſe ĩ amicorũ numero. magnũ hoc ego duco:
Quod placui tibi. qui turpi ſecernis honeſtũ:
Non patre præclaro: ſed uita: & pectore puro.
Atqui ſi uitiis mediocribus: ac mea paucis
Mendoſa eſt natura: alioqui recta: uelut ſi
Egregio inſperſos reprendas corpore næuos:
Si neqꝫ auaritiam: neqꝫ ſordes: ac mala luſtra
Obiiciet uere quiſquã mihi: purus: & inſons.
(Vt me collaudem) ſi & uiuo carus amicis
Cauſa fuit pater his: q macro pauper Agello
Noluit in Flaui ludum me mittere magni:
Quo pueri magnis e Centurionibus orti
Leuo ſuſpenſi loculos: tabulamqꝫ lacerto
Ibant octonis referentes idibus æra.

Aſſumere: in amicitiã. Dignos: meritos. Procul praua ambitione. i. amota oi tua ambitione: qa mihi facias p ambitionẽ: ſed rectũ ai iudicium ſeq̃ris. Felicẽ dicere. Non poſſum inqt dicere hoc me eẽ felicẽ ꝙ ſortitus ſim te amicũ caſu:& fortuna: ſed uirtute mea & recto de me iudicio tuo: q de me bene opinatus fuiſti. Caſu: aduerbiũ eſt.

Poſt hũc uarius: hic eſt Quintilius ille Varius poeta illuſtris qui ut diximus in ſermone anteriore una cũ Tucca alio poeta Aeneidũ libros Virgilii poſt eius mortẽ emendarũt hic uarius amicus fuit ſummus Horatii: de quo ante Plocius & Varius Sinueſſæ Virgiliuſqꝫ Occurrũt aiæ q̃les neqꝫ candidiores Terra tulit: neqꝫ qs me ſit deuictior alter. Dixere qd eſſem: nõ dicit qs eſſem: ſed qd eſſem: hoc eſt q̃rũ igenio tulerẽ: ut nõ ad natales ſed ad uirtutẽ referas. Pauca locutus: ſubaudi ſũm. Infans: ueluti iſans: quaſi neſciẽs loq a nõ fando. Cõiũgiturqꝫ cũ ſum loquutus: ut ſit: ego infans loquutus ſum pauca. Singultim: q̃ſi intercișo ſermone nimia uerecũdia: eſt. n. q̃ſi a natura nobis datũ ut quũ ad ſublimioris dignitatis uiros adhuc ignoti accedimus nos ueluti mutos faciat uerecũdia. Nõ ego. Ordo eſt. Nõ ego narro me circum rura uectari caballo ſatureiano. Satureiani noie fundi auctore porphyrione in appulia illis temporibus fuiſſe dicuntur ſatis ampli & nobiles: per quod nunc appulum quum ſignificat. Appulũ aũt equum utiqꝫ ꝓ optimo accipere debemus. Reuocas nono poſt mẽſe. Oñdit Mecœnatẽ ex pceptis eoꝝ qui de amicitia ſcripſerunt nõ ſtatim nec temere in amicitiã ipſum recepiſſe: ſed prius de ſe iudicaſſe. Quođ placui tibi. Emphaſim hẽt tibi. q. d. q magni es iudicii. Non pr̃e præclaro: placui inqt tibi non ꝙ natus ſim patre nobili: ſed qa eſſem ꝓbis moribus. Atqui ſi uitiis. Subiectio eſt: rñdet. n. ei q poſſet negare eũ eſſe ita ut fatetur puro pectore: hoc eſt ſine uitiis: aitqꝫ ueꝝ eſſe: ſe uitiis laborare ſed mediocribus: ſeqꝫ a patre bene ſemper inſtitutũ fuiſſe: Ordo aũt eſt. Pater fuit cauſa his ſi natura mea mediocribus pauciſqꝫ uitiis ẽ mẽdoſa & reliqua: ut ſit ſenſus. Quođ nõ magnis pauciſqꝫ uitiis laborẽ hoc patri meo eſt aſcribendum: q me ſumma ſinceritate eduxit. Neuos maculæ ſunt ĩ corpe: uñ Cice. in. i. de natura deoꝝ ſic ſcribit. Etiã uitia ſæpe iucũda ſunt: Neu⁹ in articulo pueri delectat Alceũ. At eſt corpis macula neuus illi: tamen hoc lumen uidebatur. Neui
Plinius lib. vii. capi. xii. Signa quædam: neuoſqꝫ & cicatrices etiam regenerari. Neqꝫ auaritiam neqꝫ ſordes: idem diuerſis uerbis dixit. Mala luſtra: Luſtra proprie dicuntur ferarum cubilia. Et quia meretrices dicuntur lupæ bene hoc noie & lupanaria luſtra appellamus. Vere: bene addidit uere: curandum enim eſt ne ꝓbra quæ nobis obiiciuntur: uere obiiciantur: Alioquin ſi obiiciantur debemus meminiſſe linguas hoium eſſe liberas nec in nr̃a eſſe ptãte. In ludũ magni Flaui: Flauius illis tpibus fuit optimus calculator. E cẽturionibus orti. Ex potẽtioribus militũ quaſi qui pluris diuitias faciant q̃ uirtutẽ: tale. n. genus hoium litterarum ſtudia paruipendit. Loculos. capſulas & repoſitoria nũmoꝝ quos pertractãt in diſcẽda rõne arithmetica. Tabulam. ſ. graphiariam in qua eandem rõnem arithmeticam deſcribunt. Idibus octonis: nam quilibet menſis octo habet idus. Referentes æra: hoc eſt mercedem quam idibus magiſtro perſoluebant. Luſtrum Lupa Centu.

Sed puerū eſt auſus:ſed pater inqt meus ut aī generoſi nō putauit me artibus q̄ſtuoſis eſſe inſtruēdū: ſed auſus eſt portare me Romā docendū artes liberales. Eſt auſus:bñ auſus quaſi uir magni aī q contemptis artibus q̄ſtuoſis id auſus ſit:qđ cæteri nimia & q̄ inmina búda cupiditate nō audēt attingere. Veſtē ſeruoſq; ſequentes:Ordo eſt & ſenſus:Siqs uidiſſet ueſtē hoc eſt habitū & cultum & comitatū ſeruorum crederet tales ſumptus præberi ex re auita ut i magno populo ſubaudi ſit ubi hoies facile nō cognoſcuntur. Ex re auita: ex amplo & antiquo patrimonio. Circū doctores aderat:hoc oibus exemplo debet eē parētibus:ut ſumma cura ſtudioq; laborēt ut filii & bonis iuxta moribus & optimus diſciplinis inſtituāť: a quo nřis tēporibus tm̄ abſunt: ut nihil recte factum eē putēt niſi filii fortunæ magis q̄ aī bōis ornati extiterint.

Opprobriū.

Opprobrio quoq; turpi:nō ſolum inqt me pudicū cōſeruauit a turpi facto:ſed ēt opprobrio hoc ē uerbo cōtumelioſo:ut nihil prſus facerē dicerēue qđ turpe dedecoroſumq; eſſet. Nā opprobrium aliqñ cōuicium ſignificat ut hoc loco. Et apud Ouidiū i primo meta. pudet hæc opprobria nobis Et dici potuiſſe & nō potuiſſe refelli: aliqñ p dedecore accipiť:ut apud Valeriū Capite de pfidia extat nihilominꝰ & qdē cū opprobrio refelli quē ſine ulla gloriæ iactura iuiolatū reliqſſent.

Nec timuit ſibi ne uitio qs uerteret olī. Sciebat inqt př meus uitio ſibi dari nō poſſe: ſi me p artes ſuas erudiſſet. i. ſi fierem preco: aut coactor ut ipſe fuit neq; me poſſe iure conqri ſi id fieret:qñquidem ſatis eē potuiſſet ſi imitarer eiꝰ uitæ iſtitutū. Sed uoluit(ut uir generoſi aī)me ſtudia ſequi liberalia:p qđ oñdit ſe ualde patri ſuo debere:q eū ſupra uires ſtatus ſui ſit pſecutus. Eſt autē ordo. Př non timuit neqs uerteret ſibi uitio ſi ego p̄co aut coactor ut ipſe fuit ſeqrer mercedes. i. nō timuit ne culpareť ſi artes eius cōdidiciſſē:neq;.n. patres ſolent uituperari:q artibꝰ ſuis filios inſtruūt mō honeſtæ ſint. Seqrer mercedes. i. lucra & q̄ſtus modicos.

Preco

Preco:p̄cones dñr q edicta magiſtratuū:p̄ciaq; reꝶ in publicis uēditionibus clara uoce pnunciāt a p̄cinēdo.

Coactor

Argētariꝰ

Aut coactor. Argētarii dñr ipſi trapezitæ. q pecuniā ſuam dāt ad uſurā: coactores uero dñr argentarioꝶ miniſtri q pecuniā uſurariam exigūt:a cogēdo hoc eſt colligēdo dicti. De quibus apud Ciceronē ſit mētio in oratione pro Rabirio poſthumo. Non intelligo hoc quale ſit:utrū acceſſionem decumæ ut nři facere coactores ſolent.

Sed puerū ē auſus Romam portare docēdum
Artes:quas doceat quiuis eques:atq; Senator
Semet prognatos:ueſtem:ſeruoſq; ſequentes
In magno ut populo ſiquis uidiſſet:auita
Ex re præberi ſumptus mihi crederet illos.
Ipſe mihi cuſtos incorruptiſſimus omnes
Circum doctores aderat. quid multa? pudicū
(Qui primus uirtutis honos:)ſeruauit ab oī
Nō ſolū facto:uerum opprobrio quoq; turpi.
Nec timuit ſibi ne uitio quis uerteret:olim
Si preco paruas:aut:ut fuit ipſe:coactor
Mercedes ſequerer:neq; ego eſſē q̄ſtus:ob hoc
Laus illi debeť:& a me gratia maior. (nūc
Nil me pœniteat ſanū patris huius. eoq;
Non:ut magna dolo factū negat eſſe ſuo pars:
Quot nō ingenuos habeat. claroſq; parentes:
Sic me defendam. longe mea diſcrepat iſtis
Et uox:& ratio. Nam ſi natura iuberet
A certis annis æuum remeare peractum:
Atq; alios legere ad fauſtū quoſcūq; parētes
Optaret ſibi quiſq; meis contentus honeſtos
Faſcibus & ſellis nolim mihi ſumere demens
Iudicio uulgi ſanus fortaſſe tuo quod

Ob hoc nunc:Patri inquit meo magnam ob hoc debeo gratiam & laudem q; ſupra uires ſtatus ſui eſt proſecutus me. Neq; ego eſſem queſtus:quia ſciebat me iure nō poſſe conqueri. Nil pœniteat ſanum přis huius:quandiu ero ſana mente nunq̄ me pœniteat huius patris:quaſi dicat humilis loci & ſtatus. Eoq; : neq; inquit ſic me defendam ut magna pars negat ſuo dolo eſſe factum:hoc eſt ſua culpa q; nō habeat ingenuos & claros parentes:ii enim q humili loco nati ſunt quum eius humilitas exprobratur. dicūt nō ſua ſed parētū culpa factum eſſe ut humili loco naſcerentur:quaſi q parentibus ſuis humilibus non ſint contenti:unde eſt illud Senecæ in libro de Breuitate uitæ. Solemus dicere nō fuiſſe in nřa poteſtate quos ſortiremur parentes ſorte nobis datos. Ait igitur Horatius contra ſe patris ſui qualiſcunq; loci ſit nō pœnitere:atq; etiam gloriari q; tali ſit natus parente. Eo:ob eam rem q; humili loco natus ſim. Et uox & ratio:Et dicto inquit & cōſilio fateor me longe diſſentire ab iſtis. Et ratio: eſt autem ratio acumen & celeris quædam ſolertia cogitationis quæ bonum a malo diſcernit:unde eſt illud Perſii. Stat contra ratio & ſecretā genuit in aurem:Ne liceat facere id quod quis uiciabit agendo. Nam ſi natura iuberet. Si natura inquit pmitteret ut tēpus p̄teritum a certis annis poſſet repeti:& me poſſe naſci & eligere quos uellem parentes:non ego mallē ex quoq̄ alio natum eſſe q̄ ex quibus natus ſum. Legere ad faſtum:ad quandam ſuperbiam & ambitionem.

Fauſtus

Honeſtos faſcibus & ſellis nollem mihi ſumere. Ordo eſt. Ego contentus meis ſcilicet parentibus nollem mihi ſumere honeſtos faſcibus & ſellis:hoc eſt conſulares aut prætorios:faſces enim uirgarum ſex a uiatoribus ante prætorem duodecim uero ante conſulem geſtabantur cum ſella curruli. Optaret ſibi quiſque: hoc autem quaſi per parentheſin eſt pronunciandum & conceſſionem: unuſquiſq; inquit optaret ſibi quoſcunq; parentes ad faſtum:ut bis repetatur: Ad faſtum quoſcūq; parentes. Ego contentus meis nollem mihi ſumere honeſtos faſcibus &c. Demens iudicio uulgi: uulgus fortaſſe me putabit dementem qui ita ſentiam: quia nobilitatem generis & eos qui magiſtratus geſſerint magnifacit. Sanus fortaſſe tuo: hoc ad Mecœnatem recte dicitur qui contempta ſenatoria dignitate in equeſtri gradu ſe continuit.

Onus

Onus moleſtum: Onus appellat ꝙ maiori animi moleſtia ſibi eſſet uiuendũ quũ maiores ſibi diuitiæ eſſēt comparandæ atq; etiã omnia ſumma ambitione peragenda. Atq; ſalutandi plures: hoc autem ambitione quadam fiebat ut mane ſalutarent amicos: idq; prima & ſecunda hora diei. Martialis: Prima ſalutantes atq; altera continet hora. Exercet raucos tertia cauſidicos. Ducẽdus & unus Et comes alter: plures inqt ſerui ducendi ſunt comites. Nam comitẽ ut tradit Vlpianus de iniuriis: accipere debemus eũ qui comitetur & ſequatur: & ut ait Labeo ſiue liberũ. ſiue ſeruum: ſiue maſculum: ſiue fœminam: & ita comitem labeo diffinit qui frequentãdi cuiuſq; cauſa ut ſequeretur deſtinatus eſt. Inter comites utiq; & pædagogi erunt. — Comes

Nollẽ onus haud unq̃ ſolit⁹ portare moleſtũ.
Nã mihi continuo maior quærenda foret res:
Atq; ſalutandi plures: ducendus & unus:
Et comes alter: uti ne ſolus: rus ue: peregre ue:
Exirem. plures calones: atq; caballi
Paſcendi: ducenda petorita. nunc mihi curto
Ire licet mulo: uel: ſi libet: uſq; Tarentum:
Mãtica cui lũbos onere ulceret: atq; eques ar-
Obiiciet nẽo ſordes mihi: q̃s tibi Tulli: (mos.
Cum Tyburte uia prætorẽ quinq; ſequuntur
Te pueri laſanum portantes: oenophorumq;.
Hoc ego cõmodius: quã tu pręclare Senator:
Vilibus atq; aliis uiuo. quacunq; libido eſt.
Incedo ſolus percontor quanti olus: ac far.
Fallacem circum: ueſpertinumq; pererro
Sæpe forum. aſſiſto diuinis: inde domum me
Ad porri: & ciceris refero: Lachaniq; catinũ.
Cœna miniſtratur pueris tribus: & lapis albus
Pocula cũ Cyatho duo ſuſtinet. aſtat echinus

Peregre aut: Ordo eſt: aut ne peregre exirẽ. Calones: Inter ſeruos q militibus ligna ſubminiſtrãt calones dicunt: de qbus abũde diximus in ſecunda ſatyra. Lixæ uero q aquã. — Calones — Lixæ

Petorita: Petoritũ genus eſt uehiculi quod uulgo carrũ dicit: uocabulum aũt eſt ut teſtant Fabius & Gelius gallicũ ſicut rheda. — petoritũ

Mulo curto: nõ magno: aut curto amotis oibus comitibus. Tarentũ: oppidũ calabriæ. — Tarentũ

Mantica: pera eſt uiatoria ad ſarcinulas ferendas: hoc aũt ſumptum eſt ex illo luciliano Mãtica canterii coſtas grauitate ꝑmebat. Perſi. Sed ꝑcedẽtis ſpectatur mãtica tergo. — Mantica

Armos: partem pro pte poſuit: ſic & Virgilius foderet. calcaribus Armos: neq; enim Armi calcaribus ꝑfodiuntur: Armi. n. ut docet Plinius in quadrupedibus dicũtur: q in homine Humeri appellant. Cicero in. ii. de natura deoꝝ humeros etiã bobus tribuit his uerbis. Quid de bobus loquar? quoꝝ ipſa terga declarãt non eſſe ad onus accipiendum figurata: Ceruices aũt nato ad iugum: Tum uires humerorum & latitudines ad aratra extrahenda. Var. in ii. de re ruſti. loquens de bobus. Latis humeris bonis clunibus. & alibi de eqs. Humeris latis: uentri modico. — Armi — Humeri

Sordes: ꝙ uiuã ut auarus: non ſplendidus. Quas tibi Tulli. ſ. obiiciũt. Hic eſt ille Tullius quẽ ſupra increpauerat. Quo tibi tulli Sumere depoſitũ — Tullius
clauum: ꝙ ſenatoriam dignitatẽ quam cogente Cæſare depoſuerat recepiſſet: quũ ei nec cenſu nec moribus
ſufficeret. Laſanum portantes: hinc tota eſt irriſio: ꝙ quum ſenatoria ſit dignitate atq; etiã prætor. quinq; — Laſanum
tantum pueris comitatus egtet portantibus laſanum. Eſt aũt Laſanum genus uaſis inuentũ ad uſum leuãdi
uentris. Oenophorũq;: uas uinariũ uiatoriũ. οἶνος enim uinũ φέρω porto ſignificat. Hoc ego cõmodius.
Ordo eſt & ſenſus. Ego uiuo cõmodius hoc & milibus aliis q̃ tu ꝑclare ſenator. i. ob hoc ꝙ ſine comitib⁹ am
bulem & ob mille alia quæ non ſunt cõmemorata uiuo cõmodius: qa multa mihi nõ ſunt neceſſaria: nec tã
ta mihi uiuendum eſt ambitione. Libido: uoluntas hoc loco: alibi Effrenata appetẽtia. Quanti: ſubaudi
uendatur aut indicetur. Fallacem circũ: hoc dicit: quia in circo rñſa dabant a ſortilegis: unde ſeqtur Aſiſto — Fallax
diuĩnis: hoc eſt diuinatoribus: de qbus intellexit & Iuuenalis illic: plebeium in circo poſitum & in aggere fa — circus
tum. Fallacem aũt dixit qa talibus ſortilegiis deciperentur: unde eſt illud Ci. in. i. de diuinatione. Nõ. n. ſunt
ii aut ſcientia aut arte diuini: ſed ſuperſtitioſi uates: impudenteſq; harioli aut inertes aut inſani aut qbus ege
ſtas imperat: qui ſibi ſemitam non ſapiũt: aliis mõſtrant uiam: qbus diuitias pollicentur: ab iis dragmas ipſi
petunt &c. Veſpertinum foꝝ: hoc eſt ego ueſpertinus: quod tpis eſt ad pſonam tranſtulit. Aſiſto diuinis:
hoc eſt diuinatoribus & ſortilegis: quod a uiris altioris dignitatis non ſolet fieri erubeſcentibus in his uul
gi circulis conſiſtere: quod tamen Horatius dicit ſibi licere per uitæ libertatem: quia in dignitate ſenatoria
non ſit conſtitutus. Lacaniq; catinum. Lachanum idem eſt quod olus: græci enim λάχανον olus appellãt: — Lachanũ
λαχανοπώλιον. locum ubi olera uenduntur: λαχανοπώλην olerum uenditorem: τάλαγανα uero laga
na: ſunt enim auctore Acrone membranæ quædam ex ſiligine quæ caſeo & pipere conditæ comeduntur.
De quibus intellexiſſe uidetur Cor. Celſus libro. viii. mentionem faciens de fractura maxillæ. Sed in maxilla
illud quoq; adiiciendum eſt: quod humidus cibus diu aſſumendus eſt: atq; etiam quum tempus proceſſit: in
lagano ſimilibuſq; aliis perſeuerandum: donec ex toto maxillam callus firmarit. Lapis albus: marmoream
menſam delphicam ſignificat: quæ præcii non magni eſt. de qua uidetur. Iuuenalis intellexiſſe illic. Vrceoli
ſex ornamentum abac: nec non & paruiolus infra Cantharus & recubans ſub eodem marmore chiron. De
menſa delphica ſic meminit Cicero in ſexta Verrina. Prætereo ꝙ iſte menſas delphicas e marmore: crate
ras ex ere pulcherrimas ex omnibus ædibus ſacris Syracuſis abſtulit. Aſtat echinus. Echini ſunt piſces ma — Echinus
rini ex genere cancrorum in quibus ſpinæ pro pedibus. Ingredi his eſt in orbem uolui. Echinus etiam capi
tur pro theca illa ſpinoſa caſtanearum: hoc loco uero auctore porphirione pro ampulla uitrea accipi debet
Echeneis uero piſcis eſt paruus: quam remoram latini dixerunt. Naues plenis uelis euntes retinere dicitur ſi — Echineis
carinis heſerit: auctor Plini. Lucanus. Non puppim retinens euro tundente rudẽtes in mediis echeneis aqs.

Guttus:genus poculi quod uinũ ut ſcribit Varro minutatim fundat a guttis denoĩatur. Guttus itẽ uas cor neum quo in balneis utebantur:quo oleum guttatim fundebatur. Is præcipua æſtimatione fiebat ex cornu rhinocerotis. Campana ſupellex:expoſitiue quia capuæ hodie ærea uaſa auctore Porphiriõe ſtudioſius fabricari dicuntur. Non ſolicitus mihi ꝗ cras ſurgẽdũ ſit mane. Conſuetudinẽ illam romanorum tangit: de qua pauloante dictum eſt:qua mane prima & ſecunda hora ſalutare ſolebant. Tertia in forum iudiciarium deſcendebant:unde eſt illud Mart. ut mõ diximus. Pria ſalutantes atq; altera cõtinet hora. Exercet raucos tertia cauſidicos. Ait ergo ſe hac ſolicitudine & moleſtia ſalutandi & deſcendendi in forum liberum eſſe. Obeundus Marſya. in foro. ſtatua fuit Marſyæ ad quã ueniebant ut ſcribit Porphyrio:qui lites agebãt:ibi uadimonia faciebãt. Fuit

Marſyas autẽ Marſyas filius ut ſcribit Apuleius in primo floridoꝶ Hiagnis illius q rudibus adhuc muſicæ ſæculis ſolus ante alios cantus canere inſtituit. A patre igitur eruditus Marſyas cũ Apolline certauit:a quo ſupatus uelut urſus bipes corio execto nudis & laceris uiſceribus relictus eſt. Scribit Pli. lib. xvi. Marſyã uictũ ab Apolline pepẽdiſſe a platano quæ oſtẽditur in regione Aulocrene p quã ab Apamea itur. in phrygiã:uidebatur aũt ſtatua ibi poſita ut exemplo eẽt: ne qs inique in iudicio concertaret:ne id ſibi contigeret qđ ipſi Marſyæ contigit ut excoriaret̃. Ait ergo Horatius ſibi in forum iudiciarium eundum nõ eſſe ubi ſtatua ẽ Marſyæ:quaſi qui nec quenq̃ citet: nec a quoq̃ citetur in iudiciũ. Sicq; docet ut diximus ſe liberũ eſſe ab oĩ animi cura & ſolicitudine. Qui ſe uulſum ferre negat nouioꝶ poſſe minoris. Duo nouii fratres ut ſcribit Porphyrio illo tpe fuerunt: quorũ minor acerrimus extitit fœnerator. Paulo ante meminit & Nouii hoĩs libertinæ cõditionis. At nouius collega gradu poſt me ſedet uno. q forte potuit eſſe frater huius:quorum utrũq; Satyrice inſectatur. Ait ergo in cõtemptum Nouii minoris Marſyã quaſi leuata ad faciem manu nõ poſſe eum ferre. Lecto:pro lectito. Aut ſcripto:pro ſcriptito. Immundus nacta. Nactam intelligit uirũ abiectum & ſordidum ſui temporis qui etiam ex lucernis oleum ſurriperet. de quo etiam Perſi. ut uili memi nit Non pudet ad morem diſcincti uiuere nactæ:ubi plura diximus aduerſus eos qui contendunt legendum eſſe non nactæ ſed Naccæ. Signi rabioſi:caniculares dies:intelligit quibus ut ſcribit Plini. ſolis uapores incenduntur:feruent maria. fluctuant in cellis uina:mouentur ſtagna & canes toto eo ſpacio maxime in rabiẽ aguntur:unde Perſius. Inſanam caniculam appellauit:hoc eſt peſtiferam & noxiam. Sic eas inſana canicula meſſes Iamdudum coquit. Quantum interpellet:tantum pranſus q̃tum interpellet:hoc eſt uetet diem durare inani uentre:hoc eſt uacuo uentre:dicit autem ſe parum prandere ne ieiunus ſit nam ieiunio uires deficiunt corporis. Domeſticos ocior:domi ocio me trado & q̃eti. Hæc eſt uita ſolutorum miſera ambitiõe. Ita inquit uiuunt qui liberi ſunt & ſoluti ambitione:quæ hoĩes reddit ut añ diximus miſeros & grauitate afficit:neq; enim is tranquilla poteſt eſſe mente qui ambitione laboret. His me conſolor: ego inquit his rebus:hoc ẽ tali genere uitæ & tali humilitate generis & dignitatis meæ cõſolor me uictuꝶ ſuauius & iucũdius:q̃ ſi eſſem ex ſenatoria familia natus atq; ipſe eſſem ſenator. Ac ſi: pro q̃ ſi. ſicuti dicimus non ſecus feci ac imperaſti. pro q̃ imperaſti. Et negocium lentuli non ſecus defendi ac ſi res eſſet mea: pro q̃ ſi res eſſet mea.

Vilis:cum patera guttus:campana ſupellex.
Deinde eo dormitũ:nõ ſollicitus:mihi ꝗ cras
Surgendũ ſit mane:obeundus Marſya: qui ſe
Vultum ferre negat nouiorum poſſe minoris.
Ad q̃rtã iaceo. poſt hãc uagor:aut ego lecto:
Aut ſcripto:ꝗ me tacitũ iuuet: ungor oliuo:
Non quo fraudatis ĩmundus Nacta lucernis.
Aſt ubi me feſſum ſol acrior ire lauatum
Admonuit:fugio rabioſi tempora ſigñi
Pranſus non auide: quantum interpellet inani
Ventre diem durare: domeſticus otior. Hæc ẽ
Vita ſolutorum miſera ambitione:grauiq;:
His me conſolor uicturum ſuauius:ac ſi
Q uęſtor auus:pr̃ atq; meus:patruuſq; fuiſſet.

## SERMO .VII.

PRoſcripti regis Rupili pus:atque uenenum
Hybrida quo pacto ſit Perſius ultus:opinor

PRoſcripti regis rupili pus atq; uenenũ. Hic ſmo ſcriptus eſt in deriſum:cõrẽptuq; Rupilii regis p̃neſtini:cuius cõtentionẽ q̃ſi pugnã gladiatoriã cũ Perſio cõmemorat:cui⁹ Perſii iocũ refert Perſius aũt græcus fuit: ciuitate tñ omana donatus:uñ Hybrida cognominatus eſt. Rupilius uero rex p̃neſtinus quũ præturã gereret a triũuiris ꝓſcriptus in Aſiã ꝓfugit ad Brutũ:& inter comites eius habitus eſt. Ibi Horatius militãs eius maledictis offenſus eſt:itaq; nõ immemor iniuriæ aculeos ſtili ſui in eũ diſtrinxit. Pus:hoc eſt ipſum Rupiliũ malignũ & pnicialẽ:quale eſt uenenũ & pus in corpe humano. Nã ex uulneribus exit ſanguis:ſanies:& pus. Sãguis oibus eſt notus. Sanies eſt tenuior hoc:uarie craſſa glutinoſa & colorata:pus craſſiſſimũ albiſſimũq; glutinoſius & ſanguine & ſanie. Declinat̃ aũt pus puris per omnes caſus & in plurali pura dicimus. Plinius lib. xxxy. capi. yi. Explet uulnera ſi coquat̃: Et ad depræhendenda pura utilis a pure fit purulentus:uñ dicimus uulnera purulenta hoc eſt pus emittentia. ſit & uerbũ Suppurare. hoc eſt pus gignere. Inde fit Suppuratio:quã græci apoſtema noiant & ſuppuratorius a um adiectuũ

Hybrida Plini. lib. xxviii. Strigmenta miſcentur ſuppuratoriis medicamentis. Hybrida quo pacto ſit Perſius ultus. Hybridæ auctore Porphyrione dicunt̃ proprie canes qui ex imparibus parentibus nati ſunt:hoc eſt ex uena

tico & gregario:unde ad hanc: ſimilitudinem ait hunc Perſium habuiſſe parentes:ideſt aut græcum patrem & matrem romanam:aut romanum patrem: & matrem græcam Plini.lib.viii.ſcribit Hybridas uocari ſues ex fero & demoſtico ſue progenitos.quæ appellatio ad homines quoq; tranſlata : eſt adeo ut Caius Antonius collega Cicerõis in conſulatu hybrida uulgo diceretur:dicuntur aũt Hybridæ a uerbo Græco ὑβρίζω:qđ idem eſt quod contumeliis afficio & ὕβρις contumelia dicitur quaſi per contumeliã nati: quales ſunt ex adulterio procreati.Martialis.Hybridarum grex iam tibi foret plenus. Valerius maximus auctor eſt Quintũ

Omnibus & lippis notum: & tonſoribus eſſe.
Perſius hic permagna negoçia diues habebat
Calzomenis:etiam lites cum Rege moleſtas
Dur⁹ homo : atq; odio q poſſet uincere Regẽ:
Confidens:tumiduſq; adeo ſermonis amari:
Siſennas:Barros ut equis præcurreret albis.
Ad regem redeo:poſtq̄ nihil inter utrunq;
Cõuenit.hoc etenim ſunt omnes iure moleſti:
Quo fortes:qbus aduerſum bellũ incidit. iter
Hector a priamiden:aioſum atq; iter achillem
Ira fuit capitalis:ut ultima diuideret mors:
Non aliã ob cauſam:niſi quod uirtus in utroq;
Summa fuit.duo ſi diſcordia uexat inertes:
Aut ſi diſparibus bellũ incidat:ut diomedi
Cum lycio Glauco:diſcedet pigrior ultro
Muneribus miſſis.Bruto prætore tenente
Ditẽ Aſiã:Rupili:& Perſi par pugnat:uti non

Varium cognominatũ fuiſſe hybridam propter obſcurum ius ciuitatis. Omnibus & lippis notum & tonſoribus : Adeo inquit diuulgatum eſt quo modo Perſius Rupilium inſectatus ſit : ut in tõſtrinis & medicinis hæc narrata ſint:in eiuſmodi enim officinis ubi ocioſi homines conſideri ſolent:quæ rumoribus frequentata ſunt: fabulis celebrantur. Lippis: per lippos intelligit eos qui in medicinis uerſantur.Sunt enim lippi qbus oculi ſtillant ex catarro. Lippi Clazomenis : oppipum eſt Meoniæ:eſt autem Meonia regio Aſiæ: ab exortu ſolis phrygiæ uicina . Ad ſeptemtrionem. Miſiæ.Meridiana parte Cariam amplectens. Clazomenæ Odio animi peruicacia. Terẽtius:nunq̄ me uinces odio tuo. Confidens:Audax:improbus : temerarius: ſicut apud Terentium eſt Paraſitus phormio homo confidens:unde & confidentia mala ſignificatione. Pacuuius Grandem atque atrocem coerce confidentiam.Cicero pro Cecinna nec minus uiget inquit nec minus confidens q̄ eſt ille terentianus phormio. Regem : ipſum Rupilium ita cognominatũ. Adeo ſermõis amari Siſennas barrhos:Adeo inquit amaritudine ſermonis ferebatur Perſius:ut maledicentia & mordacitate ſuperaret Siſennam & Barrhum quos neceſſe eſt intelligamus fuiſſe ſcurras maledicos & mordaces:numero autem plurali eos nominat ſicuti dicimus. Omne tẽpus Clodios : non omne citones fert . Barrhum autem fuiſſe ſcurram docet Seneca in controuerſiis his uerbis Gorgonius fuit Buteonis auditor:poſtea ſcholæ ſucceſſor uocis obtuſæ ſed pugnaciſſimæ : cui Barrhus ſcurra rem uenuſtiſſimam dixit:Centum raucorum uoces habes. Vt equis præcurreret albis:ut uehementia maledicentiæ. Siſennam & Barrhum præcederet:ſumpta metaphora a triumphantibus qui quadrigis albis uehuntur quaſi qui in eo maledicentiæ genere triumpharet ut uictor. Nil conuenit : ideſt poſtquam inter eos nulla eſt morum congruentia & in omnibus rebus ſumma animorum diſſenſione aguntur: ac per hoc inimici acerrimi ſunt. Hoc & enim ſunt omnes iure moleſti.Illi inquit qui inter ſe bella gerunt quanto fortiores ſunt tanto inter ſe acrius contendunt:ut per hoc oſtendat utrũq; Rupilium & Perſium ſumma animi pertinacia contendiſſe:quum uterq; durus & pertinax eſſet.Ordo eſt.Et enim omnes illi quibus bellum aduerſum accidit hoc ideſt tanto ſunt moleſti iure quo:ideſt quanto fortes ſunt.Idque probat exemplo Hectoris & Achillis:qui quum uiribus pariter animi plurimum ualerent exitiali inter ſe odio contenderũt: donec Hector ab Achille interemptus eſt:& circum ſepulchrum ut tradit Homerus patrocli:ut alii uero circum muros troiæ tactus fuit bigis alligatus:calcaneis neruo bubulo traiectis. Duo ſi diſcordia uexet:Si diſcordia inquit uexet duos inertes:aut bellum incidat duobus imparibus ut Diomedi incidit cum glauco lycio cito contentio finietur cedente inferiore & ultro mittente munera. Duo:pro duos. Virgi.Si duo præterea tales idæa tuliſſet. Vt Diomedi cum lycio glauco:Glaucus lycius Hippolochi filius & Diomedes Tidei quum in medium amborum exercituum ut inuicem confligerent proceſſiſſent:iamq; ad ictum ſe uterq; aptaret:Diomedes interrogauit glaucum quis eſſet:demum quum inter maiores ſuos ueterem mutuamq; neceſſitudinem extitiſſe cognouiſſet:debemus inquit hanc neceſſitudinẽ inter nos cuſtodire : Et domi tuæ ſit hoſpitium mihi & tibi meæ:quotiens aũt me in lyciam:aut te argos uenire continget atq; ut cæteri intelligant inter nos hoſpitii neceſſitudinem intercedere:armaturam inuicẽm permutemus . Hæc ubi dixit: de ſua uterq; biga deſcendit conſertiſq; manibus mutuam fidem dant dehinc inter ſe arma permutant . Glaucus aurea:quæ centum bobus( Iuppiter enim homini mẽtem eripuit)Diomedes ferrea quæ nouem bobus taxabatur.unde ex hac tam impari armorum permutatiõe Glaucus ſtupidus & demens eſt iudicatus Diomedes uero ſolers & aſtutus.quum ille iacturã fecerit:hic lucrum:unde eos diſpares appellat poeta. Et hinc ortum eſt prouerbium apud Græcos Diomedis & Glauci pmutatio quotiens uolũt ſignificare inæqualem cõmutationem:hoc eſt quum deteriora pro melioribus reddita ſunt. Rupili & Perſi par pugnat. Ioculariter contentionẽ horum refert quaſi gladiatoriã pugnã. Bruto prætore tenente Aſiam. De.M.Bruto Cæſaris interfectore uidetur Horatius intelligere q in Aſiam poſt cædẽ Cæſaris p̄tor a ſenatu miſſus fuerat:unde in ſequentibus ait eũ cõſueuiſſe tollere reges. Aſiã ditem:odorũ:rerumq; pcioſarum copioſam & fertilem.

Cũ bitho Bacchius:Bithus & Bacchius gladiatores nobiliſſimi illis tpibus fuerũt qui cũ multos auctore Porphyrione interemiſſent cõmiſſi inter ſe mutuis uulneribus cõciderunt. Compoſitus:collatus: nam gladiatores cõponi dicunt:quũ ad dimicandũ cõparant in agone arenario. Ordo autem eſt:ut Bacchius cõpoſitus cũ Bitho nõ melius.ſ.pugnet. In ius:in iudicium:nã dictũ eſt ſupra lites moleſtas fuiſſe inter eos. Ab oĩ cõuentu:ab oĩbus qui conuenerãt. Appellat comites.ſ.Bruti:qui in conſilio eius erãt. Oportune aũt laudans Brutũ & comites eius ſoli & ſtellis ſalubribus cõparat excepto Ruptilio rege: quẽ ſtellã canicularẽ appellat:cuius exortu:ut ſupiore ſatyra diximus ſolis uapores incendunt.uma in cellis fluctuant canes eo ſpacio maxime in rabiẽ agunt. Inuiſum ſydus agricolis ob ardorẽ intolerabilẽ. Rubeat flumen ut hybernũ.Horatio inqt Perſi:eo impetu ferebat quo torrens deſcẽdẽs ex loco abrupto & p̃cipiti:quo rara ſecuris fert pp altitudinẽ: nã non facile itur ad ea loca ad cædendũ ligna quæ nimis abruta celſaq; ſint. Tũ p̃neſtin⁹ ſalſo multumq; fluenti.Quũ Perſius inqt acerbis Rupiliũ cõuiciis affeciſſet:ipſe Rupilius cõtra in eũ conuicia regerit.non minus peruicax q̃ uindemiator:q oĩno uiatori non cedit cõuiciis appellanti illũ cucullũ.Nã ruſtici circa uiam arbuſta uindemiãtes a uiatoribus in deriſum & cõtẽptũ cuculli appellant.uindemiatores uero tali cõuicio ꝓuocati tãta uerboꝝ amaritudine eos ꝓſequunt: ut uiatores eis cedant cõtenti eos cucullos iteꝝ atq; iterũ appellaſſe:quæ cõſuetudo adhuc ſeruat per totũ fere tractũ cãpaniæ:ut mutuis ſe couuitiis uindemiatores & uiatores lancinent. Regerit: remittit & cõtra gerit. Cõuicia expreſſa: deprõpta & ꝓlata:quo more muſtũ ex uua exprimit: oĩaq; p

Arbuſtũ trãſlationẽ a uindemiatore dicta ſunt. Arbuſto ſalſo & fluenti:ſubaudi extrinſecus ex:ut ſit ex arbuſto.i.pectore allegoricos.Eſt aũt arbuſtũ ager cõſitus uitibus cum arboribus:uineã uero ſiue uinetũ agrũ dicimus uitibus tm̃ cõſitũ ſine arboribus.Lege Pli.& Col. & cæteros q de re ru. ſcripſerunt. Salſo:amaro & maledico. Fluenti,copioſo & abũdãti. Durus uindemiator:ut durus uindemiator. Cui ſæpe uiator ceſſiſſet:cui oportuit uiatorẽ ſæpe ceſſiſſe cõpellantẽ eũ iteꝝ atq; iteꝝ

Compoſítus melíus cũ Bítho Bacchius:ín ius
Acres cõcurrunt:magnum ſpectaculũ uterq;.
Perſius exponit cauſam .ridetur ab omni
Conuentu. laudat Brutum:laudatq; cohortẽ,
SolẽAſiæ brutum appellat.Stellaſq; ſalubres
Appellat comites:excepto Rege: canem illũ
Inuiſum Agrícolis ſydus ueniſſe:ruebat
Flumen ut hybernum:fertur quo rara ſecuris.
Tum prænestinus ſalſo:multumq; fluenti
Expreſſa arbuſto regerit conuitia:durus
Víndemiator:& inuictus:cuí ſæpe uiator
Ceſſiſſet: magna compellans uoce cucullum.
At Græcus :poſtq̃ eſt Italo perſuſus aceto:
Perſius exclamat:per magnos brute deos te
Oro quí reges conſueris tollere:cur non
Hũc regẽ iugulas? operꝫ hoc (míhi crede) tuo (rũ eſt.

## SERMO .VIII.

OLím truncus erã ficulnus:inutíle lígnum:
Cum faber incertus ſcãnum:faceret ne Príapum:
Maluíteſſe deum:deus inde ego furum:auiumq;

Cucullum cucullũ:hocq; pendet ex uetere illa cõſuetudine:quã Plini.refert lib.xviii.cap.xxvi.his uerbis. Dum ſciat inde natam exprobrationem fœdam putantiũ uites per imitationem cantus alitis tẽporaniæ quã cucullũ uocant.Dedecus.n.habetur opprobriumq; meritũ falcem ab illa uolucre in uitæ depræhẽdi:ut ob id petulãtiæ ſales etiam cum primo uere ludant. At græcus poſtq̃ eſt.Poſtq̃ inqt Perſius græcus repercuſſus eſt acrib⁹ conuiciis Rupilii exclamat per magnos Brute deos te oro:qui reges tollere cõſueueris:cur nõ hũc regẽ iugulas:urbaniſſimus locus quia Tarquinius ſupbus per Iunium Brutũ in exilium actus eſt &.C. Cæſar qui rep. occupauerat per.M.Brutum in ſenatu interemptus fuit quaſi nomen regum bruto infeſtũ eſſet: ergo iocãs in nomen regis rupilii ait o Brute ſequere generis tui gloriam & hunc rupilium regem interfice.

OLim trumcus eram ficulnus inutile lignum.Stulta antiquitas priapum ualde mentulatum ut uinearum hortorumq; cuſtodẽ ſumma ueneratione coluit:qui ab iis fures aueſq; arceret: Cui deo ſacra cum riſu & ioco fiunt ſicuti etiã Dionyſio p̃ri. Nã antiqui fabulãtur eum filium fuiſſe Dionyſii & ueneris ea rõne q̃ qui uino indulgeant ſint natura ad uenerẽ ꝓmptiores. Aſſerunt nõnulli priſcos illos cũ uellent hoĩum pudenda occultius noĩare priapum dixiſſe. Lege Diodoꝝ in quinto: Itaq; eũ poſitum in hortis extra portã exquilinã anteq̃ locus ædificiis occuparet Inducit conquerentẽ maius ſibi negotium eſſe ad hortos cuſtodiendos a mulieribus ueneficis quæ tpe nocturno inde mortuoꝝ oſſa ad ueneficia colligebant q̃ a furibus aut auibus quæ ſemina cõſumunt. Senſus eſt. Olim erã trũcus ficulnus: quum faber incertus eſſet an ex me ſcamnum an priapũ:hoc eſt ſtatuam Priapi faceret:uerum maluit ex me ſtatuam fieri. Verũ illud attendendũ eſt a poeta derideri hoĩum uanitatem:qui putent fures tam ſtultos eſſe ut Priapi tentiginem timeant:quũ aues ipſæ quas terrore ſaleis aut inguinis abigi exiſtimant: ſimulacris ſabre fa-

Ficulnus ctis:ideſt hominum plane ſimilibus inſideant: nidificent: inquinent. Ficulnus eodem modo dicitur ficulnus a fico quo eolurnus a corylo:licet etiam legamus apud probatos auctores ficulneus:ſicut ſalignus & ſaligneus. Inutile lignum:expoſitio eſt:Inutile autem merito dixit:quia materia eſt nullis fabricis idonea.

Quum faber incertus:ſubaudi eſſet. Deus inde ego furum auiũq; maxima formido:ſubaudi factus ſum.

Nam fures

Ná fures dextra coercet: dextra.n.falce armať. Nouis hortis: nouos hortos iõ appellat ꝙ quũ regio exquilina prius uacaret ſepulchris Mecœnas primus in ea hortos ob ſalubritaté loci ſibi cõſtituit. Nouis: recens cõſtitutis & ſatis: tunc enim aues abigẽdæ ſunt ne ſemina abſumant. Huc: in hanc regionem exquilinam.
Conſeruus: ibi.n.hoium uilium & ſeruoꝝ corpora ſepeliebantur. Conſerui.n. dicuntur ſerui qui ſub eodẽ dño ſunt: ſicuti condiſcipuli qui ſub eodẽ magiſtro. Cõmilitones qui ſub eodem imperatore. Locabat.ſ.libitinariis. Eiecta cellis anguſtis: elata ex anguſtis & pauperibus domicilis. Arca uili. Sandupila. Stabat: Conſerui

Maxima formído.nam fures dextra coercet:
Obſcœnoq; ruber porrectus ab inguine pal⁹:
Aſt importunas uolucres in uertice arundo
Terret fixa: uetatq; nouis cõſidere in hortis.
Huc prius anguſtis eiecta cadauera cellis
Conſeruus uili portanda locabat in arca.
Hoc miſeræ plebi ſtabat cõmune ſepulchrũ:
Pantolabo ſcurræ: Nomentanoq; nepoti
Mille pedes in fronte: trecentos cipus in agrũ
Hic dabat: hæredes monimẽtũ ne ſequerẽtur.
Nunc licet æſquiliis habitare ſalubribus: atq;
Aggere in aprico ſpaciari: quo modo triſtes
Albis informem ſpectabant oſſibus agrum
Cum mihi non tantum fureſq; feræq; ſuetæ
Hunc uexare locum: curæ ſunt: atq; labori.
Q uãtũ: carminibus quę uerſant: atq; uenenis
Humanos animos: has nullo perdere poſſum:
Nec ꝓhibere mõ: Simulac uaga Luna decoꝝ
Proculit os: quin oſſa legãt: herbaſq; nocẽtes.
Vidi egomet nigra ſuccinctam uadere palla
Canidiam pedibus nudis: paſſoq; capillo
Cũ Sagaua maiore ululantem (pallor utraſq;
Fecerat horrendas aſpectu) ſcalpere terram
Vnguibus: & pullã diuellere mordicus agnã
Cœperunt. cruor in foſſam cõfuſus: ut inde
Manes elicerent: animas reſponſa daturas.

uagabat deſtinatum erat. Miſeræ plebi: plebeis & pauperibus quales erant pantolabus ſcurra & nomentanus nepos: hæc.n. regio publicas hẽbat uſtrinas. Mãlius uerna trans tiberim ex ingenuis auctore porphyrione parentibus natus eſt: q quũ per gulam multas pecunias abſumpſiſſet panto- pantolab⁹
labus eſt cognominatus: quaſi oia capiens: παν enim omne. λαβων capiens ꝙ a multis pecuniam mutuam capiebat: qui q̃uis multis uitiis teneretur: tamen multis erat domeſticus & notus: eorumq; menſas ut ſcurra ſequebatur. Dicũtur enim ſcurræ qui menſas nobiliũ ſequuntur a ſequẽdo. Caſſius Nomentanus aũt fuit prodigus q omnia bona ſua per luxũ diſſipauit: unde elegãter poeta dicit eis monumentũ fuiſſe apud exquilias: q̃a priuatum locum habere non poterant omnibus bonis ſuis abſumptis. Huius autem Caſſii Nomẽtani: quem propter prodigam uitã nepotem appellauit: ſæpe in ſatyris meminit: ſed copioſe in ſatyra Sic raro ſcribis. Mille pedes i fronte trecẽtos cipus in agrum Hic dabat. In hoc loco inqt: hoc ẽ in exquiliis: ut hic aduerbium non pronomen accipias Cipus hoc eſt ſepulcrum dabat mille pedes in fronte: & trecentos in agꝛ: ut deſcriptio ſit Lõgitudinis & latitudinis monumẽti publici. monumentis enim inſcribi ſolet quot pedes in fronte & quot in agris habeant: ne heredes ea ſequantur: quo corpora mortuorum ſuorum inferant: unde in marmore. Legimus in urbe noſtra inciſa hæc uerba Loc. Sepulc. Q. Sulpici Marcelliani in fronte. p.xii. De ratione faciendi ſepulchra multa ſcribit: Cicero in ſecundo libro de legibus. Vetat Plato ex agro culto: Eoue qui coli poſſit ullam partem ſumi ſepulchro. Sed quæ natura agri tantum modo efficere poſſit ut mortuorum corpora ſine detrimento uiuorum recipiat: ea potiſſimum ut compleatur. Quæ autem terra fruges ferre: & ut mater cibos ſuppeditare poſſit eam nequis nobis minuat neue uiuis neue mortuis. optimo iure ſepulchrum publice datum eſt. Nunc licet exquiliis habitare. Exquiliæ inquit ubi publica humilium hominum erant monumenta ſalubres factæ ſunt conſtitutis ibi ad amœnitatem hortis a mecœnate. Quo: in quo. Modo: pauloante. Triſtes: Eclypſis eſt manifeſtiſſima: intelligendum enim eſt homines. Agrum informem: fœdum aſpectu oſſibus mortuorum in eo albicantibus. Quum mihi non tantum. Ordo eſt. Quum fures & feræ ſuetæ uexare hunc locum non tantum ſunt mihi curæ quantum ueneficæ mulieres: quæ uerſant animos humanos carminibus atque uenenis. Fures: qui pomis & oleribus inſidiantur. Feræ: quæ oſſibus mortuorum. Nec prohibere. Ordo eſt. Nullo modo poſſum prohibere has quin legant oſſa & herbas nocentes ſimulac luna uaga protulit os. Simulac: poſtquam. Canidiam. Hæc eſt illa Canidia neapolitana uenefica de qua ſæpe meminit in Epodo: ut illic. Canidia breuibus implicata uiperis Crines & incomptum caput iubet ſepulcris caprificos erutas & reliqua: Et in ſatyra: Sunt quibus in ſatyra Canidia Albuti quibus eſt inimica uenenum: & cætera. eam inſectatur ut ueneficam. Cum ſagana maiore. Porphyrio ſcribit hanc libertã fuiſſe Põpeii ſenatoris qui a triũuiris eſt ꝓſcriptus. Sed quũ dicat maiorem: neceſſe eſt intelligamus ei ſororem fuiſſe minorẽ ſe: aut fuiſſe & aliam ſaganã illis tꝑibus minorẽ hac uel ætate: uel natalibus uel cenſu uel ueneficiorum artificio. Scalpere: effodere. Pullam: nigrã. Virgilius. pullos
Ne maculis infuſcet uellera pullis. Suetonis in Auguſto. Sanxit nequis pullatorum in media ſederet cauea. Pullulare
Iuuenalis: Pullati proceres. pullum etiam dicimus nouellum: Horatius: Gaudeat pulla magis atque myrto: unde etiam dicimus arbores pullulare quum ramos nouellos exerunt. Confuſus: ſubaudi extrinſecus eſt.
Manes: expoſitiue animas. Manes enim auctore Apuleio dicuntur animæ quũ e corpore humano exiuere. Manes

Lanea & effigies erat:altera cerea.maior
Lanea:quæ pœnis compeſceret inferiorem.
Cerea ſuppliciter ſtabat ſeruilibus.utque
Iã peritura:modis.Hecaten uocat altera:ſæuã
Altera Tiſiphonen:ſerpentes: atque uideres
Infernas errare canes:Lunamque rubentem.
Ne foret his teſtis.poſt magna latere ſepulcra.
Mentior at ſiqͣ: merdis caput inquiner albis
Coruorũ:atq; in me ueniat mictũ:atq; cacatũ
Iulius:& fragilis pediatia:furque Voranus.
Singula qd mẽorẽ:quo pacto alterna loqͣntes
Vmbræ cũ ſagana reſonarent triſte: & acutũ?
Vtque lupi barbam uariæ cum dente colubræ
Abdiderint furtim terris? & imagine cerea
Largior arſerit ignis? & ut non teſtis inultus
Horruerim uoces furiarum:& acta duarum
Nã:diſploſa ſonat quantum ueſica:& pepedi
Diffiſſa nate ficus:at illæ currere in Vrbem:
Canidiæ dentes: altum ſaganæ caliendrum
Excidere:atq; herbas: atq; incantata lacertis
Vincula:cum magno riſuq; iocoq; uideres.

Lanea & effigies.Ordo eſt.Effigies lanea erat & altera cerea. Maior lanea. Oſtendit eas ita fuiſſe formatas ut lanea ſupplicium uideretur ſumere de cerea. Suppliciter ſtabat.Ordo eſt.Stabat cerea ſuppliciter modis ſeruilibus.& ut iam peritura. Modis ſeruilibus:quo modo ſtant ſerui ante dominũ uerbera expectãtes.
Et iam peritura:ut quæ iam expectant mortem. Hecaten uocat : hoc eſt Proſerpinam quam antiqui uidentur appellaſſe a centum poteſtatibus:quas ei tribuebant:hecaton enim centum ſignificat : unde eſt illud Virgilii in ſexto. Voce uocans hecaten cæloq; hereboq; potentem:ubi dicit Seruius ita dictam eſſe aut q͞ cẽtum uictimis placetur:prout Menelaus cõſtituit aut q͞ cẽtũ annos errare faciat:inſepultos. Theſiphonen.unã ex tribus furiis infernalibus. Serpentes atq;:Ordo eſt.uideres ſerpentes atq; canes infernas errare. Lunãq; rubentem.Ordo eſt. Videres lunam rubẽtẽ latere poſt magna ſepulchra ne foret teſtis his:ne hæc inſpiciendo: macularetur. Iulius & fragilis pediacia: Hos noĩat ut iſames.Nã pediacius:ut ſcribit Porphyrio eques Roman⁹ hõeſto p̃rimõio diſſipato & caſtitate corpis amiſerat & indulgẽtia parẽtũ mollis euaſerat:ut oẽm libidinẽ cum uoluptate pateret͛:propter qđ Hora. fœminino gñe pediaciam nõ pediaciũ appellauit:ob eãdẽ cauſam & fragilẽ dixit & mollẽ. Voranus aũt.Q .Luctatii Catuli libertus oĩ loco oĩ tempore furaciſſim⁹ fuiſſe dicit͛. De quo ẽt illud tradit͛:quũ dep̃henſus a nummulario eſſet: cuius de mẽſa nummos ſubtractos in calceos ſibi inſerſerat:q̃dam iocans belle ingt ſi te nummularius ille exchalciaret cũ aſpiratione.ſ.primæ ſyllabæ:ſimul ut chalcõ ideſt æs ablatũ calciamẽto obiiceret. Abdiderint.deſoderint. Ignis largior huberior & copioſior. Imagine cerea: p̃pter imaginẽ ceream. Verſus eſt Hypmeter ſicut illud Vir.Hæc finis fandi ſolio quum Iuppiter aurec. Et Iuue.ueniet qui pulmentaria cõdiat. Teſtis nõ inultus.i.qui ultionẽ de eis ſumpſerim. Duarum furiaꝝ:duas appellat furias ipſas ueneficas.
Nã diſploſa. Ordo eſt.Nã ego ficus pepedi diſſiſa nate quãtũ ueſica diſploſa ſonat:ut ſit ſenſus. Ego ficus.i.qui ex fico factus ſum Priapus tanto crepitu pepedi:quantum ſonat ueſica cũ exp̃ſſiõe rumpitur. Diſploſa rupta.tractum a plauſu qui ſit ex colliſiõe utriuſq; manus:unde Ci. in primo officioꝝ appellat ſniam exploſam Ariſtonis pyrronis & herili:hoc eſt magno ſtrepitu electam. Diffiſſa:diſciſſa a findor. Canidiæ dẽtes. Ordo eſt. Videres dentes Canidiæ excidere & altũ caliẽdaꝝ Saganæ:atq; herbas & uincula incantata excidere lacertis:ut uerbũ excidere reuocet͛. Iocat͛
Caliendrũ aũt in has quaſi altera dentibus appoſitis uti ſolita ſit:altera gibboſa fuerit. Altum caliendrum. Dicit͛ ornatus capitis mulierum:ſiue ut ſentit porphyrio ſuppoſitus crinis:quẽ galericũ & p̃ diminutionẽ galericulũ appellant quo pro naturalibus capillis utebant͛. Vincula.licia ex diuerſis coloribus:quæ incantationibus adhibentur:ut amantium mentes non aliter implicentur:q̃ iis ſtamen implicari ſolet:unde eſt illa incantatio apud Virgilium in bucolicis. Terna tibi hæc primum triplici diuerſa colore Licia circundo: & paulo infra Necte tribus nodis ternos amarylli colores:Necte Amarylli modo & Veneris die uincula necto. Incãtata:ualde cantata:hoc eſt:quæ ipſe ualde incantauerant.

## SERMO .IX.

IBam forte uia ſacra: ſicut meus eſt mos:
Neſcio quid meditans nugarũ: totus in illis.
Accurrit q̃dã notus mihi, nomine tantum:

IBam forte uia. Hoc ſermone connumerate incedentẽ uia ſacra incidiſſe in hoĩem moleſtum & garrulum a quo ſe auellere non potuiſſet niſi aduerſarius eius ſuperueniſſet:a quo uadimonium ei dictum fuit. Et totam hanc ſatyram dramatico charactere alterno ſermone uariat. Via ſacra.
Via ſacra, In urbe roma uia fuit dicta ſacra:q͞ in ea fœdus ictum ſit inter Romulum & Titum Tatium
Nugæ regem Sabinorum. Neſcio quid meditans nugarum:uerecundæ poetæ ſolent uerſus ſuos nugas appellare. Martialis. Mercari noſtras ſi te piget urbice nugas. Et idem Tu ne potes dulces ingrate relinquere nugas?
Meditans:mente pertractans. Sicut meus eſt mos:ut mediter ſcilicet:unde eſt illud ante. Hæc ego mecum compreſſis agito labris. Totus in illis: ſubaudi extrinſecus eram uerſabar aut aliquid tale. Notus mihi nomine tantum. Sermo prouerbialis per quem tenuem quandam & uulgarem notitiam ſignificamus.

Arrepta

Arrepta manu.Ordo eſt.Quid rerũ agis o dulciſſime. Suauiter: ſubaudi a ſuperiore ago. Vt nunc eſt. ſubaudi extrinſecus conditio tempoꝝ aut aliquid tale. Hic:pro tunc. Hoc:hac re q̃ doctus ſis. Miſere: ualde Terentius.Eam miſere amat. Ire:ſtilus hiſtoricus pro ibam:& ſic conſiſtere conſiſtebam.Dicere dicebam. O te bolane cerebri Felicem aiebam Tacitus.Ego inqoit tacitus hoc eſt mecũ aiebam Bolanum felicem:fuiſſe qui adeo liber fuit:ut nullius ineptias ferret qn qđ de eo ſentiret:ſtatim in eum diceret: eũ igitur felicem appellat q̃ oĩa libere diceret quæ de aliquo ſentiret quaſi ſe ipſum dãnans qoi tam libere non loquatur. Ordo aũt eſt.Ego tacitus aiebam te felicem cerebri o Bolanæ:uideturq̃ hæc ſuſpiratio ſumpta ex dicto illo Ciceronis:o te felicẽ Marce portia quo tẽ improbam petere nemo audet. Tacitus:mecum. Felicem ce.pro felicis cerebri:dictum ſicut illud Plinii in ſeptimo uerſutus ingenii mango. Quũ quidlibet ille garru.Ordo eſt & ſenſus.Ille inqt tu cupis miſere abire ut illi nil reſpondebã:quũ ille garriret quidlibet: uicos orbẽ laudaret. Vt:poſtq̃. Miſere:ualde ut ſupra. Hic Miſeræ

Iamdudum uideo.i.ſentio. Nihil eſt opus circũagi:uerba Horatii. Longe cubat.i.iacet ægrotus. Prope Cæſa.hor. Si ſunt horti quos Iulius Cæſar circa tiberim publice populo reliqt teſtamento. Nil habeo quod agam:uerba garruli.

Sequar te:comitabor te. Demitto auriculas: uenuſta ſimilitudo:aſini enim nimis onuſti ſolẽt aures demittere. Inique mentis: impatiẽter ferentis:unde contra dicimus aĩo æquo fero hoc ẽ patienti. Si bene me noui:ſeipſum cõmendet a doctrina bonis animi:ut oſtendat ſe dignum eſſe amicitia eius. Eſt.n.ſenſus. Niſi cõſcientia uirtutis meæ me fallit nihil habes q̃re ploris facias uiſcum aut uariũ amicos tuos.De uiſco diceſ ifra. Varius aũt poeta fuit tragicus & elegiacus Virgilii icontubernalis.De quo in odis Horatius.ſcriberis Vario fortis & hoſtium Victor. Et in ſeq̃nti ſatyra:ut nemo Varius docit. Varrus autẽ dux fuit exercitus de quo Virgi.in bucco.Nãq̃ ſoper tibi eront qui dicere laudes Varre tuas cupiant: & triſtia condere bella:magnæ auctoritatis fuit apud Auguſtũ:a quo miſſus in germaniam cum tribus legionibus legatiſq̃ & auxiliis oĩbus cæſis interiit.De uario etiam ſuperioribus ſatyris meminit. Quis membra mouere mollius:ridicule ſe laodat ab iis quæ ad doctrinã non attinent:uſi imperitum ſatis atq̃ importunum hoiem ſe eſſe oſtẽdit. Mouere membra:ſaltare. Inoideat qđ Hermogenes ego canto.Ordo eſt:Ego cãto q̃ & Hermogenes inuideat.Eleganter occaſionẽ inuenit flagellãdi Hermogenem tigelliũ: quem ſæpe ut incõſtantẽ notat. Viſcum Varius

Arreptaq̃ manu:qđ agis dulciſſime rerum?
Suauiter:ut nũc ẽ.in qua? & cupio oĩa queuis.
Cum aſſectaretur:nũquid uis occupo? at ille
Noris nos? inqt docti ſumus:hic ego pluris
Hoc inq̃ mihi eris.miſere diſcedere quærens
Ire modo ocyus:interdũ conſiſtere:in aurem
Dicere neſcio quid puero:cum ſudor ad imos
Manaret talos.o te bolane cerebri
Felicem aiebam tacitus:cum quidlibet ille
Garriret:uicos:urbem laudaret:ut illi
Nil reſpondebam:miſere cupis inquit abire
Iãdudum uideo:ſed nil agis:uſq̃ tenebo:
Perſeq̃r hinc.quo nũc iter ẽ tibi.nil opus eſt te
Circumagi:quendã uolo uiſere:non tibi notũ
Trãs tyberi:lõge cubat is ꝓpe cęſaris hortos:
Nil habeo:qđ aga:& non ſũ piger.uſq̃ ſeq̃r te:
Demitto auriculas:ut inique mentis aſellus:
Cum grauius dorſo ſubiit onus: incipit ille.
Si bene me noui.non uiſcum pluris amicum
Nõ uariũ facies.nam quis me ſcribere pluris
Aut citius poſſit uerſus? quis membra mouere
Mollꝰ? inuideat qđ & hermogenes:ego cãto:
Interpellandi locus hic erat.eſt tibi mater?
Cognati? qs te ſaluo ẽ opus? haud mihi q̃ſq̃:
Omnes compoſui:felices nunc ego reſto.
Conficemanq̃ inſtat fatum mihi triſte:ſabella
Quod puero cecinit diuina mota anus urna.
Hũc neq̃ dira uenẽa: nec hoſticꝰ auferet enſis
Nec laterꝝ dolor:aut tuſſis:nec tarda podagra.
Garrulus hunc quãdo cõſumet cũq̃:loquaces
Si ſapiat uitet:ſimulac adoleuerit ætas.

Eſt tibi mater:uerba Horatii interrogãtis illũ. Haud mihi quiſq̃:hoc garrulus dicit:ſubaudi extrinſecus eſt. Oẽs cõpo.Oẽs in urnis cõdidi & ſepeliui. Felices:hoc ex pſona Horatii appellãtis:ſed tacite felices eos qbꝰ cõtigerit mortis bñficio euitare tã moleſtũ hoiem. Nũc ego reſto:Confice.Adhuc ex Horatii pſona tacite loq̃ntis:ut dicat ſe ſuper eſſe quem occidat p importunã garrulitatẽ. Nãq̃ inſtat fatum.Sibi dicit Horatius inſtare fatum.quod Sabella natiõe nutrix ſortilega pdixerat ducta ſorte ex urna.Sabelli aũt ſunt auctoribus Sempronio & Catone de originibus ꝓles Sabinorom ut nomen eſt argumento.Sabini aũt ſcribit Strabo in q̃nto populi ſunt inter latinos & ombros. Fatũ.hoc loco exitiũ & mors:Iuuenalis.Cũ quo uere locuturi fatum pendebat amici. Sabelli Sabini

Puero.ſ.mihi:ideſt quũ puer eſſem. Diuina mota anus urna:Hypallage eſt:ut ſit anus diuina mota urna.

Diuina:ſortilega:Saga. Hunc neq̃ dira uenena:Hæc uerba ſunt ſortilegæ prædicentis fatum Horatii.

Dolor laterum:Latine dixit:quod græci pleuritida appellant:unde pleuretici qui tali laterum dolore afficiuntur. πλευρὰ enim græce latus ſignificat latine. Tarda podagra.ab effectu dictom: nam tarde podagrici incedũt. podagra:dicitur a pedum infeſtatione: πους enim pedem: ἄγρα prædam ſignificat & capturã eo q̃ pedes prædetur:& caput. Quando conſumet cunq̃:facta eſt Tmeſis:ut ſit quandocunq̃.i.aliquãdo. pleuritis podagra Tmeſis

Loquaces ſi ſapiat uitet:uerba ſunt ſortilegæ monentis ut ſibi caueat a garrulis. Simulatq̃:poſtquam.

Ventum erat ad ueſte:ſubaudi ædem:aut quid tale:Amant neſcio quomodo eclypſim in relatione ſui lo-
Vadatus
ca ſacra.unde & Terentius ait in Adelphis ubi ad Dianæ ueneris. Vadato:ideſt qui eũ in ius citauerat:Eſt enim uadari idem quod citare in ius:unde Plautus in Curculione. Vbi tu es qui me uadatus es uadimoniis Venereis:hoc eſt qui me citaſti citatiõibus Venereis? Perdere litem:pro perdebat:ſtilus hiſtoricus. Si me amas inquit:hoc ex garrulo rogante Horatium ut ſibi adſit in iudicio. Inteream ſi:uerba Horatii ſe excu-
Res
ſantis. Dubius ſum quid faciam inquit: uerba garruli. An rem:an litem. Me ſodes:Horatius. Ego ſequor.ſ.iter meum:aut quod melius eſt eum:nam dixit eum præcedere. Vt: pro quandoquidem.

Durum eſt contendere cum uictore:tam paica ee. Mecœnas quomõ. Ordo ẽ & ſenſus. Hic: ſcilicet garrulus repetit quomodo Mecœnas te-cum ſubaudi agit. Paucorum hoĩum:hoc dicit Mecœnatẽ eẽ paucorum hominum: hoc eſt qui cõſuetudine: tãtum doctorum & ſapientum qui pauci ſunt delectetur : unde & Teren. in eunu. ſic Homo eſt perpaucorum hominum. Antiqui eñi paucos ſapientes dixere. Imperitos autem multitudinem & numerum:unde alibi poeta in epiſtolis. Nos numerus ſumus & fruges conſumere nati:unde Lucianus. τογαρ τοις πολλοις αρεσκιν τοις σοφοις εςιν απαρεσκιν.i. multis.n. placere: eſt ſapientibus diſplicere. Dexterius:ſubaudi te qui tanti uiri gratiam inieris. Haberes magnũ adiutorem.i. haberes apud Mecœnatem qui tueretur partes tuas ſi me ei tradere uelles. Ferre ſecundas.ſ. partes poſt te. Tradere.ſ. Mecœnati. Ordo eſt. Diſpeream ni ſubmoſſes omnes ſi uelles tradere hunc hominẽ.ſcilicet Mecœnati:hoc eſt conciliare : dicticos autem dicit hunc hominem. Eleganter poeta expreſſit prauã & deteſtabilem uiuendi rationem eorum qui in domiciliis potentiorum uerſantes ſtudent cæteris per delatiões eiectis ſoli dominis placere. Non iſto:uerba Horatii. Hic:in domo Mecœnatis. Eſt locus uni Cuiq; ſuus:facta eſt Tmeſis:diuiſa ẽ enim una pars orationis in duos uerſus more antiquo ut in poetica. Quãto molimine circũ Spectam⁹,

Magnum narras:ex perſona garruli. Atqui ſic habet:ex pſona Horatii. Accendis:garrulus loquitur. Expugnabis:uinces : obtinebis ab eo modo uelis. Quæ tua uirtus:q̃lis eſt uirtus tua aut p ea uirtute quæ tua eſt:eſt aũt elegans locutio:qua non ſolum poetæ ſed & oratores utunẽ. Ouidius. Quæ ueſtra libido ẽ. Eſſe peregrino captus amore potes. Sulpitius in epiſtola qua conſolatur Ciceronẽ de obitu filiæ ſic ait. Qui illius in te amor fuit pietaſq; in oẽs ſuos:hoc certe te facere illa non uult:hoc eſt pro eo amore qui amor illius fuit in te. Eo q. expugnabis inqt eũ:tibiq; aliquantulum elaborandũ erit:eo q difficiliores hẽt primos aditus:ſed poſtea faciliorem ſe præbebit. Haud mihi deero:uerba ſunt adhuc garruli. Deducã:comitabor.ſ. Mecœnatẽ. Ecce fuſcus Ariſtius Occurrit. Fuſcus Ariſtius præſtãtiſſimus grãmaticus illo tpe & amicus Horatii fuit. De quo ſic meminit in epl'is:urbis amatorẽ Fuſcum ſaluere iubemus Ruris amatores hac in re.ſ. una Multũ diſſimiles: ad cætera pene gemelli:comœdiaꝝ ẽt ſcriptor fuit:eius Meminit & in odiſ. Vnde uenis & quo tẽdis rogat & reſpondet. Suauiter mixtum inter ſe & cõfuſum ſermonem interrogãdi & rñdẽdi expreſſit. Vellere:mouere & uellicare. Virgi. in bucco. Quum canerem reges & p̃lia. Cynthius aurum uellit. Lentiſſima:nomen pro aduerbio:ut ſit lentiſſime prẽſare a p̃hẽdo:legi põt & preſſare a premo. Male ſalſus:ualde ſalſus ac per hoc aſtutus deriſor:q̃ſi qui multũ hẽret ſalis & ioci. Nã male ſæpe uſurpatẽ ab Horatio p ualde ut ante in tertio ſermone:& pullũ Male puus Sicui ſilius eſt. Vrere:urebat. Bilis:colera. Certe neſcio q̃d:hoc ex perſona Horatii ad fuſcũ q̃rẽtis cãm aliquã qua ſe ab importuno illo garrulo auellat. Memini bñ: uerba Fuſci.

Ventum erat ad ueſte: quarta iam parte diei
Præterita:& caſu tunc reſpondere uadato
Debebat:quod ni feciſſet perdere litem.
Si me amas:inquit:paulum hic ades. intereã ſi
Aut ualeo ſtare:aut noui ciuilia iura:
Et ꝓpero quo ſcis. dubius ſum:q̃d faciã:inq̃t:
Tene relinquã an rem:me ſodes. nõ faciã ille.
Et præcedere cœpit: ego:ut cõtẽdere durũ eſt
Cũ uictore ſequor:mecœnas quo modo tecũ?
Hic repẽtit paucoꝝ hoĩum: & mẽtis bñ ſanæ:
Nemo dexterius fortuna eſt uſus. haberes
Magnum adiutorem:poſſe qui ferre ſecundas:
Hunc hominem ſi uelles tradere:diſpeream ni
Summoſſes omnes. non iſto uiuimus illic:
Quo tu rere mõ:dom⁹. hac nec purior ulla ẽ:
Nec magis his aliena malis. nil mi officit unq̃
Ditior hic:aut eſt quia doctior. eſt locus uni
Cuiq; ſuus. magnũ narras:uix credibile. atqui
Sic habet. accendis:quare cupiam magis illi
Proximus eẽ. uelis tãtũmodo : quę tua uirtus:
Expugnabis & eſt qui uinci poſſit:eo q
Difficiles adit⁹ primos hẽt. haud mihi deero:
Muneribus ſeruos corrumpam. non: hodie ſi
Excluſus fuero deſiſtam:tempora quæram.
Occurram in triuiis. deducam. nil ſine magno
Vita labore dedit mortalib⁹. hæc dũ agit: ecce
Fuſcus ariſtius occurrit mihi carus:& illum
Qui pulchre noſſet. cõſiſtimus:unde uenis:&
Quo tendis? rogat:& reſpõdet:uellere cœpi:
Et prenſare manu lentiſſima brachia: nutans:
Diſtorquẽs oculos:ut me eriperet. male ſalſus
Ridens diſſimulare. meum iecur urere bilis:
Certe neſcio quid ſecreto uelle loqui te
Aiebas mecum. memini bene:ſed meliori

Hodie

Hodie tricesima ſabbata:Sabbata feriæ ſunt iudæo℞.eo℞.n.lingua ſabbatū quietē ſignificat.Moſes enim Damaſcena paria antiqua repetita mōtem Sinai occupauit: quo ſeptem die℞ ieiunio per deſerta Arabiæ cū populo ſuo fatigatus quum tandē ueniſſet:ſeptimum diem more gentis ſabbatum ideſt diem quietis appellatum in omne æuum ieiunio ſeruauit & quiete: quoniam illa dies famem eis erroremq̧ finierat. De Moſe multa Iuſtinus li.xxxvi.Strabo li.xvi.Cor.Tacitus lib.xxi.Lactantius firmianus lib.iiii.capi.xvii.Qui ſcribit a iudæis iræ atq̧ inuidiæ plenis chriſtum accuſari ꝙ Legem dei per Moſem datam ſolueret. ideſt ꝙ ſabbatis non uacaret operans ſalutem hoium ꝙ circunciſionem uacuefaceret: ꝙ abſtinentiā ſuillæ carnis auferret: a Sabbatis igitur Sabbatarii ſūt appellati:unde Martia.Ieiunia Sabbatario℞. Triceſime exponit Porphyrio triceſima hos eſt lunaria quia uulgares homines ferias ſibi aſſumunt. Senſus aūt eſt: hodie hic mihi dies eſt feriatus ut nbi hodie operam non poſſim dare: nā multi uitā iudaicam ſequebanť. Vin tu curtis iudæis oppedere?ac ſi dicat:nunqd tu iudæorum feſta & religionem contēnis?uerba ſunt fuſci. Curtis:curtos appellat ob præputiū reciſum ex lege Moſis ut dictum eſt ſupra. Nulla iquā religio mihi eſt:uerba Horatii quaſi deos negantis quū nulli religioni addictū ſe dicat. At mi uerba Fuſci. ut ſit At mihi religio eſt:hoc aūt ioculariter facit ne Horatium cupientem auelli ab illo importuno liberet. Sum paulo:ordo eſt: ego unus multorum ſum paulo infirmior:ut ad animi metū & Imbecillitatem referas.nam qui ſic ſunt deos magis metuūt. Huncine ſolem tam nigrum ſurreſſe mihi.Cōqueritur Horatius tacitus tā triſtem ſibi diē illuxiſſe:qui in importunum iſtū inciderit. Nigrū: Infœlicitatis plenum:aduerſum & triſtem.Namq̧ ut ante dictum eſt:perſpicuum eſt apud auctores Nigrum ſæpe uſurpari pro malo:unde Cicero in actione pro Cecinna de teſte Sexto Clodio Phormione.Nec minus niger inquit. nec minus confidens q̄ ille Terentianus phormio. Album uero pro bono & fœlici Perſi.Per me ſint oīa protinus alba. Fugit improbus.ſ.Fuſcus. Sub cultro:ſub garrulo qui ei erat tā quā gladius quo iugulabať.Schema autem eſt prouerbiale:quod in eos dicitur:qui in euidenti periculo deſeruntur:ſumptum a uictima quæ iam ferienda ſub cultro eſt. Caſu:aduerbium eſt. Aduerſarius: qui in ius ut dictum eſt ſupra garrulum citauerat.Quo tu turpiſſime? ſubaudi te recipis cum increpatione:clamoſa. Et licet anteſtari:ſubaudi a ſuperiore eximat & cum interrogatione:petit enim ab Horatio aduerſarius garruli an permittat ſe anteſtari:ideſt teſte uti:nā hæc erat conſuetudo ut ſiquis uadato hoc eſt in ius uocanti non paruiſſet:eius aduerſarius aliquē de præſentibus anteſtaretur:ideſt uteretur teſte. dicebat enim licet ne anteſtari:ſi reſpondebat licet:tunc iniiciebat uadatus manū in eū qui uadimonio nō paruiſſet & ducebat in iudiciū:aliter ſi inieciſſet manum iniuriarum reus conſtituebať:eius cōſuetudinis mentio fit a Plauto in pœnulo his uerbis.Ite in ius:ne moramini:anteſtare me atq̧ duce.Agoraſtocles ait ego te anteſtabor. Plautus itero in perſa.Age ambula in ius Leno:hoc dicit paraſitus.Leno reſpondens ait.Non ne anteſtaris.Paraſitus ait.Tu an ego cauſa carnifex cuiq̄ mortali libero auris atteram? Ego uero oppono auriculam. Ille.n. qui anteſtabatur:auriculam ei ter tangebat dicens memento ꝙ tu mihi in cauſa teſtis eris. Rapit in ius.ſ. garrulum.In ius enim uiolenter eum rapiebat iniecta in eum manu & ceruice aſtricta: unde Iuue. Ceruice aſtricta dominū trahat. Sic me ſeruauit Apollo:hoc eſt forū ipſum Auguſti:ubi ſtatua erat Apollinis eburnea de qua Plinius libro ſeptimo cap.liiii.Expirauit eques romanus ante Apollinem eboreum qui eſt in foro Auguſti De quo foro etiam intellexit Iuue.illic.Sportula deinde forū iuriſq̧ peritus Apollo:ibi enim iudices ſedebant.Quum ergo in foro redderentur iura & eo protractus eſſet garrulus recte ait Horatius ſeruatum ſe eſſe ab Apolline reſpicientem ad ſtatuam eius quæ ibi erat eburnea.

Tempore dicā.hodie triceſima ſabbata. uin tu
Curtis iudæis oppedere? nulla mihi inquam
Religio eſt:at mi:ſum paulo infirmior unus
Multorū:ignoſces.alias loquar: huncine ſolē
Tam nigrū ſurreſſe mihi.fugit īprobus:ac me
Sub cultro linquit.caſu uenit obuius illi
Aduerſarius:& quo turpiſſime? magna
Exclamat uoce. & licet anteſtari ego uero
Oppono auriculā.rapit in ius:clamor utrinq̧.
Vndiq̧ concurſus.ſic me ſeruauit apollo.

## SERMO. X.

NEmpe incōpoſito dixi Pede currere uerſus
Lucilli. quis tam Lucilli fautor inepte eſt:
Vt non hoc fateatur:at idem qđ ſale multo

NEmpe incōpoſito dixi pede currere uerſus.Hoc ſermone Horatius reſpōdet iis a quibus inculpatus erat ꝙ uerſus Lucilii dixiſſet eēt duros in eo ſermone qui incipit Eupolis atq̧ Cratinus. Nunc autem dicit ſe non improbaſſe poetam ſed uerſus eius:quos non ſuo ſed ſæculi uitio duros fecit. Quis tam fautor Lucilli.hoc dicit ex quadam animi moleſtia.Nā ut ſcribit Quintilianus quoſdam ita dedito ſibi amatores habuit ut eum omnibus poetis præferre non dubitarent. Tam inepte: tam ſtulte fautor? nam inepte fauemus: quum manifeſta uitia negamus. At idem. Subiectio eſt. Laudantis eum ꝙ libere in uitia hominum inueheretur: ut ſit ſenſus. Licet carmen eius durum ſit exiſtimatum: tamen Laudatur ꝙ multa ut bonitate mores ciuitatis inſectatus ſit. Multo ſale: multis dictis ſalſis & mordacibus: ut quod alimentum eſt corporis ad animi: etiam uolupta-

tem tranſierit:unde Terentius dixit. Qui habet ſalem quod in te eſt. Illud autem ſciendũ ſalem numero ſingulari & ſales numero plurali ſæpe uſurpari eodem ſignificato pro dictis & iocis ſalſis: qui aliquam in ſe habeant amaritudinem. Nec tamẽ hoc tribuens dederim quoq; cætera. Licet inquit Lucillius multos romanorum urbanis ſalibus inſectatus fuerit: ac per hoc mereatur laudari: non tamen ei cætera cõceſſerim: quæ ad perfectum poetam attinent. Dederim: conceſſerim. Nam ſic & Laberi. Si Lucillius inquit Laudandus eſt ꝙ iocis & amaritudine abundet: eodem modo laudandus eſt & Laberius mimographus: nam & is in uerſibus ſuis habet iocos & ſales. Sicq; mira urbanitate utrunque flagellat: quando in reliquis deficiant: quæ ad perfectum poetam conueniũt. Hic Laberi autem eſt Decius Laberius ille eques Romanus qui mimum ſuum egit: donatuſq; eſt quingentis ſextertiis & annulo aureo a Iulio Cæſare: ſeditq; in quattuordecim gradibus theatri. De quo ita ſcribit Seneca libro ſeptimo declamationum. Laberium Diuus Iulius ludis ſuis produxit: demum equeſtri ordini reddidit: quem quum iuſſiſſet ire ſeſſum: omnes equites ita ſe coarctauerunt: ut uenientem non reciperent: fuit autẽ Laberius ſummæ arrogantiæ & maledicentiæ. In ſcæna impotentiã Cæſaris taxauit hoc uerſiculo. Porro quirites libertatem perdidimus: & illo. Neceſſe eſt mul- Mimi. tos timeat: quem multi timent. Mimos: Mimi ex genere comœdiarum ſunt: qui maiore ex parte res laſciuas continent: unde ut ſcribit Valerius libro. ii. Maſſilienſes nullum aditũ mimis in ſcænam dederunt: quod eorum argumẽta maiore ex parte ſtuprorum actus continẽt. ne talia ſpectandi conſuetudo etiam imitandi licentiam ſumeret: dictus autem eſt mimus auctore Diomede grammatico: quaſi ſolus imitetur a uerbo greco μιμεομαι: quod ſignificat imitor: ꝙ etſi alia poemata idem faciant: ſolus tamen id quod commune eſt: quaſi quodam priuilegio poſſideat. Ergo non ſatis eſt. Non ſatis eſt inquit mouere riſum auditori: quamuis in hoc etiam aliqua ſit uirtus: quaſi dicat alia etiam perfecto poetæ eſſe neceſſaria. quæ in ſequentibus commemorat. Diducere rictum auditoris: tunc enim os diducitur & aperitur quum ridet. Rictus autem uſurpatur ab auctoribus: tam in hominibus q̃ in brutis pro ore. Martialis. Rictibus his tauros non eripuere magiſtri. Iuuenalis. Ipſe ad conſpectum cœnæ: diducere rictum Suetus hiat tantum. Eſt breuitate opus ut currat ſententia. Breuitate orationis utendũ eſſe ait: ut cito ſententia finiatur ne defatigetur auditor: unde Cicero in tertio de legibus. Breuitas non modo ſenatoris: ſed etiam oratoris magna laus eſt in ſententia. Eſt enim eloquentiæ uirtus non tantum in eo ut pauca copioſe: ſed etiam ut breuitate multa dicat: unde. M. Cato & Saluſtius laudantur multa paucis abſoluiſſe. Rem autem breuiter ut locupletiſſime docet Cicero narrare poterimus ſi inde incipiemus narrare: unde neceſſe erit: & ſi non ab ultimo initio repetere uolemus: & ſi ſummatim & non particulatim narrabimus: & ſi non ad extremum: ſed uſque eo quo opus erit perſequemur: & ſi non deerrabimus ab eo quod cœperimus exponere. Neu ſe impediat: neu ſe implicet intricet uerbis onerantibus aures laſſas. ne confuſa & longa oratione auditores defatiget. Defendente uicem modo rhetoris atque poetæ. Accidit hoc inquit in poematibus ut opus ſit ſermone plærunque triſti: plærunq; iocoſo qui tribuatur modo uiro graui & diſerto: modo Poetæ: modo urbano & ciuili: ut per hoc colligat ſermone utendum eſſe pro qualitate introductarum perſonarũ: ut aliter inducatur loqui uir grauis & eloquens: q̃ poeta & urbanus. Nam rhetor quum loquitur omnia ſine ulla fictione & ſumma cum grauitate agit: & alius eſt ſermo iuriſconſulti introducti ad loquendum: & alius ruſtici: unde in ſequenti ſermone quũ introducit Trebatium loquentem ei dat uerba iuriſperito conuenientia. Ter uncti tranſnãto tyberim ſomno quibus eſt opus alto: irriguumq; mero ſub noctem corpus habento. Poeta uero iocos ſeriis miſcet & uera falſis. Vrbanus more ciuili non ruſtico loquitur. Defendente uicem rhetoris: ſuſtinente locum rhetoris & uiri grauis. Vrbani parcentis uiribus: qui aliquando parcit uiribus: ideſt laborem fugit: atque etiam ſi quid roboris in corpore habet uult conſulto delicatus uideri: aut reuera hoc dicit urbanum moribus adeo compoſitis eſſe: ut uires ſuas animi pariter & corporis extenuet: neque ſe ulla in re iactet: ſed ut ciuis moderatus ſemper uires ſuas minores demonſtret aliis: eſt autem periphraſis uiri urbani. Ridiculum acri fortius & melius: plærũq; inquit ridicule & uenuſte dicta magis mordent q̃ quæ acriter & turbulenter ſcripta ſunt: hoc autem reſpicit ad illud: eſt opus ſermone iocoſo. Ordo autem eſt. Ridiculum ſecat plærũq; res magnas melius & fortius acri: hoc eſt: q̃ aſperitas ſermonis. Secat: mordet & tangit. Iuuenalis. Secuit Lucillius urbem. Illi ſcripta quibus: probat exemplo eorum qui ueterem ſcripſere comœdiam iocos & ridicula multum placuiſſe: nam & ipſi comœdiæ ueteris ſcriptores placuerunt ꝙ fabulas ſuas multis ſalibus iociſque abſoluiſſent. Veterem autem comœdiam apud Latinos Liuius Andronicus primus ut diximus in poetica ſcripſit: qui ait Comœdiam eſſe quottidianæ uitæ ſpeculum. Sunt etiam qui uelint Epicarmum poetam ſiculum in inſula Co exulantem primum Latiali ſermone comœdiam illam ueterem ſcripſiſſe.

Vrbem defricuit: charta laudatur eadem.
Nec tñ hoc tribuẽs dederĩ quoq; cætera: nã ſic
Et Laberi Mimos: ut pulchra poemata: mirer.
Ergo non ſatis eſt riſu diducere rictum
Auditoris: & eſt quædam tñ hic quoq; uirtus.
Eſt breuitate opus: ut currat ſententia: neu ſe
Impediat uerbis laſſas onerantibus aures.
Et ſermone opus ẽ modo triſti: ſæpe iocoſo
Defendẽte uicem: modo rhetoris: atq; poetæ:
Interdum Vrbani parcentis uiribus: atq;
Extenuantis eas conſulto: Ridiculum acri
Fortius: & melius magnas plærunq; ſecat res.
Illi: ſcripta quibus comœdia priſca uiris ẽ:

Hoc ſtabant:

Hoc ſtabāt hoc ſunt imitandi quos neq; pul
Hermogenes unq̄ legit neq; ſimius iſte (cher
Nil preter caluū & doctus cātare Catullum
At magnum fecit quod uerbis græca latinis
Miſcuit o ſeri ſtudiorum: quidne putatis
Difficile et mirū Rhodio quod Pitholeonti
Contigit? At ſermo lingua concinnus utraq;
Suauior ut Chio nota ſi cōmiſta Fhalerni eſt
Cū uerſus facias teipſum percōtor an et cum
Dura tibi peragenda rei ſit cauſa Petilli?
Scilicet oblitus patriæq; patriſq; Latini?

Hoc ſtabant: abſolute dixit hoc.i.hac re: q̄ ridicule ſcriberent. Stabant: placebant. Et bñ ait Stabant. Nā fabulæ aut exigi dicunť aut ſtare: exiguntť quum diſplicent: Stant quū placent: unde Terentius: partim ſum earum exactus: partim uix ſteti. Idē in phormione: Quod ſi intelligeret quum ſtetit olim noua: actoris opera magis ſtetiſſe q̄ ſua: minus multo audacter lederet. Hoc imitandi: in hoc. Quos neq; pulcher Hermogenes unq̄ legit neq; ſimius iſte: Ait poeta in deriſum ab Hermogene & Demetrio comicos ueteres nūq̄ fuiſſe lectos: neq; ab eis alios q̄ Lucii calui & Valerii Catulli uerſus eſſe cantatus: ut per hoc tanq̄ parū doctos uituperet eorūq; iudiciū faſtidiat: hi āt duo Horatii carmina tanq̄ male modulata carpebāt. De Hermogene tigellio dictū eſt in.iii. ſatyra & alibi ante. Demetrius āt quem Simiū appellat modulator & ipſe fuit: de quo īfra in hac ſatyra: ubi illud obſeruandū q̄ quū uulgo receptū ſit ut ſimia dicať: ſimiū hūc appellauerit q̄ & macilētus & breui ſtatura fuerit: Sic in ſequentibus in deriſum appellat pātilliū pantomimū Cimicem. Pulcher: ironice. Præter caluū & Catullū: quaſi q̄ cantiones tm̄ ſequanť amatorias. Nā Caluus poeta fuit epigrāmatū præſtantia celeberrimus temporibus. C. Cæſaris de quo ita ſcribit Tranquillus. L. Caluo: poſt famoſa epigrāmata de reconciliatione per amicos agenti ultro ac prior ſcripſit. Catullus: poeta elegiacus ueronēſis: cuius opa laſciua in manibus adhuc hominū uerſantur. Neq; ſimius iſte: Nil præter Caluū & doctus cantare Catullū: aliqui legūt doctū ut ad Catullū referant quem oīno doctum eſſe conſtat: ueꝝ neceſſe eſt legi aut doctus aut docti ut ſtet ordo & ſenſus: ut ſit. Hermogenes & Demetrius nil docti cantare præter Caluū & Catullū. At magnū fecit: Subiectio eſt: per q̄ improbat eos q̄ miranť Lucilliū q̄ carmini latino inſeruit uerba græca: tanq̄ rem difficilem factu: quū id ab unoquoq; fieri poſſit. Sicuti fecit pytholeon rhodius q̄ epigrāmata hac permixtione edidit ut græca latinis coniūgeret: qđ infirmitatis Horatius eſſe putat quū latina cepta latinis non perficiunť: qđ quū ab oībus uel facile id fieri poſſit admiratione dignū nō eſt. Immo potius repræhenſibile: uñ Cicero lib.i. de officiis ait Sermone eo uti nos debere q̄ notus eſt: nec uerba græca eſſe inculcāda ne iure optimo rideamur: uñ ēt ſic ſcribit in prīo Tuſculanaꝝ. Dicam ſi potero latine: ſcis.n. me græce loq in latino ſermone non plus ſolere q̄ in græco latine.

At magnū fecit.ſ. Lucillius. O ſeri ſtudioꝝ: eclypſis eſt. Deeſt.n. uos uultis docti uideri: ſed non poteſtis: ſeri.n. ad ſtudia acceſſiſtis. proindeq; qd poematibus conueniat non ītelligitis. Qui ne: aut ſuperfluū ē ne: ſicut & illud in prima ſatyra. Nemon ut auarus ſe probet: dixit.n. nemon p̄ nemone: ubi ne ſyllaba abūdat: ut ſit ſenſus. O ſeri ſtudioꝝ qui putatis difficile eſſe & mirū qđ pitholeon rhodius fecit in ſuis carminibus ut ridicule græca latinis cōiunxerit: nam is in hoc ſæpe uitiū incidit: aut legēdū eſt: qd ne putatis cū interrogatione: ut ſit nunqd putatis difficile eſſe & cætera: nam ne corripiť hoc loco & an ſignificat aliter ſemper p̄ducitť. At ſermo lingua concinnus utraq;. Subiectio eſt: qua ait nō ita uerba græca permixta latinis cōcinnam reddere orationem ut uinū chiū mixtū falerno ſuauem reddit ſaporem. Sermo cōcinnus: compoſitꝰ.

Suauior: ſubaudi eſt. Vt chio nota ſi cōmixta falerni eſt. Ordo eſt & ſenſus: ut nota falerni ſuauis eſt: ſi cōmixta eſt chio.ſ. uino. Eſt āt chius inſula una ex cycladibus uini optimi ferax. unde ſcribit Plinius lib. xxxyi. Chius
chiū non tm̄ uiribus cenſeri: ſed ēt operibus Antermi filioꝝ. Nota falerni: hoc eſt uinū falernū: quod bonæ eſt notæ: dictū a falerno agro q̄ a ponte campano leua petentibus urbanā coloniam ſyllanam nuper capuæ contributam incipit: auctor eſt Plinius. Nota. Notam uariis modis accipi apud auctores perſpicuum eſt. Nota.n. capiť pro ea q̄ Zephiram appellamus: Vñ eſt illud Sueto. De Cæſare. Extant & ad Ciceronē itē ad familiares domeſticis de rebus in q̄bus ſiqua occultius perferenda erāt per notas ſcripſit.i. ſic ſtructo litteraꝝ ordine ut nullū uerbū effici poſſet: q̄ ſiquis inueſtigare & perſequi uellet quartam elementoꝝ litteram i.d pro a & perinde reliquas cōmutet: ipſas āt notas: Marcus Tullius Tyro Ciceronis libertus primus: ut ſcribit Euſebius de temporibus cōmentus eſt. Nota item capiť pro una tm̄ littera qua aliquid ſignificamus: q̄ nota utunť calculatores & ratiocinatores: qui per. L. quinquaginta. D. q̄ngenta intelligūt. Nota itē p̄ ignominia & probo. Nota itē quandā oībus in rebus bonitatem ſignificat: ut Emi pannū bonæ notæ. Et uinū bonæ notæ. Quū uerſus facias te ipſum percontor. Eū interrogat qui uerſus Lucilli cōmēdauerat q̄ græca latinis coniunxiſſet: an ipſe quum faciat uerſus aut agat cauſas: hoc faciat ut græca latinis immiſceat: ut interrogatio uim habeat negatiuam. q.d. ſcio te hoc non facere ut rem haud quaquam probabilem. Ordo autem eſt te ipſum percōctor an tu oblitus patriæ patriſq; latini malis immiſcere uerba petita foris patriis: more canuſini bilinguis: quum uerſus facias & quum dura cauſa petilii rei ſit tibi peragenda: quum pedius publicola atq; coruinus exudent cauſas. Petilii rei: hic eſt ille petilius qui ut diximus in quarta ſatyra coronam rapuit de capitolio: qui & ſi ab Auguſto abſolutus fuit: duram tamen egit cauſam. Peragenda: tuenda. Oblitus patriæ & patris latini: is enim uidetur patriæ obliuiſci qui ſermone utitur peregrino.

Nota

Petilius

Patris latini: hoc eſt Romuli: qui ut urbis ita & ſermonis latini conditor eſſe uidetur. unde infra oſtendit ipſum indignatum fuiſſe: quum Horatius uerſus græcos faceret.

Cum pedius cauſas exudet publicola:atq;
Coruinus patriis:intermiſcere petita
Verba foris malis: Canuſini more bilinguis:
Atq; ego cũ græcos facerem natus mare citra
Verſiculos:uetuit me tali uoce Quirinus
Poſt mediam noctem uiſus:cum ſomnia uera:
In ſiluam non ligna feras inſanius:ac ſi
Magnas grecorum malis implere cateruas:
Turgidus Alpinus iugulat dũ Mẽnona:dũq;
Defingit Rheni luteum caput:hęc ego ludo:

Pedius publicola:hi duo Pedius publicola & Coruin⁹ Meſſala acerrimi extitere oratores:ut ſit ſenſus:nũ qd uerba græca latinis infernas quũ cãs agis:defendentibus eas pedio publicola & Coruino Meſſala:quoꝝ uterq; adeo hoc cauit ne græca latinis pmiſceret:ut Coruinus meſſala primus funãbulũ dixerit quẽ græci σχοινοβάτην quo uerbo poſt eũ:& Terentius uſus eſt in ꝓlogo Ecyræ:quũ ait. In funãbulo aïum occupat & funãbuli eodem acceſſit expectatio: Hic eſt Meſſala ille Coruinus:quem Quinti. lib. x. inter oratores laudat his uerbis. At meſſala nitidus & candidus:& quodã mõ præferens in dicendo nobilitatẽ ſuã. De quo Euſebius de tpibus ſic ſcribit.

Meſſala

Meſſala Coruin⁹ Orator añ biẽnium q̃ moreret̃ ita memoriam ac ſenſum amiſit:ut uix pauca uerba cõiũgeret: ad extremũ ulcere circa ſpinam nato media ſe cõfecit ãno ætatis ſeptuageſimo ſcdo. De eo ſic dixit Tacitus in dialogo de oratoribus Cicerone mitior Coruinus & dulcior & in uerbis magis elaboratus. De eodẽ intellexit Tibullus: Ibitis ægras ſine me meſſala p undas. tpib⁹. n. Auguſti cæſaris dux fuit exercitus ꝓficiſcentis in orientẽ. Et quũ ab Auguſto primus pfectus urbis eſſet factus. yi. die magiſtratu ſe abdicauit in ciuilem ptãtẽ eſſe cõteſtans. Exudet cãs:cũ ſudore & labore magno agat cãs. Petita foris:aliunde ſumpta ac p hoc græca intellige. ubi obſeruãdũ eſt foris non ſolũ dici in loco ſed ẽt de loco:ut ſæpe eſt legere apud Plautũ.

Canuſium

More Canuſini bilinguis:hoc ãt dicit quia græci oẽm fere tractũ illũ Italiæ incoluerunt:unde & magna græcia noïata eſt:ut merito bilingues appellauerit Canuſinos q utraq; lingua uterent̃. Eſt aũt Canuſium oppidũ Appuliæ.

Canuſim

Atq; ego quũ græcos facerem Eleganter ſe ait a Quirino uetitũ ne græca latinis admiſceret quũ faceret uerſus græcos:qm̃ utiq; Romulus ut mõ diximus ut noïs romani:ſic ẽt linguæ romanæ auctor uſ eſſe.

Quirinus

Quirinus aũt nominatus ẽ ſiue ab haſta:quæ qris a ſabinis dicebat̃ qua ſemper armatus incedebat:ſiue a Curribus ciuitate Sabinoꝝ: quos pcuſſo fœdere in urbẽ recepit: Populũq; a curibus qrites noïauit:ipſiq; poſt mortẽ eũ ꝓ deo coluerunt:quirinũq; appellauerunt:unde Ouidius in faſtis lib. ii. Proxima lux uacua eſt at tertia dicta Quirino. Qui tenet hoc nomẽ Romulus ante fuit: Siue q̧ haſta qris priſcis eſt dicta ſabinis Bellicus a telo uenit in aſtra deus. Siue tuo regi nomẽ poſuere qrites. Seu qa romanis iũxerat ille cures. Poſt mediã noctẽ uiſus:tũc. n. ſomnia uident̃ eſſe ueriora:quia mens tũc pectore purgato pituita purior eſt:uñ illud eſt Ouidii. Nãq; ſub aurora iam dormitante lucerna Sõnia quo cerni tpe uera ſolent: Perſius. Sõnia pituita qui purgatiſſima mittũt. In ſiluã nõ ligna feras: Allegoricos nõ amplifices linguam græcã q̃ longe copioſior eſt q̃ latina:eſtq; ſermo ꝓuerbialis ſicuti ẽt dicimus aquã mari nõ addideris:quo ꝓuerbio uti ſolemus ĩ eos q aliquẽ uolũt iis rebus augere:qbus ille maxime affluat. Inſanus:ſi hoc inquit feceris:ſtultius feciſſe uidebetis q̃ ſi malis ĩplere magnas cateruas græcoꝝ q̃ per ſe ſatis amplæ & copioſæ ſunt. Turgidus Alpinus. Horatius ex quo mentionẽ fecit de artificio poematũ:nunc eleganter percurrit nõnullos poetas ſui tpis:oſtendens qbus poematũ generibus ſe exerceant: Inter quos ſatyrice Cor. Alpinum ut poetam ĩeptum flagellat. Ait ergo ſe ſcribere ſatyras quæ dignæ non ſunt:quæ in æde muſaꝝ recitent̃ neq; ſpectentur in theatris dũ Alpinus ſcribit inepte hiſtoriam Memnonis:ac per hoc:carmẽ heroicũ mox addit fundaniũ ſolũ illis tpibus comœdias bene ſcribere: Pollionem tragœdiam. Carmen epicũ ualidiſſime Varium. Molle ait & factum Virg. Ordo aũt eſt. Ego inquit Ludo hæc quæ neq; ſonẽt in æde certantia iudice tarpa & quæ non redeant iteꝝ atq; iteꝝ ſpectanda theatris dum turgidus Alpinus iugulat Memnona & dum defingit caput luteum rheni. Turgidus Alpinus Cornelius Alpinus hiſtoriam Memnonis uerſibus hexametris deſcripſit adeo inepte ut per dilogiam dicat eũ iugulaſſe memnona: ut quũ ad hiſtoriam reſpiciat quæ tradit ipſum iugulatum in bello fuiſſe:per hoc intelligi uelit iugulatũ a poeta:hoc eſt male ſcriptum. Memnona:hic eſt ille Memnon Thitoni filius quẽ Teutamus totius Aſiæ regnator troianis auxilium aduerſus græcos petentibus miſit cum uiginti milibus peditũ & ducentis curribus:q quũ multos græcos pugnando occidiſſet. demũ per inſidias a Theſalis interfectus eſt corpus eius æthiopes cremarũt oſſaq; ad Thitonũ patrem detulere. Conſtat a Mẽnone in Suſis loco excelſiori regiã extructã fuiſſe quæ uſq; ad pſarum imperiũ pmanſit: Memnonia ab illo denoïata. Lege Diodoꝝ in. iii. li. Defingit:figurat ac p hoc deſcribit ſignificat:& hoc dilogos dictũ. Nam quũ rhenus habeat cenoſas & turbidas ſemp aquas. & limoſis ſit ripis recte dicit luteum caput rheni:ueꝝ illud poeta uult intelligi illũ luteũ fieri mala deſcriptione. Rhenus aũt fluuius eſt qui ut ſcribit Cæſar in cõmentariis oritur ex lepontiis:qui alpes incolunt:& longo ſpacio per fines Nantuantiũ. Heluetioꝝ: Sequanoꝝ: Mediomatricũ: Tribucoꝝ: treuirorũ citatus fert̃:& ubi oceano appropinquat in plures influit ptes multis ingentibus inſulis effectis:quaꝝ ps magna feris barbariſq; nationibus incolit̃: multis capitibus in oceanũ influit: germaniã ſeparat a gallia. Turgidus:eum dãnat quod iter alia uitia carmina ſcriberet turgida & inflata:quod uitium ut ualde in poetis repræhenſibile inſectatur Perſius illic: Torua mimalloneis ĩplerunt cornua bombis: Et raptum uitulo caput oblatura ſuperbo &c. Luteum:a luto deductum:primã q; habet breuem:quum uero colorem ſignificat primã habet longã. Perſius. Surgit tibi lutea pellis. Ludo ſcribo Virg. Ludere quæ uellem calamo permiſit agreſti:nam poetæ pro ludo hñt ſcribere carmina ſua.

Quæ neq;

Quæ neq; in æde ſonent: Verecunde ait ſua carmina non eſſe digna quæ recitentur in æde muſarum: fuit enim ædes Apollinis & muſarum ut ante commemorauimus ex Tranquillo erecta ab Auguſto in ea parte palatii quam fulmine diſiectam aruſpices a deo deſiderari reſponderunt: In eius aditu porticus erat cum bibliotheca tam græca quam latina. Eo poetæ opera ſua deferebant: ibiq; recitabant aſſiſtente illic temporibus poetæ Tarpa quaſi emendatore: & cenſore: unde Martia. alloquens librum ſuum ait. Iure tuo ueneranda noui pete limina templi Reddita pierio ſunt ubi templa choro. Iuue. Nequid tibi conferat iſte quem co-

Quæ nec ĩ æde ſonẽt certãtia iudice Tarpa:
Nec redeant iterum: atq; iterum ſpectanda
Theatris.
Arguta meretrice potes: Dauoq; Chremeta
Eludente ſenem: comis garrire libellos
Vnus uiuorum Fundani. Polio regum
Facta canit: pede ter percuſſo. forte epos acer
Vt nemo: Varius ducit. molle atq; facetum
Vergilio annuerant gaudẽtes rure camœnæ
Hoc erat: expto fruſtra Varrone Atacino:
Atq; qbuſdã aliis melius qđ ſcribere poſſem
Inuẽtore minor: neq; ego illi detrahere auſim
Hærentem capiti multa cum laude coronã.

lis & muſarum & Apollinis æde relicta ipſe facit uerſus. Horatius alibi Scripta palatinus quæcunq; recepit Apollo. Iterũ atq; iterum: Sæpe enim hoc euenit ot poemata quæ placuiſſent: iterato recitentur poſcente populo: unde conſtat Eunuchum Terentii fabulam quum ualde populo placuiſſet ter æditam & pronunciatam: proq; ea precium quod nulli ante ipſam fabulam contingit octo milia ſeſtertium poetæ numerata fuiſſe. Liuius quoq; Andromicus ſæpius reuocatus eſt ad fabulas ſuas agendas auctor Liui⁹ libro ſeptimo ab urbe condita. Vnus uiuorum fundani: Sol⁹ inquit tu fundani comœdiam bene potes ſcribere: fuit autem poeta comicus: & familiaris Horatii: Ad quem ſcribit ultimam ſatyram. Ordo autem eſt: O fundani comis tu unus uiuorum potes garrire libellos arguta meretrice & dauo eludente ſenem chremeta. Arguta: callida & aſtuta. Comis: benignus. Garrire: ſcribere. Pollio. Hic eſt pollio & ille Aſinius orator & conſularis: qui de dalmatis Auguſto imperante triumphauit. Eum oſtendit Horatius in primo limine ſecundi libri carminum ſcriptorem fuiſſe hiſtoriarum & tragœdiarum ſcripſit enim hiſtoriam belli ciuilis in conſulatu lentoli & Mamerci cepti: unde Horati. Periculoſæ plenum opus aleæ tractas: & incedis per ignes Suppoſitos cineri doloſo. Idem de tragœdia. Paulum ſeuere muſa tragœdiæ deſit theatris. de quo Virg. Pollio & ipſe facit noua carmina: mortuus eſt in uilla tuſculana anno octogeſimo ætatis ſuæ Euſebius auctor. Facta regum: hoc eſt tragœdiam cuius argumenta cædes & facta regum magnorumq; hominum continent. Pede ter percuſo: hoc eſt trimetro iambico: quo tragici pariter & comici utuntur: & licet ſex pedibus conſtet: ut dicatur uerſus ſenarius tamen nomen etiam accipit a triplici pedum menſura: quoniam tanta eſt breuitas pedum ut iuncturæ binos complectantur pedes. Iambum autem eſſe pedem celerem oſtendit ipſe poeta in arte poetica Syllaba longa breui ſubiecta uocatur Iambus pes citus. Forte epos acer ut nemo Varius ducit: Nemo inquit eſt qui epos hoc eſt carmen epicum ducat ut Varius. Ordo eſt: nemo ducit Epos forte ut uarius acer: eſt autem Epos carmen hexametruȝ diuinas res & heroicas humanaſq; compræhendens. Epos latine primus digne ſcripſit Liuius is: qui romanorũ geſta decem & octo complexus eſt libris: qui & annales ſcribuntur q; fere ſingulorum annorum actus contineant. Epos autem appellatur ut græcis placet ab ἔπω curro quod hoc carmine facilius uerba decurrunt delectabilius cæteris. Carmen autem hexametrum plura accipit nomina. Nam heroicum nuncupatur: q; geſta heroum contineat. Dactylicum: Deliacum. Pythicum: epos. Dactylicum a pede quem potiſſimum ſuſcipit. Deliacum ab Apolline delio. pythicum a pythone ſerpente: quem Apollo interemit delphis: in cuius laudem accolæ hexametrum e ſex ſpondeis compoſitum primum cecinerunt: mox læti nece ſerpentis ideȝ carmen concitata uoce e ſex iambis protulerunt: quod fuiſſe dicit Atheneus ιη παιαν ιη παιαν. Varius: poeta fuit tragicus & elegiacus ut in præcedenti diximus de quo Virg. in bucolicis. Nam neq; adhuc Vario uideor nec dicere Cinna Digna. Varrus autem fuit dux a quo cladem uarrianam appellat Suetonius in Auguſto quum accepit pene exitiabilem in germania tribus legionibus cum duce legatiſq; & auxiliis omnibus cæſis. ut in ſuperiore ſatyra diximus. Molle: non durum: quale in Lucilio damnatur: cui uitio dabatur q; uerſus duros componeret: unde illud ante: Duros componere uerſus: Nam fuit in hoc uitioſus. Nam ut diximus in quarta ſatyra carmen molle appellamus cui inſit ſtructura facilis: ſententiæ claræ: uocabula propria & uſitata. Facetum: elegans Horatius ante. Mutatis tantum pedibus numeriſq; facetus. Annuerunt. tribuerunt. Gaudentes rure: Apparet quum hæc Horatius ſcriberet: bucolica tantum & georgica in hominum noticia extitiſſe. Hoc erat. Satyra inquit ea erat quam ego melius poſſem ſcribere quam uarro Atacinus atq; alii quidam. Ordo eſt. Hoc erat quod ego poſſem ſcribeř melius Varrone Atacino fruſtra experto atq; aliis quibuſdam. Fruſtra experto: qui fruſtra rem ipſam tentauerat: fuit autẽ Terentius hic uarro Atacinus Narbonenſis: ab Atace fluuio denominatus: qui ut ſcribit Euſebius de tẽporibus annũ agens xxxv. literas græcas cum ſummo ſtudio didicit. Hic ſcribit argonautica: unde ait Ouidius. Varronem primamq; ratem quæ neſciet ætas? De eo ſic Quintilianus libro decimo. Atacinus uarro in his per quæ nomẽ eſt Aſſecutus interpres alieni operis non ſpernendus quidem. uerum ad augendam facultatem dicendi parum locuples. Atq; aliis quibuſdam. hoc dicit ꝓpter Ennium qui auctore Porphyrione quattuor libros ſatyrarum reliquit: & pacuuium: qui & ipſe in hoc genere carminis ſubcubuit. Inuentore minor: hoc dicit

Epos

tam ſe minorem eſſe inuentore ſatyræ hoc eſt Lucillio:qui primus apud latinos eam nō ſine magna laude ſcripſit:quam aliis maiorem. Cum multa laude:nam ingenio ut diximus auctore Quintiliano Laudē adeptus eſt. At dixi hunc fluere lutulentum:non nego inquit me dixiſſe hunc multa ſed inordinate ſcripſiſſe. Nam ſupra ait.In hora ſæpe ducentos ut magnum uerſus dictabat ſtans pede in uno.Quum flueret lutulētus:erat quod tollere uelles uerum etiam dixi multa etiam fuiſſe in eo laudanda. Ferentem:afferentem. Plura tollenda reliquendis:hoc uult intelligi plura fuiſſe quæ ex Lucillio poſſent tolli ut bona:quaȝ quæ eſſent relinquenda ut mala.

At dixi fluere hunc lutulentum:ſæpe ferentē
Plura quidem tollenda relinquēdis. age q̄ſo:
Tu nihil i magno doctus reprēdis Homero?
Nil comis tragici mutat Lucillius acci?
Non ridet uerſus Enni grauitate minores:
Cum de ſe loquitur non ut maiore reprenſis?
Quid uetat:& noſmet Lucilli ſcripta legentis
Quærere:num illius:num rerū dura negarit
Verſiculos natura magis factos:& euntes
Mollius:At ſiquis pedibus qd claudere ſenis
Hoc tantū contentus:amet ſcripſiſſe ducētos
Ante cibum uerſus:totidē cœnatus:Hetruſci
Quale fuit Caſſi rapido feruentius amni
Ingenium:capſis quē:fama eſt eſſe:libriſq̧
Ambuſtum propriis:fuerit lucilius inquam
Comis & urbanus:fuerit limatior idem:
Quā rudis.& grecis intacti carminis auctor:
Quāq̧ poetarum ſeniorum turba:ſed ille
Si foret hoc noſtrum fato delapſus in æuum:
Deterreret ſibi multa:recideret oē:qđ ultra
Perfectum traheretur:& in uerſus faciendo

Age quæſo:Tu nihil in magno doctus reprahēdis homero uerba?uerba Horatii:Culpas inquit me quia ita Lucillium notauerim:Sed Age quæſo tu nihil reprahendis in homero?eſtq̧ cum ironia dictum quia ex contrario intelligendum eſt:ut ſit.Et tu quidem etiā in homero inuenis quod reprahendas:unde eſt illud Quintiliani in decimo libro.Auctores inqt nonnunquam fatigantur:qui Ciceroni dormitare interim Demoſthenis oratio:uerum etiaȝ Homerus ipſe uideatur.Summi enim ſunt homines tamen.unde pendet dictum illud ab Horatio in poetica.Quandoq̧ bonus dormitat Homerus. Sicq̧ poeta urbane oſtendit neminē eſſe qui aut ex omni parte ſit perfectus:aut alienas poſſit uitare taxationes. Nil comis tragici mutat Lucillius Acci?cum interrogatione & eadem ironia:ut ſit:ipſe etiam Lucillius ſolitus eſt notare carmina Accii. Comis.ſ.Lucillius propter urbanitatem eius. Acci.Accius & Pacuuius tragœdiæ ſcriptores fuerunt clariſſimi iiſdem temporibus ſententiarum grauitate:ut ſcribit Quintilianus & pondere uerborum:cæterum nitor & ſumma in excolendis operibus manus defuit non eorum:culpa ſed temporum:quibus ſtudia adhuc erant inculta:unde Martialis uerborum aſperitatem notans eos irridet qui ueteribus delectantur. Attoniuſq̧ legis terrai frugiferai Accius & quicquid pacuui uſq̧ uomunt.natus eſt aūt parentibus libertinis Mancino & Serano cōſulibus. Mutat:emēdat & corrigit:facit aūt hoc Lucillius auctore Porphyrione cū alias tum in tertio libro:nono:& decimo. Non ridet uerſus Enni?Non ne inquit Lucillius etiam ridet uerſus Ennii ut minores grauitate quam ſui ſint?Sicq̧ poeta Ennium dum eum a Lucillio rideri ait latenter taxat. Quum de ſe loquitur:quum Lucillius ſe ipſum oſtentat:non ut maiorem reprahenſis:ut ſit ſenſus.Lucillius reprahendit Accium & Ennium:ſed ita ut ſe illis non anteponat:per quod Horatius uult intelligi ita & ſeſe uerſus Lucillii notare ut non tamen ei ſe præferat. Quid uetat:Senſus eſt.Si licuit Lucillio aliorum carmina notare Quid prohibēt & me quærere:nū illius natura:an magis natura earum rerum quas ſcripſit negauerit ei uerſus molliores. Natura illius.ſ.Lucillii. Natura dura:difficilis. Ordo autem eſt num.i.an magis natura rerum dura negarit uerſiculos factos & euntes mollius. Mollius:non durius:per quod docet poeta carmen molle laudari:contra durum uituperari. At ſiquis.Siquis inquit eſt qui ad perfectionem poetæ ſatis eſſe putet facere modico temporis momento plures uerſus:in hoc Lucillius palmam obtinuerit:qui & multa modico tempore ſcripſit:& limatior fuit quam rudis.& primus qui ſatyram ſcripſit:ſed tamen inquit ſi ille hac noſtra tempeſtate natus foret:maiore in carmine faciendo uteretur diligentia.Ordo autem eſt. Lucillius fuerit comis & urbanus:ut ſit:fatebor quidem Lucillium comem & urbanum extitiſſe hoc dico ſiquis contentus tantum hoc.ſ.claudere quid pedibus ſenis amet ſcripſiſſe ducentos uerſus ante cibum & totidem cœnatus.Quale fuit ingeniuȝ etruſci caſſii &c. Etruſci Caſſi:Caſſium etruſcum parmenſem intelligit cuius tragœdia Thyeſtes tempore Porphy.ut ipſe refert extabat. Ambuſtum capſis:tam aſpere enim tanq̧ uerboſe multa ſcripſit:ut mortuus una cum capſis & libris propriis exuſtus ſit quum digna legi non exiſtimarentur quæ ſcripſiſſet. Limator fuerit quam rudis:hoc uult intelligi quod & ſupra meminit in Lucillio multo plura fuiſſe bona quā mala. Auctor carminis intacti græcis.hoc eſt ſatyræ quæ ut ſcribit Quintilianus tota noſtra eſt:& in qua Lucillius primus inſignem adeptus eſt laudem:græci enim ſatyram non habent ſed comœdiam tantum ueterem.a qua ſatyra quæ tota noſtra eſt manauit:& quum illa uerſibus trimetris:hæc hexametris conſtat.

Quamq̧ poetarum:ſenſus eſt. Et limatior eſt quam turba ſeniorum poetarum. Delapſus in noſtrum æuum:ſi noſtro tempore natus eſſet. Detereret ſibi multa:multa inquit ſibi corrigendo demeret. Sæpe caput ſcaberet:magna uteretur diligentia.hinc eſt illud Perſii.Nec pluteū cedit nec demerſos ſapit ungues. Talia enim fieri ſolent grauia meditantibus:non ceſſat tangere eum quaſi qui incurioſe ſcripſerit. Sæpe

ſtilum uertens:hoc eſt characterem & modum dicendi ſæpe mutans & in aliam formam reducens ſcripturus iterum quæ digna ſint legi unde alibi:uertere modum formidine fuſtis:non placet quod alii. exponunt ſtilum altero capite habuiſſe ſecuriculam quam uerterent ad radenda quæ non placuiſſent : hoc friuolum eſt. Neq; te ut miretur turba labores.monet poeta iudicium uulgarium neutiquam eſſe magnificendum ſed doctorum tantum.Noli inquit curare ut multis placeas ſed paucis:ac per hoc doctioribus ; quibus placuiſſe honorificum eſt:plus enim ualet Iudicium unius docti:quam multorum imperitorum. unde inquit

Sæpe caput ſcaberet:uiuos & roderet ũgues;
Sepæ ſtilũ uertẽs:iterum quæ digna legi ſint:
Scripturus:neque te ut miret̃ turba labores:
Contentus paucis lectoribus.an tua demens
Vilibus in ludis dictari carmina malis?
Nõ ego :nã ſatis eſt equitẽ mihi plaudere ut
Cotẽptis aliis:exploſa arbuſcula dixit(audax
Men moueat cimex pantillius:cruciet.quod
Vellicet abſentẽ demetrius:aut quod ineptus
Fannius hermogenis lædat conuiua tigelli:
Plotius:& uarius:mecænas : uergiliuſq;:
Valgius:& ꝓbet hæc octauius optimus:atq;
Fuſcus:& hæc utinã uiſcorum laudet uterq;:
Ambitione relegata te dicere poſſum
Polio:te meſala tuo cum fratre :ſimulq;
Vos bibuli:& ſerui:ſimul his te cãdidet furni
Complutes alios:doctos ego quos:& amicos
Prudẽtes prætereo quibus hæc:ſunt qualia
Arridere uelim doliturus ſi placeãt ſpe(cũq;
Deterius noſtra demetri:teq; tigelli

Seneca.Maximum in eo uitium eſt qui non melioribus uult placere ſed pluribus idem alibi.Nũquam inquit uolui placere populo. nã quæ probat populus ego neſcio:quæ autem ſcio a populo non probantur.Sic & Perſius a carmine ſuo inſpiciendo reiicit uulgares.Non hic qui in crepidas graiorum ludere geſtit ſordidus : & luſco qui poſſit dicere luſce.unde doctos ait ſe uelle eſſe lectores ſui operis quum dicit.Audaci quicunq; afflare Cratino iratum Eupolidem prægrãdi cum ſene pelles Aſpice & hæc ſi forte aliquid decoctius audis.unde uaporata lector mihi ferueat aure. Martialis.Miraris iuuat auribus placere. An tua demens uilibus in ludis:ait ſe nolle carmina ſua dictari in ludis literariis : in quibus iam, uulgata dictantur pueris adhuc rudibus. Vt audax Contemptus aliis.Arbuſcula mima fuiſſe traditur:quæ quum populo non placeret ab eoq; exploderetur:hoc eſt ſtrepitu & ut ſibilis eiiceretur. ab equite autem laudaretur:ait ſe contentam eſſe honeſto cum probatione : quo poeta colligit ſe quoq; non turbæ ſed doctorum probatione contentum eſſe. Men moueat cimex Pantillius.An ego inquit crucier angarq; ꝗ Cimex pantillius: Demetrius modulator & fannius conuiua Tigellii me uellicent?quaſi dicat nequaquam me moueant.Hi autem omnes carmina Horatii ut male modulata carpebant:unde a poeta multis in locis flagellantur. Men moueat?ideſt perturbet angat ac per hoc indignet. Cimex pantillius: Cimicem appellat a fœtore & importunitate pantilſum:ſicuti alibi appellauit Demetrium ſimium a macie & paruitate corporis.Pantilius autem fuit pantominus celeberrimus.De quo Seneca in tertio declamationum loquens de Ceſtio Smyrneo rhetore qui ſe iactabat ſic.Si trax eſſem fuſius eſſem.Si pantominus eſſem. Pantillius eſſem.Exclamauit Seneca.Si cloaca,eſſes magna eſſes. Aut cruciet ꝗ uellicet abſentem.Senſus & ordo.Aut Demetrius cruciet me quod me abſentem rodat & uellicet? Plocius & Varius,: Satis inquit habuero ſi hi ſcripta mea probauerint. Octauius optimus.Cæſar Auguſtus. Atque fuſcus: Hic eſt ille Ariſtius fuſcus quem ſupra diximus grammaticum fuiſſe celeberrimum illo tempore & amicum Horatii.Ecce Fuſcus Ariſtius occurrit mihi carus.De quo & in epiſtola:quæ incipit urbis amatorem. Et hæc utinam uiſcoruʒ lau- Viſci
det uterq; Ambitione relegata.Vtinam inquit uterque uiſcorum laudet hæc ſcilicet ſcripta mea relegata omni ambitione ſepoſita omni adulatione:ac per hoc non timide nec latenter loquens. Duo autem fratres fuere Viſci:de quorum altero meminit in ultima ſatyra.Et prope me uiſcus Turinus:& infra Si memini Varius. Te dicere poſſum Pollio:Vos inquit poſſum nominare:quibus uelim mea qualiacunque ſint. place- Meſſala
re:doliturus ſi non placuerint.De pollione dictum eſt pauloante. Meſſala:hic eſt Meſſala ille Coruinus Coruinus
orator de quo ante in hac ſatyra facta eſt mentio. Bibuli:Familia Bibulorum nobis extitit ex qua fuit.M. ille bibulus qui collega fuit Iulii Cæſaris in ædilitate & conſulatu. Et Serui.Seruiorum familia nobiliſſima fuit:ex qua ille fuit Seruius Sulpitius de quo Cicero in nona philippica ſic. Aediles curules edictum de funeribus habeant Seruii Sulpitii.Q.filii lemonii Ruſi funeri mittere utique locum ſepulchro in campo exquilino.C.panſa conſul ſeu quo in loco uidetur pedes triginta quaquauerſus deſignet:quo Seruius Sulpitius inferatur:quod ſepulchrum ipſius liberorum poſteriorumque eius ſit. Quibus hæc ſunt qualiacunq; Arridere uelim.Ordo eſt:quibus uelim hæc arridere qualiacunque ſunt. Arridere:placere. Demetri teq; Tigelli:De Demetrio quem ſimium appellauit dictum eſt ſupra.De tigellio Hermogene;ſæpe:quos modulatores eſſe diximus. Diſcipularum inter iubeo.Eleganter utrunque horum ad puellas relegat : quaſi ad eas quæ huiuſcemodi canendi delitiis delectentur. Plorare:irriſorie dicit plorare quum uelit intelligi canere quaſi qui non canant ſed plorent ululentque. Inter cathedras diſcipularum ſubaudi extrinſecus ueſtrarum:Conſtat enim illo tempore puellas ſolitas artem muſicam edoceri quod & factum ante fuiſſe docet Terentius in phormione.Phedria nactus eſt quandam cithariſtriam:hanc amare occepit:eam ſectari in

ludum:ducere & reducere:nam ſtudium artis muſicæ inter ingenuas diſciplinas collocat Ariſtoteles in Octauo politicorum.eam pueris ediſcendam precipit Plato in libris legum.Epaminundas princeps græciæ fidibus præclare ceciniſſe dicitur.In græcia.n.ut docet Cicero in Tuſcula.muſici floruerunt: diſcebantq; id oẽs nec qui neſciebat ſatis excultus doctrina putabatur. I puer atq; meo:Facete & hoc dictū:quaſi hoc ex tempore dixerit:uult enim uideri ſe hoc carmen quaſi ex tempore ceciniſſe in modulatores:præcipit.n.puero uti hoc in librum ſuum referat ne pereat tam opportunum & congruens in modulatores dictum.

Diſcipularum inter iubeo plorare cathedras
I puer:atq; meo citus hæc ſubſcribe libello.
Donec uos auctor docuit prærorius:ergo
Siquis nunc mergos ſuaues edixerit aſſos:
Parebit praui docilis romana iuuentus.

Prætor ius.Ruſus. Ergo ſiquis nũc mergos. Docet poeta homines ad ingluuiem tam procliues eſſe:ut ſiquis edicat mergos aſſos iucundi eſſe ſaporis:ſtatim ei pareant.Nam quum & Mecœnas pullos aſinarum epulari inſtituiſſet : multū eo tempore præclari ſunt onagris.poſt tamẽ,Mecœnatem interiit auctoritas ſaporis. Mergos: Mergi aues ſunt aq̃tiles piſcib[9] dũtaxat uiuẽtes.

## SERMO VNDECIMVS.

Ordidus a tenui uictu diſtabit
Ofello
Iudice.Nam fruſtra uitium uitaueris illud:
Si re alio paruũ detorſeris: Auidienus
Cui canis ex uero dictũ cognomen adhæret:
Q uinquenneis oleas eſt:& ſiluestria corna:
Ac niſi mutatum parcit diffundere uinum: &
Cuius odorem olei nequeas perferre : licebit
Ille repotia.nataleis:alios ue dierum
Feſtos albatus celebret:cornu ipſe bilibri
Caulibus inſtillat ueteris non parcus aceti
Q uali igitur uictu ſapiens utetur? & horum
Atrũ imitabit? hac urget lupus:hac canis

Ordidus a tenui. Superiori ſermone luxurioſos taxauit.Contra in hac ſordidos inſectatur:qui uolentes uitium luxuriæ fugere in nimiam parſimoniam incurrunt:dum ſe putant frugalitatem complexos.unde nunc ait uictum ſordidum diſtare a tenui & frugali:ut ſit ſenſus.non ita fugiendam ciborum luxuriam ut in ſordes & nimiam parſimoniam ĩcurramus: monetq; homini frugalib[9] modiciſq; cibis nihil eſſe ſalubrius:nihilq; multiplici epularum copiam pernicioſius . nihilq; magis uitandum:quam nedum unum uitium uitare uolumus:in aliud incurramus. Sordidus:ſubaudi uictus ab inferiore:hoc eſt nimis parcus.

Tenui:moderato & frugi. Iudice oſello.ita oſello ſentiente & iudicante:De quo dictum eſt initio ſuperioris ſermonis. Sed quem præcepit Oſellus.is enim ex diuite factus eſt pauper & cuſtos pecoris. Vitium uitaueris illud ideſt luxuriæ. Alio ſcilicet ad nimiam parſimoniam. Auidienus hic diues ſed nimium parcus fuit.

Cui canis.nam ob nimias ſordes canis cognominatus eſt. Parcit diffundere:non uult uina uaſis ſuis recõdere niſi prius mutata & corrupta.

Cuius odorem olei.Ordo eſt & ſenſus. Ipſe inſtillat caulib[9] cornu bilibri oleum cuius olei odorem nequeas perferre:inſtillat inquam quamuis celebret repotia:natales & alios feſtos dies. Licebit quamuis:coniunctio enim eſt. Repotia : dicebatur dies poſt nuptias:quo die conuiuium nuptiale inſtaurabatur apud parentes:quam cõſuetudo etiam temporibus noſtris ſeruatur multis in locis,& dicta repotia ab iterata potione. Natales.quos magnis ſolennibus:magnaque hilaritate antiqui celebrabant:gratias diis agentes pro hac luce ad quam uenerant:ab amicis & clientibus multa munera mittebantur.Natalis apud ueteres per ſe plenum fuit ut hoc loco:& mox adiectionem recepit ut dicatur natalis dies:ſicuti apud Iuuenalem:Natali cõmune die mihi dulcior hæc lux:ubi plura de hoc diſſeruimus. Cornu bilibri.hoc eſt gutto corneo duas tantum ponderis libras continente. Albatus: nam in ſacris pagendis habitus albus ſumebatur.Nam ut ſcribit Cicero in ſecundo de legibus:color albus præcipue decorus deo eſt:cum in cæteris tum maxime in textili:Perſius.quãuis albata rogarit.Veteris non parcus aceti. λειϖτοτι quaſi dicat in eo ſolo parcus non eſt & large fundit quod uile æſtimat. Horum: utrum luxurioſum an ſordidum. Hac urget lupus hac canis angit.per lupum luxuriam & uoracitatem. Eſt enim lupus animal uoraciſſimum:qui apte homini luxurioſo & edaci comparatur.per canem auariciam imminere ſignificat.Eſt enim quaſi prouerbiale ut dicamus illum uiuere more canis:qui duriter nimiſq; parce uiuit:unde & Auidienus cognominatus eſt ; ut dictum eſt canis ob ſordidum uictum. Nam canes pane furfuraceo : oſſibus:aliiſq; cibis uilibus & ſordidis paſcuntur. Mundus erit:qui non offendat ſordibus.mundum & laudabilem uictum ſequetur:qui neq; in ſordidam:neque luxurioſam ſe uitam demiſerit.

Atque in neutram partem cultus erit miſer.Senſus eſt & ordo:ille erit mũdus qui in neutram partem cultus erit miſer:ut ſubaudias erit. Cultus genitiuus eſt caſus:capiturq; cultus pro uictu.Virg. Cultuſque feros molire colendo. In neutram partem.nec in luxuriam.nec in nimiam parſimoniam. Hic neque ſeruis.Ille inquit:erit mundus:qui quod dictum eſt euitauerit:& qui ſæuus non erit ſeruis ſuis nec in cibis:nec in negociis:qualis fuit Albutius qui auctore porphyrione auarus conuiuiorum apparator eſt habitus in

ſeruos:quique ob cupiditatem nimiam habendi alienam uxorem:ſuam ueneno necauit:de quo ante dictũ eſt illic Canidia Albuti. Et qui non erit ea ſimplicitate:ut etiam aquam unctam iubeat ſeruis dari ad lauandas manus:ut ſimplex Neuius præbeat conuiuis ſuis tanquam qui uellet fugere nomen ſordidi. Dum munia didit:figura eſt ſyncopa:hoc eſt dum diuidit opera & negocia peragenda:unde in ſequentibus:præſcripta ad munia ſurgit. Accipe nunc quæ quanta.uolens poeta oſtendere nihil in cibis frugalitate ipſa eſſe melius proponit commoda & bona:quæ inde exurgant. In primis ualeas bene. Nam ut ſcribit Cicero continentiam in uictu ſequitur integritas ualitudinis.

Mundus erit: qui non offendat ſordibus:atq;
In neutram partẽ cultus miſer.hic neq; ſeruis
Albuti ſenis exemplo:dum munia didit:
Sæuus erit:nec:ſicut ſimplex Neuius:unctã
Cõuiuis pbebit aquã:uitiũ hoc quoq; magnũ
Accipe nunc uictus tẽuis quæ:quantaq; ſecũ
Afferat:in primis ualeas bene:nam nariæ res
Vt noceãt homini:credas memor illius eſcæ,
Quæ ſimplex olim tibi ſederit:at ſimul aſſis
Miſcueris elixa:ſimul conchylia turdis:
Dulcia ſe i bilẽ uertẽt:ſtomachoq; tumultum
Lenta feret pituita.uides:ut pallidus omnis
Cœna deſurgat dubia?Quin corpus onuſtũ
Heſternis uitiis animũ quoq; prægrauat una
Atq; affigit humo diuinæ particulam auræ.
Alter:ubi dicto citius:curata ſopori
Mẽbra dedit:uegetus pſcripta ad mũia ſurgit.
Hic tñ ad melius poterit tranſcurere quõdã:
Siue diem feſtum rediens adduxerit annus:
Seu recreare uolet tenuatum corpus:ubiq;

Nam uariæ res ut noceat homini credas:poſſis inquit credere & cognoſcere uarietatem ciboꝝ homini maxime eſſe pernicioſam:ſi memineris cibi illius:quem aliquãdo ſimplicem ſumpſeris:ita enim collato exemplo facile cognoſces quanto melior ſit tenuis quam luxurioſus uictus. Phyſici enim omnes clamãt homini nihil conducibilius eſſe ad ualitudinem corporis quam ſimplicẽ cibum & tenuem uictum.unde Seneca ad Lucilium. Multos morbos multa fercula fecerunt:unde Eccleſiaſticus. In multis eſcis erit infirmitas. propter crapulam multi obierunt. Plinius Homini inquit cibus eſt utiliſſimus ſimplex. aceruatio ſaporum peſtifera & condimenta pernicioſiora. Credas.credere poſſis. Vt qualiter. Variæ res:uaria ciborum genera. Memor:ſi fueris memor illius eſcæ:quam ſimplicem ſumpſiſti. At ſimul aſſis Miſcueris elixa. oſtendit ex diuerſis epulis uarios etiã morbos:gigni. Ordo autem ẽ. At dulcia uertent ſe in bilem:ſimul ideſt poſtquã miſceueris elixa aſſis. Conchylia:piſces omnes concha incluſos intelligit:ut oſtreas purpuras:murices.unde Seneca libro.xiiii.epiſtola prima. Quantulum ex tot conchyliis tam longe aduectis per iſtum ſtomachum inexplebilem labitur. Conchylia autem proprie piſces ſunt ex genere purpurarum. Plinius lib.ix. Concharum ad purpuras & conchylia eadem quidem eſt materia:inde dictæ ſunt ueſtes conchyliatæ. In bilem:in coleram. Pituita.omnis humor corpori oneroſus dicitur:unde pituitam dicimus narium:aurium:oculorum:ſtomachi. Ex pituita arborum ſcribit Plin. naſci fungos:hoc eſt ex ſuperfluo humore:a pituita appellat Cicero in libro de fato pituoſos:hoc eſt catarro laborantes. Vides ut pallidus. Ordo eſt. Vides ut oĩs diſſurgat pallidus. Cœna dubia. Lauta & multiplici. Nam Terentius in phormione docet eam dici dubiam cœnam ubi tu dubites quid potiſſimum carpas. Quin corpus onuſtum. Ordo eſt. Quin:etiam:immo:inſuper:cæna dubia prægrauat corpus onuſtum heſternis uitiis:animum quoque ſimul.ut ſit ſenſus:multiplici genere epularum animi iuxta & corporis uires prægrauari:atq; deprimi.unde Cice.in quito Tuſcula. Quid uti poſſumus quod ne mente quidem recte ut poſſumus multum cibo & potione completi. Heſternis uitiis. heſterna uitia intelligit heſternas epulas multiplices. Particulam auræ diuinæ:ideſt animum:qui e cœleſti domicilio in corpus noſtrum demiſſus eſt. Affigit humo.non patitur ad altiora erigi. Alter ubi dicto citius Ille:inquit qui ſomno ſe tradidit:modico fotus cibo facillime e lecto mane ſurgit. Ordo eſt. Alter ſurgit uegetus ad munia præſcripta ubi dedit membra ſopori curata citius dicto. Ad munia.ad munera & officia. Præſcripta:quæ ſibi præcepta & impoſita ſunt. Supra enim docuimus præſcribere capi pro præcipere & præſcriptum pro præcepto. Vegetus.ualidus:& promptus. Curata citius dicto celerius quam dici poſſit:ac per hoc breui cœnula refecta & recreata. Hic tamen ad melius. Ille inquit qui ſe aſſuefecerit tenuibus epulis poterit aliquando ad lautiora decurrere:ſiue dies feſtus acceſſerit:ſiue corpus attenuatum reficere uoluerit. At tu qui tantis uiuis delictis:nihil habebis.quod ad illas poſſis adiicere quum tantæ ſint ut nihil addi poſſit. Ad melius:lautius:& delicatius. Quondam.de futuro dixit:ut illud Virgilii. Nec Romula quondam Vllo ſe tantum tellus iactabit alumno. Vbique:accedent anni.ubique ad perſonas non ad loca referendum eſt:ut ſit. Et luxurioſi & moderati omnes ſeneſcent:opuſque erit ætatem ſenilem lautioribus eſcis recreari.uerum id in delicato fieri non poterit:quia(ut dictum eſt)tantæ ſunt perpetuæ eius deliciæ:atque etiam a puero cœptæ ut nihil addi poſſit. Mollius:delicatius quam fuerit tractata ætas iuuenilis. Ad iſtam molliciem:ad iſtas tuas delicias:Ordo eſt. Quidnam accedat tibi ad iſtam molliciem:q̃ puer & ualidus præſumis:ſiue dura ualitudo inciderit:ſiue tarda ſenectus? Legendum eſt cum interrogatione. Quam præſumis:ideſt quam ante ſumis & occupas quam conueniat:ac ſi dicat annis iuuenilibus minus delicate uiuendum quam ſenilibus foret. Rancidum aptum. Antiqui inquit a deliciis tantum alieni

fuerunt:ut aprum rancidum laudarent:non ꝙ & ipſi naſum non haberent:ſed hac ratione ut hoſpes tardus adueniens haberet quem comederet potius uitiatum quam ipſe dominus integrum. Rancidum:dum ſeruatur factum rancidum. Vtinam:optat ſe eſſe natum primis illis temporibus:quibus terra protulit hos heroas:hoc eſt heroas huiuſmodi parſimoniæ.legendumque eſt utinam inter:& non ut inter: uerſus enim non ſtaret:hocque eſt dictum ex arte poetica:quæ præcipit poetam in poemate ſuo aliquid debere aliquando optare & ſpernere. Hoc amet:hoc ſpernat ꝓmiſſi carminis auctor:quod fecit Iuuenalis:unde ſit ut malim fraterculus eſſe gigantum. Das aliquid famæ hoc dicit:non ſolum ex luxurioſo abundantiore que cibo animi pariter & corporis ſenſus hebetantur:ſed infamia:dedecuſque cõtrahitur:ut ſit ob tuam gulam das aliquid famæ ideſt facis ut de te multi loquantur ut de guloſo:quæ fama ſolet eſſe gratior auribus hominum ipſo carmine ipſo cantu:hoc eſt enim a natura comparatum ut libenter uitia aliena audiantur:ſicq; proponit incommoda & mala:quæ ex huiuſmodi uita emergunt:aut reuera cum interrogatione legendum eſt:Das aliquid famæ:ut ſit putaſne hoc ad famaꝫ & laudem ptinere:ꝙ ſcilicet luxurioſe uiuas:quæ fama eiuſmodi ſolet eſſe gratior carmine:hoc eſt cantu:& multum delectare:ut colligat ipſum nihil famæ nihil laudis conſequi:quæ eum poſſit delectare. Te tibi iniquum & fruſtra mortis cupidum quum deerit egenti. Accia quæ in preciũ Iraſceris inquit tibi & morteꝫ fruſtra cupies:quũ bona tua per ingluuiem in tantum abſumpſeris ut æs non habeas ad emendum laqueum: quo te ſuſpendas. Iuri:inquit Trallius iſtis iurgatur uerbis. Trallius diues fuit & luxurioſus:qui quum diuitias per luxum profunderet:arrogantur iactabat ſe id poſſe facere ꝙ magna haberet uectigalia unde iure iurgabatur. ꝙ quæ ſupereſſent: mallet per luxum perdere quam pauperibus erogare.

Accedent anni:& tractari mollius ætas
Imbecilla uolet. Tibi quidã accedat ad iſtam:
Quã puer & ualidus præſumis.molliciẽ:ſeu
Dura ualetudo inciderit:ſeu tarda ſenectus?
Rancidum aprum antiqui laudabãt: non quia naſus
Illis nullus erat:ſed credo. hac mente: quod hoſpes
Tatdius adueniẽs:uitiatũ commodius.quam
Integrum edax dominus conſumeret.hos utinam inter
Heroas natũ tellus me prima tuliſſet.
Das aliquid famæ:quæ carmine gratior autẽ
Occupat humanã? grãdes rhombi: patinæq;
Grande ferũt una cum damno dedecus. adde
Iratum patruũ: uicinos:te tibi iniquum:
Et fruſtra mortis cupidũ:cum deerit egenti
Aes:laquei pretium:iure inquit Trallius iſtis
Iurgatur uerbis.ego uectigalia magna:
Diuitiaſq; habeo tribus amplas regibus ergo
Quod ſuperat:non eſt melius quo inſumere poſſis?
Cur eget indignus quiſquam te diuite? quare
Tẽpla ruũt antiqua deũ: cur improbæ caræ
Non aliquid patriæ tanto emetiris aceruo?
Vni nimirum recte tibi ſemper erunt res?
O magnus poſthac inimicis riſus. Vter ne
Ad caſus dubios fidet ſibi certius:hic: qui
Pluribus aſſuerit mentem:corpuſq; ſupbum?
An:qui contentus paruo: metuenſq; futuri:
In pace ut ſapiens aptarit idonea bello?
Quo magis his credas: puer hunc ego puus Oſellum
Integris opibus noui:non latius uſum
Quam nunc accilis:uideas metato in agello

Vectigal

Inquit aliquis ſcilicet: Iurgatur iure iſtis uerbis. hoc eſt propter iſta uerba:quæ ſequũtur: quibus ſe iactabat. Vectigalia:uectigal appellatur redditus tam publicus quam priuatus a quo ſit uectigalis & hoc uectigale:unde dicimus agrum uectigalem & chartaginem factam eſſe uectigalem populi Romani:hoc eſt tributariam. Amplas tribus regibus: quæ poſſent tribus regibus ſufficere. Quod ſuperat.ſupereſt. Non eſt? nõ contingit aliquid? Quo:ideſt in quo. Inſumere melius:diſpenſare melius & laudabilius quam p tantam luxuriam. Cur eget indignus? Cur inqt tu diues non ſubuenis pauperi indigno cur pateris ipſum indigere? Indignus. Subaudi paupertate:ac per hoc uir bonus:qui nulla in te eſt deferendus. Docet Virgilius in ſexto quod & chriſtiana religio ſentit eos:qui ex diuitiis ſuis nihil dãt pauperibus apud inferos poſt mortem cruciari: quum ait. Et qui diuitiis ſoli incubuere repertis. Nec partem poſuere ſuis: quæ maxima turba eſt. Vni nimirum recte tibi: hæc ironicos dicuntur. Quid credis ſtatum rerum tuarum non poſſe mutari. ut ex diuitiis in paupertatem non decidas? quod ſi acciderit o quantos inimicis tuis riſus præbueris: Vter ne ad caſus dubios. Sẽſus eſt. Vter magis uidetur tutus aduerſus fortunæ incommoda:an ille qui lautis epulis ſemper uſus eſt an qui tenui uictu. Corpus ſuperbum:ſuperbe educatum. ac per hoc delicatum. In pace ut ſapiens aptarit idonea bello?

An is:qui modico & tenui contemptus uictu aptauerit ſibi:ut uir ſũmæ prudentiæ in pace: hoc eſt dum in ſecunda eſt fortuna:ea quæ ſunt idonea & conuenientia bello: hoc eſt quæ neceſſaria ſint ad ſuſtinenda incõmoda fortunæ: ſi forte cornua obuerterit. Per idonea: intellige moderatum & tenuem uictũ cui aſſuefactus in

factus in ꝓſpera fortuna tolerātius aduerſa oīa ſuſtinet.Metaphora ſumpta ē a ꝑito impatore q ꝑ pacē ſibi ꝓſpicit:q̄ ad bellū ſuſtinēdū cōueniāt.Ordo āt erit & ſenſus.An is q cert⁹ fidet ad caſus dubios q cōtēt⁹ par uo & metuēs futuri aptarit ī pace idonea bello:hoc ē reb⁹ aduerſis cōueniētia. Quo magis his credas: bñ q̄ſi pſuaſerit. His:q̄ dixi meli⁹ eſſe uti tenui uictu q̄ luxurioſo. Puer ego puus:memini me ioqt quū puer eſſem noſcere Ofellū q diuitiis ſuis ītegris ꝓfuſius nō ē uſus q̄ nūc imminutis.Ordo āt ē.Ego puer puus no ui Ofellū nō uſum lati⁹ opib⁹ ītegris q̄ nūc accifis utiť. Videas.Ordo & ſenſus poſſis uidere illum fortem

Cum pecore:& gnatis fortē mercede colonū:
Non ego narrantem temere edi ī luce ꝓfeſta
Quidquam præter holus fumoſq; cum pede pernæ:
Ac mihi ſeu lōgū tēpus poſt uenerat hoſpes.
Siue operum uacuo gratus cōuiua ꝑ imbrem
Vicinus: bene erat:non piſcibus urbe petitis:
Sed pullo:atq; hædo:tū penſilis uua ſecūdas.
Et nux ornabat menſas cum duplice ficu.
Poſt hoc ludus erat culpa potare magiſtra
Ac uenerata Ceres ita culmo ſurgeret alto:
Explicuit uino contractæ ſeria frontis.
Sæuiat:atq; nouos moueat fortuna tumultus
Quantum hinc iminuet? quanto aut ego par cius:aut uos
O pueri nituiſtis:ut huc nouus incola uenit?
Nam propriæ telluris herū natura neq; illū:
Nec me:nec quemq̄ ſtatuit.Nos expulit ille:
Illum aut nequities;aut uafri inſcitia iuris.

colonum mercede cum pecore & gnatis in agello metato narrantem.Ego temere non edi & cætera: per quod colligit omnibus tali moderatione uiuendum eſſe. Latius.largius:abundantius. Accifis:imminūtis. Metato:metis & terminis circunſcripto.ac per hoc non ualde amplo. nam metam poni pro termino & fine perſpicuum eſt:unde Virg.His ego nec metas rerum nec tempora pono.Inde eſt Metor uerbum quod metiri ſignificat: unde eſt metatio quaſi dimenſio. Columella libro quarto de poſitione uinearum. Hæc in quincuncem uinearuꝫ metatio expeditiſſima ratione conficitur.Gelius initio ſuaruꝫ noctium ſcribit ſic.Herculem curriculum ſtadii pedibus ſuis metatum:hoc eſt dimenſum eſſe.Pli.libro ſexto.Poſſidonius ab æſtiuo ſolis ortu ad hibernum exortum metatus eſt.eaꝫ aduerſam Galliæ ſtatuens.quam ab occidente æſtiuo ad occidentem hibernum metabatur totam a Fauonio.

Mercede colonum:qui mercenarius eſt.naꝫ ex diuite factus eſt pauper. Temere:fere. Luce ꝓ feſta.Dies profeſti dicuntur quaſi procul a feſto: ideſt non ſacri:in quibus opera ſine aliquo piaculo fieri poſſunt.Feſti autem: in quibus omnium operum eſt uacatio:qui diis ſacrati ſunt. Pernæ partes illas in porco:quæ pedib⁹ iunctæ ſunt appellauere pernas:unde Plinius.Caſtrantur fœminæ ſuſpenſæ pernis prioribus. Cato ſcribit: quum pernas emeris ungulas earum præcidito. Bene erat: bene tractabatur. Tum penſilis: uua ſecundas Ornabat menſas. Quæ in ſecunda menſa ponebantur uno uocabulo ueteres latini bellaria appellauerunt: quæ græci tragæmata. Penſilis uua: Nam uua aut in ollis: aut penſilis ſeruabatur. Cum duplice ficu:cum duabus ficis.ac ꝑ hoc paucis. Poſt hoc ludus erat culpa potare magiſtra.Si quando libere potare uolebant antiqui.ideſt ſine ſimpoſi archa hoc eſt principe & magiſtro potationis dicebant ſe facere magiſtra culpa:hoc eſt culpa & uitio ipſo & uoluptate bibendi exiſtente magiſtra potationis & fungente uice Sympoſiarchæ:quaſi quæ imperet quantum bibendum ſit ut imperat Sympoſiarcha in ſolennibus conuiuiis.hocq; dictum eſt ilocalariter cuius inſtituti meminit ſic Cicero in libro de ſenectute.Me uero & magiſteria delectant a maioribus inſtituta.& is ſermo qui more maiorum a ſummo magiſtro adhibetur in poculo & cætera. Poſt hoc:poſtquā remota ſunt bellaria:& iam factus eſt finis epulis. Ac uenerata Ceres.Senſus eſt & ordo.Ceres deīde uenerata:ideſt per ſummam uenerationem rogata ut creſceret alto culmo.Explicuit uino ſeria frōtis cōtractę.i. triſtitiā e frōte depoſuit ſignūq; dedit hilaritatis.Venerata ita.i.ſic uenerata ꝑ hilarationē cōuiuii.Venerata:paſſiua ſignificatiōe dixit:ut Virg.Curſuſq; dabit uenerata ſacerdos. Sæuiat atq; nouos moueat fortuna tumult⁹.Quātū hic iminuet?Oſtēdit Ofell⁹ ꝑ hanc ad pueros ſuos īterrogationē:illū q ſcda fortuna tenui uictu uſus ſit:nihil ī aduerſa ſolere extimeſcere.qa iā malis aſſuetus eſt nec ob eā rē parcius uiuit.ſed ī eodē uictus tenore etiam ſine moleſtia perſeuerat.Ait ergo per conceſſionem:Sæuiat fortuna quantum uelit aduerſus nos quantum tamen ex priſtino uictu noſtro imminuet: ac ſi dicat nihil:quia eadem tenuitate uictus utemur: qua ante uſi ſumus neque ego: neque nos

Profeſtus
Feſti
Pernæ

Sympoſiarcha

ex quo de agro noſtro a nouo domino deturbati ſumus parcius uiximus. Ofellus ſuū.n.agrum aduerſāte fortuna amiſerat:qui ad Vmbrenum nouum dominum uenerat. Nituiſtis: quanto minore cum nitore Vixiſtis.quaſi dicat nihilo minore. Nouus incola:hoc eſt Vmbrenus nouus dominus:ut infra ſtatim dicetur.

Nam proprie telluris:monet Ofellus rerum omnium eſſe uiciſſitudinem:ut quod hodie meū eſt craſtino die fit alterius.ut monſtret illi.qui luxurioſe uiuit timendum ne aliquando in paupertatem delabatur: quā moleſtius feret quam qui modicis aſſueuit.Natura ergo inquit nullum uoluit proprie rei dominum eē:oia eni bona fortunæ nūc in hunc nunc in illum trāſeunt. Nequities:luxus uitæ prodigus &effuſus dicitur.unde Terentius.Hui quantam feneſtram ad nequitiam pateſeceris.De Nequitie in ſequēti ſermone ex auctoritate Gellii plura dicemus.

Nequities

Poſtremum expellet certe uiuacior hæres.
Nūc ager Vmbreni ſub nomīe :nuper Ofelli
Dictus:erit nulli proprius:ſed cedet in uſum
Nunc mihi:nunc alii.quocirca uiuite fortes:
Fortiaq; aduerſis opponite pectora rebus.

Aut uafri inſcitia iuris.aut quia ignorauerit:iura ipſa:quæ non ſine magna tractantur calliditate & uaframentis. Nunc ager umbreni. Ordo eſt. Ager nunc Vmbreni dictus nuper : ſub nomine Ofelli:erit nulli proprius .Proprietas enim : agrorum nullius eſt:ſed uſus conceditur tantum. Sub nomine.titulo. Quocirca uiuite fortes:Quum ergo inquit o poeri in rebus humanis nulla ſit certa ſtabilitas:ſed omnia prorſus mutentur. Facite.uiuatis fortes ideſt ita uos laboribus & reliquis moleſtiis aſſuefaciatis:ut quum fortuna cornua uobis obuerterit facile ſuſtineatis.Fortis enim animus & magnus nulli nec homini:nec perturbationi:nec fortunæ ſuccumbit.Neceſſe enim eſt:ut docet Cicero:qui fortis ſit eūdem eſſe magni animi:qui magni animi ſit:inuictum:qui inuictus ſit:eum humanas res deſpicere :atque infra ſe poſitas arbitrari.Deſpicere autem nemo poteſt eas res:propter quas ægritudine affici poteſt niſi fortis ex quo efficitur fortem uirum ægritudine nunquam affici.Omnes autem ſapientes fortes. Fortiaque aduerſis opponite .fortes uos præbete aduerſus incommoda fortunæ.

BIBLIOTECA NAZ ROMA VITTORIO EMANUELE

¶ Q. Horatii Flacci Liber ſecundus Sermonum cum commentariis Ioannis britannici Brixiani.

SVnt qbus in ſatyra. Hoc ſermone Horatius quũ ab aliis male audiret. ꝙ nimis acriter uitia hominum notaret ab aliis uero ꝙ carmina ſine neruis cõponeret. Trebatiũ equitẽ Ro. iuris cõſultũ amicũ ſuũ cõſulit: qd ſibi faciẽdũ cenſeat. Et hortẽti ut relicta ſatyra hiſtorias & facta Cæſaris carmine pſcribat reſpondet ſe id i animo habere opportunoq; tempore facturũ. Demũ ait ſe a ſatyra nõ poſſe diſcedere: q̃ſi ad id genus carminis fato ſit nat⁹. Nimis acer: ꝙ nimis acriter & uehementer mordeã. Nam Acer uehemẽtem: fortẽ: aſperum: amarũ ſignificat. Acer Tẽdere opus: tractũ a ſagitariis. qui arcũ tendunt miſſuri ſagittam. Vltra legem: ultra q̃ permittat lex ſatyræ: q̃ uidet nolle quemq̃ uiuũ noiari: unde Iuuenalis: tanq̃ huius legis memor ait. Experiat qd: concedat in illos. Quoꝝ flaminia tegit cinis atq; latina. Sine neruis: hoc eſt ſolutũ & eneruẽ. Scribit Tacitus Ciceronẽ a caluo male audiuiſſe tãq̃ ſolutum & eneruem: a Bruto autem tanq̃ fractũ & elumbem. Mille uerſus deduci poſſe: trãſlatio eſt a lana quæ deducitur in tenuitatẽ: unde Virgilius in bucolicis carmen deductum appellauit tenue & ſubtile. Trebati. Hic eſt ille Trebatius eques romanus iuris peritus q locũ auctore Porphyrione obtinuit inter poetas: & aliquot libros de ciuili iure compoſuit: de religionibus nouem. quem conſtat aliquandiu patria & bonis ſuis caruiſſe: phibitum in patriã redire a Iulio Cæſare: ꝙ arma nõ ſtatim ſuperato Pompeio depoſuiſſet ad eũ extãt epiſtolæ pleræq; Cicerõis cũ in ſexto tũ in ſeptimo uolumine epiſtolaꝝ familiarũ. De eo mentionem facit Iuſtinianus in iſtitutiõibus ſuis titulo de codicillis ſic. Dicit aũt Auguſtus cõuocaſſe ſapientes uiros inter quos Trebatium quoq; cuius tunc auctoritas maxima erat &c.



# Q VINTI HORATII FLACCI SERMONVM LIBER SECVNDVS.

## SERMO PRIMVS.

SVnt: q̃b⁹ i ſatyra uideꝛ
ar nimis acer: & ultra
Legẽ tẽdere opus: ſine
neruis altera quicqd
Cõpoſui ps eẽ putat: ſi
mileſq; meorum
Mille die uerſus deduci
poſſe Trebati
Q uid faciã: pſcribe qe
ſcas. ne faciã inquis:
Omnino uerſus? aio peream male: ſi non
Optimũ erat: uerũ nequeo dormire. ter uncti
Tranſnãto tyberim: ſõno qbus eſt opus alo
Irriguumq; mero ſub noctẽ corpus habento:
Aut: ſi tantus amor ſcribendi te rapit: aude
Cæſaris inuicti res dicere: multa laborum
Præmia laturus. cupidũ pater optime uires
Deficiunt: neq; enim quiuis horrentia pilis
Agmina: nec fracta pereũtes cuſpide gallos:

Præſcribe præcipe: unde & præſcriptũ p præceptione accipit: ſumpta trãſlatiõe a magiſtris ludi qui præſcripta pueris dant pcipuũq; imitentur. Quieſcas: hoc eſt ex pſona Trebatii. Ne faciã inqs oio uerſus? hoc ex pſona Horatii. Aio: uerbum Trebatii. Peream: ex pſona Horatii. Ter uncti. Trebatius. Sẽſus ẽ. Qui dormire nequeũt trãſtyberim natẽt: ſic ei defatigati facile dormiẽt illud ãt attẽdẽdũ poetã ſermonẽ Iuris periti Trebatio accõmodaſſe: hocq; ex pceptis ſuis in arte poetica: & itẽ in ſatyra ſupiore ubi ait. Et ſermone opus eſt modo triſti ſæpe iocoſo. Defendente uicẽ modo rhetoris atq; poetæ. Vncti. ſ. oleo: quo perũgebant aduerſus malitiã aquaꝝ. Irriguũq; mero ſub noctẽ corpus habẽto. Qui neq̃unt ingt dormire: bñ circa noctẽ bibãt: multo. n. uino ſenſus ai piter & corporis ſepeliunt. Cæſaris: Auguſti: quo impante hæc ſcribebat. Multa laturus premia: artificioſe Cæſarem laudat a liberalitate. Cupidũ pater uerba Horatii. Neq;. n. quamuis horrentia pilis Agminam: Eleganter poeta in ipſa excuſatiõe poſſe ſe bella eius ſcribere oſtendit: ſtilo enim ſublimi hoc canit. Sic Vir. At nunc horrentia martis arma: quum. n. humilius precedentia cæciniſſet. Ille ego qui quondam gracili modulatus auena Carmen &c. ſublimiori ſtilo ut ars poetica poſtulat ſequentia cecinit. Pila autem tela ſunt romanorum. Lucanus. Et pila minantia pilis. Nec fracta Cuſpide. De hiſtoria eſt. Nam Marius aduerſus Santones talia tela commentus eſt ut fracta mitterentur ne remitti ab hoſtibus poſſent.

Aut labentis equo deſcribat uulnera parthi
Attamẽ & iuſtum poteras:& ſcribere fortem
Scipiadã ut ſapiẽs lucillius.haud mihi deero
Cum res ipſa feret:niſi dextro tempore flacci
Verba per attentã non ibunt cæſaris aurem:
Cui male ſe palpere:recalcitrat undiq̨ tutus.
Q uanto rectius hoc:quã triſti ledere uerſu
Pantolabũ ſcurram: nomentanumq̨ nepotẽ:
Cũ ſibi qſq̨ timet:quãquã eſt ĩtactus:& odit:
Q uid faciam.ſaltat milonius:ut ſemel icto
Acceſſit feruor capiti:numeruſq̨ lucernis.
Caſtor gaudet equis:ouo prognatus eodem
Pugnis.quot capitum uiuunt:totidẽ ſtudiorũ
Millia:me pedibus delectat claudere uerba
Lucilli ritu noſtrum melioris utroq̨:
Ille uelit fidis arcana ſodalibus olim
Credebat libris:neq̨ ſi male geſſerat uſquã.
Decurrens alio:neq̨ ſi bene:quo fit:ut omnis
Votiua pateat ueluti deſcripta tabella

Parthi labẽtis equo:hoc cõmemorat qa parthi Armeniã uẽdicat Auguſto facile ceſſerunt.& ſigna militaria quæ.M.Craſſo &.M. Antonio ademerãt repoſcẽti reddiderũt:obſideſq̨ in ſup obtulerũt.Parthi ſcytico ſermone exules dñr ut refert Iuſtinus li.xl. docẽs ab exulib⁹ ſcytharũ parthorũ impiũ fuiſſe deductũ. Plini⁹ ſcribit regna pſarũ eẽ eadẽ:quæ parthorũ:quorũ rex Orodes duce Surena bella cũ romanis geſſit:Craſſũq̨ romanorũ impatorẽ cũ filio &oĩ exercitu deleuit.Sequẽtib⁹ quoq̨ tpib⁹.M.Antonius bellũ cũ ſexdecim legionib⁹ intulit Parthis,pterea q̨ aduerſus ſe& Auguſtũ auxilia miſerat Bruto & Caſſio:ſed multis prælíis uexatus a parthia refugit.uix tertia pte exercit⁹ incolumi. Auguſtus quũ in Syriã ad cõponẽdũ orĩẽtis ſtatũ,pueniſſet metũ iiecit phraati parthorũ: regi ne bellũ parthiæ uellet iferre.Itaq̨ i tota parthia ex Craſſiano Antonianoq̨ exercitu captiui collecti ſuũt:ſignaq̨ cũ iis militaria Auguſto remiſſa:ſed & filii nepoteſq̨ phraatis obſides Auguſto dati. Parthi labẽtis:decidẽtis equo quũ ferit:hinc ſumpſit Perſus illud. Vulnera ſeu parthi ducẽtis ab inguine ferrũ. Attamẽ & iuſtum uerba Trebatii.Si nõ potes inquit geſta Cæſaris ſcribere:at potes more boni philoſophi iuſtitiã & fortitudinem eius:ut Lucillius Scipionis ſcripſit: nã illius uitã priuatã deſcripſit.Ennius uero bella. Scipiadã:quũ uerſus hexameter ſcipionẽ nõ admittat neceſſario dixit ſcipiadã forma patronymica primæ declinatiõis.Scipionẽ aũt ĩtelligit inferiorẽ q chartaginẽ fundit⁹ deleuit & Numãtiã. Haud mihi deero:uerba Horatii. Niſi dextero tpe flacci:geſta inqt Cæſaris nõ prius ſcribã:q̃ tẽpus uiſum fuerit opportunum.Ordo eſt. Verba Flacci nõ ibũt per aurẽ Cæſaris attẽtã niſi dextro tpe. Aurẽ Cæſaris attẽtã.i.maioribus negotiis intẽtã. Cui male ſi.p.Cui ſi aduleris offendit.ut ſit in laudẽ eius:q adulatores nõ audiat.
Male Male.i.ualde ut alibi ait in.iii.ſatyra.Strabonem Appellat petũ pr:& pullũ male paruus Sicui fili⁹ eſt.
Palpare Palpare ãt eſt manu mulcere:uñ palpones adulatores appellam⁹.Perſius.Ius h̨ ille fui palpo.Inuenim⁹ Palpari & palpare.Iuuenalis.Quẽ munere palpat Car⁹. Recalcitrat:renuit:metaphoricos ab equis:q a palpatione reſiliũt. Vndiq̨ tut⁹:ẽ inqt Cæſar tutus undiq̨.i.ita ſapiẽtia uñquaq̨ munitus ut a nemine nec blãditiis nec aliis poſſit artificiis circũueniri:qn oĩa cognoſcat. Quãto rect⁹ hoc:Trebatius loquit̃ ſubaudi extrinſecus ẽ.ſ.aut geſta aut iuſtitiã & fortitudinẽ Cæſaris ſcribere q̃ pãtolabũ ſcurrã aut Nomẽtanũ nepotẽ ſectari:ac p hoc hoĩum uitia notare:q̃ citra piculũ ẽt mortis notari nequeũt.nã qcũq̨ eo uitio laborant quo pãtolabus & Nomẽtanus ſtatim putãt ſe notari ſub pſona illorũ:quare timẽt & oderũt te.De pãtolabo & Nomẽtano dictũ eſt abũde in.viii.ſatyra:Sicq̨ nact⁹ occaſionẽ nõ ceſſat eos flagellare. Triſti uerſu.De noiatio eſt ab eo q̨ facit:triſtes:ſicuti dicimus artẽ deſidioſam q̃ facit deſidioſos frigus pigrũ:qa pigros facit. Quid faciã:Horati⁹ loqtur.q.d.nihil habeo qđ rectius faciã q̃ ſcribã ſatyrã. Saltat Milonius: ſcurra fuit Milonius illis tpibus:q ubi ebrius factus erat ſtatim ſaltare incipiebat:p qđ poeta colligit ita ſe a ſcribẽdo ſatyrã nõ poſſe cõtinere ut miloni⁹ a ſaltãdo. Capiti icto:uapore meri pcuſſo. Numer⁹ lucernis.Ebrio.n. lucernarum.lumina congeminari uident̃.uñ Iuuenalis.Quũ iam uertigine tectum.Ambulat:& geminis exurgit menſa lucernis. Caſtor gaudet equis:hoc uult ĩtelligi tot ſtudia eſſe hoĩum totq̨ artes diuerſas quot ſunt ẽt hoĩes.
Caſtor Pollux Caſtor ingt & pollux fratres diuerſis inter ſe ſtudiis uitam egere. Nam caſtor equis certabat.Pollux uero pugnis hoc eſt ceſtibus eſt.hincq̨ poeta manifeſte docet arma pugilum fuiſſe ceſtus.q ex corio & plombo inſuto confecti manibus induebant̃.ſicq̨ pugnis eo armaturæ genere armatis pugnabant.Sicq̨ oſtendit quũ alii uariis exercitationibus delectentur:ſe carmine ſatyrico delectari. Ouo ppugnatus eodẽ:Nota eſt fabula Iouem cõuerſum in cignum concubuiſſe cum leda:ex eoq̨ cõpreſſu duo edita oua:ex quorũ altero Caſtor & pollux nati ſunt ex alter uero Helena & Glytenneſtra. Ritu Lucilli: more Lucilli qui ſatyram primus ut dictum eſt ſcripſit. Melioris utroq̨ noſtrum.hoc eſt melioris & te & me o Trebati:hoc eſt ſenſu & ingenio meliori.Nam ut initio ſatyræ diximus Trebatius inter poetas locum obtinuit. Illi uelut:Lucillius inquit quæcunq̨ ſeu bene ſeu ſecus geſſerat.libris ſuis ueluti fidis ſodalibus credebat.ita ut uita eius omni ex parte per libros omnibus eſſet nota quaſi in tabula oſtenderetur picta quod quidem uitæ inſtitutum & ego ſequor. Decurrens alio:quam ad libros. Votiua tabella:ea dicuntur uotiua
Votiuũ quæ diis per uotum deſtinata ſunt:unde uictimam dicimus uotiuam quæ per uotum ſacrificio deſtinata ẽ Iuuenalis.Paſcitur in ueſtrum reditum uotiua iuuenca.Et Victruuius libro octauo.Hiero rebus pene geſtis quum auream coronam uotiuam diis immortalibus quodam in fano conſtituiſſet.Ordo eſt. Quo fit ut omnis uita ſenis pateat ueluti deſcripta in tabella uotiua.

Lucanus an

Lucanus an Appulus anceps. Patriã enĩ habuit uenuſiam. quæ ciuitas eſt in cõfinio appuliæ & Lucaniæ ut merito dubitet utrum ſit Lucanus an Appulus. Colonus uenuſinus: uenuſia enim colonia fuit romano rũ miſſa eo quo tẽpore Sabelli a rõanis ſuperati ſunt ne hoſtes aut Appuli aut Lucani bellũ mouẽtes p loca uacua & cãpeſtria currẽdo rõanos infeſtarẽt. Sabelli autem ut ſcribit Sẽpronius & Cato de originibꝰ proles ſunt ſabinoꝝ ut nomẽ eſt argumẽto. Sabini aũt ut ſcribit Strabo ĩ qnto populi ſunt iter latinos & umbros. Sabellis

Sed hic ſtilus: licet inqt ſcripturus ſim ſatyrã & multi ob eam rẽ me timeant tñ ſtilo meo neminẽ ultro per ſequar: ueꝝ ſi me cõmouerit ultione nõ uacabũt.

Sĩ ta ſẽis. ſequor hũc lucanꝰ an appulꝰ: ãceps.
Nã uenuſinus arat finem ſub utrũq; colonus:
Miſſus ad hoc pulſis (uetꝰ ẽ ut fama) ſabellis
Quo ne per uacuũ romano ĩcurreret hoſtis:
Siue qđ appulla gens: ſeu qđ lucania bellũ
Incuteret uiolẽta. ſed h̃ ſtilus haud petet ultro
Quenq̃ animãtẽ. & me ueluti cuſtodiet enſis
Pagina tectus: quem cur diſtringere coner
Tutus ab infeſtis latronibus? o pater: & rex
Iuppiter: ut pereat poſitum rubigine telum:
Nec qſq̃ noceat cupido mihi pacis: at ille:
Qui me cõmorit (melius nũ tãgere clamo)
Flebit: & inſignis tota cantabitur urbe.
Ceruius iratus leges minitatur: & urnam.
Canidia albuti quibus eſt inimica: uenenum.
Grande malum turius: ſiquis ſe iudice certet.
Vt quo quiſq; ualet ſuſpectos terreat: utq;
Imperet hoc natura potens: ſic collige mecũ.
Dẽte lupus: cornu taurus petit. unde: niſi ĩtus
Monſtratum? ſcæuæ uiuacem crede nepoti
Matrẽ: nil faciet ſceleris pia dextera. mirum:
Et neq; calce lupus quẽq̃: neq; dẽte petit bos.
Sed mala tollet anum uitiato melle cicuta.
Ne longum faciã: ſeu me tranquilla ſenectus
Expectat: ſeu mors atris circumuolat alis:
Diues: inops: romæ. ſeu: fors ita iuſſerit: exul:
Quiſquis erit uitæ ſcribã color. o puer: ut ſis
Vitalis metuo: & maiorum nequis amicus

Me cuſtodiet ueluti enſis uagina tectus: uulgo dici ſolet gladiũ uagĩa recõditũ geſtari: ut dñm a piculis tutũ cõſeruet dũ terrori ẽ inimicis. ait er go poeta ſe uti ad cõſeruationẽ ſui ſtilo ſuo tãq̃ gladio uagina recõdito: quẽ nõ ſit in quẽq̃ diſtri cturus niſi leſus fuerit. O pater & rex Iuppiter ut pereat: Vtinam ĩquit O Iuppiter pereat telũ meũ rubigine. hocq; allegoricos ut p telũ intelligas ſtilũ. Et utinã nemo ſit q cupiat nocere mihi cu pido pacis. Cõmorit: momorderit laceſſiuerit.

Ceruius iratꝰ. Elegãter oſtẽdit poeta unũ quẽ ſe iis armis defendere qbus ualet: ut illuc ueniat nõ aliis ſe armis tueri q̃ ſcriptis ſuis: qbꝰ p armis utiĩ. Ceruiũ igiĩ ait quũ a quoq̃ offendereĩ ſoli tum accuſationibꝰ eũ uexare: ut itelligamꝰ hunc cauſidicũ fuiſſe & maximũ accuſatorẽ: qui inimi cis ſuis arma forẽſia minitareĩ: p urnã enim intel ligit ordinẽ iudiciorũ quæ ex urna ſorte ducunĩ.

Canidia Albuti. Hæc eſt illa canidia neapolita na uenefica de qua ſupra facta eſt mẽtio ĩ ſatyra Olim truncus erã Et alibi in Epodo. Canidiã aũt Albuti poſuit amphibologice ut poſſis dicere ca nidia albuti aut uenenum albuti. Hic. n. Albutus uxorẽ ſuã ueneno ſuſtuliſſe diciĩ. Turius. C. Tu rius hic prætor fuit apud quẽ accuſatꝰ eſt a Cice rone uerres Hortẽſio defendẽte. Hic diciĩ aucto re Porphyrione. Cẽtũ uiris dediſſe tabulas aliis ni gras: aliis rubras cera: & adnotaſſe quas cuiq; de diſſet: ut ſciret a qbꝰ poſtea pecuniã peteret uel li queret. Nã oẽs corruperat. Vt quo quiſq; ualet ſuſpectos terreat Vtq; imperet hoc natura potẽs ſic collige mecũ: Sẽſus eſt. Audi & cognoſce me cũ quẽadmodum qſque terreat ſuſpectos eo quo ualet & quẽadmodũ hoc datũ ſit oibꝰ a natura ut terreãt & ſe defendãt. Sic collige. i. ut p ſequẽtia tibi oſtẽdam. Vt: quẽadmodũ. Quo ua. ea re q̃ ualet. Impet. h. & ut impet ut unuſqſq; terreat & ſe defendat. Vñ niſi intus mõſtratũ? hoc eſt a natura ipſa & notãdũ ĩtus de loco ut ſæpe eſt legere apud Plautũ. Sæue uiuacẽ crede nepoti Matrẽ. Ironicos. Sæua aũt mřem ſuã ueneno ſuſtulit. Et ẽ ſenſus Cicero nis p Scauro. Libertꝰ pronũ nõ occidit ſed duobꝰ digitulis gulã obliſit. Crede: cõmitte. probat aũt exẽplo Sæue nepotis unũ quẽq; ad ſe tuẽdũ uti iis uiribꝰ qbus ualet: Sæua enĩ qui omni laſciuiæ gñe diffluebat: ma trẽ ſuã nõ armis qbus nõ ualebat ſuſtulit ſed ueneno quo tãtũ ualebat: ſicut & lupus nõ petit calcibꝰ: ſed dẽ tibus quibus ualet. Nepoti: luxurioſo. Miꝝ: Subiectio ẽ. q̃ſi aliquis mireĩ mřem ferro nõ uiolatũ iri: nõ uiolabit inqt eã cæde: ſicuti neq; lupus calce nec bos dente quenq̃ petit: ſed mala inqt cicuta tollet eam: q2 (ut dictum eſt) ueneno quo ualet reperaget. Viciato melle: hoc ẽ corrupto. nam una quæq; res alteriꝰ per mixtione uiciaĩ. Seu me trãq̃lla ſenectus. Ordo eſt & ſenſus. Scribã ſeu trãquilla ſenectus expectat me: ſeu mõs circũuolat me alis atris: ſcribã ĩquã diues: inops. romæ: & exul ſi fors ita iuſſerit: ut ſim. ſ. exul ſcribã de niq; qſquis erit uitæ color. ſ. quæcunq; erit cõditio uitæ meæ: ac ſi dicat nulla re abſterreri potero qn ſcribã in quocũq; ſtatu reꝝ fuero tale etiã fecit Lucillius ut dictũ eſt ſupra. Ille uelut fidis arcana ſodalibꝰ olim cre debat libris: &c. Fors. fortuna. Terẽtius in phormione Quod fors feret: æquo animo feremꝰ: quod nomẽ ſolũ habet ut diximꝰ initio operis ablatiuũ. Virgili. Forte ſua libicis tẽpeſtas appulit oris. Color: cõditio.

O puer ut ſis uitalis metuo: Verba Trebatii deterrentis ne ſcribat: magnum cædis periculũ iminere. Vt ſis uitalis: ne uitalis nõ ſis. Hinc eſt illud Perſii: uideſis ne maioꝝ tibi forte limina frigeſcant. Vitalis aũt du plici modo ponitur apud auctores & pro eo qui uiuit: & pro eo qui animat: hoc eſt uitam dat. Plinius libro. nono. Nec ſatis eſt generationi per ſe coitus: niſi editis ouis inter ſe uerſando mares & fœminæ uitale

aſperſerint uirus hoc eſt quod uitam det. Maiorum:potentiorum & amicorum.nam maiores pro amicis uſurpaẽ Poeta alibi Quo tandẽ pacto deceat maiorıbꝰ uti:hoc eſt amicis & potẽtiorıbꝰ. Feriat te frigore.i.feriat te horrore mortis quæ frigida eſt:& dictũ ẽ ab eo qđ præcedit id quod ſeqtur.Nã frigus mortẽ ſequiẽ. Quid quũ ẽ Lu.uerba Horatii:Lucillius iquit qđ mali paſſus ẽ quũ ſatyras ſuas ſcripſit:qñ dicar cur & mihi nõ liceat uti tali ſcribẽdi libertateẽ In.h.m In hũc modũ:qli ego ſcribo. Detrahe.p.Ordo ẽ. Et auſus eſt detrahere pellẽ qua qſq; niditus cederet p ora. Detrahere pellẽ allegoricos:hoc eſt uelamẽtũ & ſpeciẽ

Frigore te feriat.quid cum eſt lucilius auſus
Primus in hũc opis cõponere carmina morẽ:
Detrahere & pellẽ:nitidus qua qſq; per ora
Cederet/introrſum turpis:ẽ nũ lælius:aut qui
Duxit ab oppſſa meritũ carthagine nomen
Ingenio offenſi:aut læſo doluere metelloẽ
Famoſiſq; lupo cooperto uerſibus:ẽ atqui
Primores populi arripuit:populũq; tributĩ:
Scilicet uni æquus uirtuti atq; eius amicis.
Q ui:ubi ſe a uulgo & ſcæna i ſecreta remorãt
Virtus ſcipiadæ:& mitis ſapientia læli:
Nugari cum illo:& diſcincti ludere donec
Decoquereẽ holus ſoliti.qcqd ſum ego:q̃uis
Infra lucili cenſum:ingeniũq;:tamen me
Cum magnis uixiſſe inuita fatebitur uſq;
Inuidia:& fragili quærens illidere dentem:
Offendet ſolido.niſi quid tu docte trebati
Diſſentis:eqdẽ nihil huic defringere poſſum.
Sed tñ ut monitus caueas:ne forte negoci

illã bõitatis:qua ita ueſtiti incedũt ut foris agni i maculati cẽſeãtur:quũ omnino intrinſecus lupi ſint rapaces. Qua.ſ.pelle. Cederet.icederet.
Lelius Nũ Lelius & q duxit nomẽ a chartagine:hos duos nominat ut uiros clariſſimos & iter ſe amiciſſimos:q eo tẽpore fuerũt quo Lucillius ſcripſit. Sẽſus aũt eſt.Nũ Lelius & Scipio offẽſi ſunt igenio
Scipio Lucilliiẽ Legẽdumq; eſt cũ interrogatiõe quæ ui habet negatiuã. Qui duxit nomẽ.Circuitio ẽ.i.Scipio africanꝰ inferior qui charthaginẽ & numãtiã funditꝰ euertit:unde cognomẽ africani & numãtini adiuenit. Leſo Metello. Tẽporibꝰ Lu
Metelus cilli Metellus & lupus iſames fuerũt.de lupo Seruius enarrator Virgilii in.x.Aenei.mẽtionẽ facit Scribit enim Lucilliũ i primo induceẽ deos habere cõciliũ & agere primo de iteritu Lupi cuiuſdã iudicis rei:poſtea dicere ſentẽtia.Cicero itẽ in primo de natura deoꝝ docet lupũ tpibꝰ Lucillii fuiſſe periurũ & impiũ. Famoſis:criminoſis:pbroſis:& iſamibꝰ nam in malã accipiẽ ptẽ:raroi bonã.Suetoniꝰ in uitellio.Famoſus cœnaꝝ magnificẽtia.i.infamis. Arripuit:carpſit. Populũq; tributim:nõ ſolũ ingt nobilitatẽ ſed & plebẽ no-
Tributim tauit uniuerſam. Tributim.i.per ſingulos tribꝰ.
Aequus:amicus. Eius amicis.ſ.uirtutis. Qui ubi ſe a uulgo.Quinimo tantũ abſuit. ut Lelius & Scipio Lucillo ita hominum uitia carpẽti iraſcerentur ut quotiens ſe a negotiis & ludis ſcenicis ſe remouerant ſoliti ſint cum eo uel familiariſſime conuerſari & ludere. Virtus ſcipiadæ & mitis ſapientia Leli:duplex exornatio quæ circuitio appellaẽ:hoc eſt ipſe Scipio ſummæ uirtutis:Et ſapiẽs Lelius ita enim ſapiẽs cognominatus eſt.unde eſt illud Cicerõis initio libri de amicitia.Q. Mutius ſæuola nõ dubitauit Leliũ i oĩ ſermone appellare ſapiẽtẽ.& in.ii.de finibꝰ bo-
Lelius noꝝ & maloꝝ ſic ſcribit.Nec Lelius eo dictus eſt ſapiẽs ꝙ nõ intelligeret qđ ſuauiſſimũ eſſet:Nec enim ſeqẽ
Diſcinctus ut cui cor ſapiat ei nõ ſapiat palatus. Diſcincti:aut ſolutis tunicis:aut quaſi diſſoluti ueluti oĩ grauitate depoſita:Ordo autẽ eſt: Virtus ſcipiadæ & ſapiẽtia Leli ſoliti ſunt nugari & ludere cũ illo diſcincti. Nagari: cõfabulari: aut uerſus cõſcribere quos poetæ nugas appellãt. Quid qđ ſum ego.Quodcũq; ingt ego ſum ſiue doctus ſiue indoctus:ſiue diues ſiue ſecus:ſiue nobilis:ſiue ignobilis.Et ſi Lucillio & cenſu & ingenio inferior ſum:nemo tñ erit etiã inuidus q nõ fateaẽ me quoq; cũ magnis & primoribꝰ ciuitatis uixiſſe. Infra Lucillii cẽſum.Nã cõſtat auctore Porphyrione Lucilliũ Maiorẽ auũculũ fuiſſe Pompeii.Er eni auia Põpeii ſoror fuerat Lucillii.Nã maior auũculus diciẽ frater auiæ:ſicut patruus magnus aui frater:auctor eſt Caius iuri cõſultus:unde dicimꝰ Iulium Cæſarẽ maiorẽ auunculũ fuiſſe Auguſti qm̃ frater fuerat Iuliæ:ex q̃ nata eſt Accia mater Auguſti.Mortuus autem eſt Lucillius Neapoli & publico funere elatus anno : ætatis quadrageſimo ſexto. Infra ergo cenſum Lucili intellige diuitiis & genere inferiorem. Et fragili quærens.Sẽſus eſt: Inuidia ac per hoc inuidi ipſi non ſolum inuiti fatebuntur me uixiſſe cum magnis ſed ii etiam quærẽtes illidere dentem fragili:offendent ſolido ut allegoricos hoc dicat Qui inuidia moti quærẽt ledere me tãquam fragilem & inopem & ſine amicis:inuenient me ſolidum & magnis amicis munitum:niſi quid tu docte Trebati diſſentis.i.niſi fortaſſe ſentis me ita amicis non eſſe munitum. Equidem nihil hinc defringere poſſum:uerba Trebatii: ideſt nihil poſſum hinc diminuere quin ita ſit ut tu dicis .q.d. nihil poſſum contradicere ut legendum potius ſit defringere quam defingere:Porphyrio ait legi & diffidere : ego mallem legeẽ difindere hoc eſt ſcindere. Sed tñ ut monitus caueas. Sed licet magnis amicis ſis munitus tñ ſentio.ut monitus.ſ.a me caueas tibi.ut extrinſecus ſubaudias ſentio a ſuperiore dicto Horatii qui ait niſi diſſentis. Inſcitia legum ſanctarum.quũ ignores leges ipſas quaſi quibus cautum erat nequis in queñq̃ carmẽ ſcriberet maledicum. Ius eſt:Iudiciumq; Iura inquit illum puniunt qui in quemquam mala carmina ſcripſerit. hoc eſt famoſa & maledica:ita enim intelligit Trebatius.Horatius uero mala intelligit carmina quæ indigne & immerito in quemquam ſcripta ſint : ſicuti contra bona quæ iuſte & merito ſcripta fuerint:quaſi ueridica. Eleganter uero Trebatius ut iuris peritus de lege loquitur ita dicimus leges ſanctas ut fœdera ſacra:a ſanciendo ideſt conſtituendo quod ad bene uiuendum conſtitute ſint.Nã leges ad cõmodũ rei.p.referri debẽt.

Incutiat

Incutiat tibi aliquid negocii.i.exhibeat tibi negociū. Eſto:cōcedo:uerba Horatii Sed bona ſiqs:Ordo ē. Sed laudaſ Cæſare iudice ſiqs bona cōdiderit:hoc eſt ſcripſerit. Siqs opprobrio:& laudabit iudicib⁹ ridētibus ſiqs ipſe integer.i. ſine uitio & crimine latrauerit.i.carpſerit dignū opprobrio:ut ſit ordo. Tabulæ ſoluēſ riſu ſiqs ipſe integer latrauerit dignū opprobrio. Tabulæ:hoc ē ipſa ſubſellia:ſoluēſ.i.rūpēſ riſu:ut p ſubſellis itelligas ipſos iudices ſedētes i ſubſellis. Opprobrio:cōuitio & cōtumelia : Oui.in.i.meta. Pudet hæc oppobria nobis Et dici potuiſſe:& non potuiſſe refelli.Quintilian⁹.Mō maledictis opprobriiſq; uulgi. mō crebra riualiū cōtētiōe pulſatus:opprobriis dixit q̄ſi exprobrationib⁹ atq; conuitiis.Et alibi. Facile prūpis i opprobria:facile qdlibet obiicis. Opprobriū

Latrauerit:illud obſeruādū latrare ſemp cōiūgi actō ut canes ſcipionē euntē in capitolium nunq̄ latrauerūt.Columella i primo limie operis de re ruſtica.Sed ne caninū qdē:ſicut dixeſ ueteres ſtudiū præſtātius locupletiſſimū quēq; ad latrādi. Tu miſſus:pro dimiſſus a iudicibus ſine ulla condemnatione abibis.

Incutiat tibi quid ſanctarum inſcitia legum.
Si mala cōdiderit in quēquā carmina:ius eſt:
Iudiciūq;.eſto:ſiquis mala:ſed bona ſiquis
Iudice condiderit laudatur cæſare:ſiquis
Opprobriis dignum latrauerit:integer ipſe
Soluentur riſu tabulæ:tu miſſus abibis.

## SERMO.II.

QVæ uirtus:& quanta bonis ſit uiuere paruo:
Nec meus:hic ſermo eſt:ſed quē præcepit ofellus
Ruſticus:abnormis:ſapiēs:craſſaq; minerua:
Diſcite:non inter lances:menſaſq; nitentes:
Cum ſtupet inſanis acies fulgoribus:& cum
Accliuis falſis animus:meliora recuſat:
Verū impranſi mecum diſquirite.cur hoc?
Dicā ſi potero.male uerum examinat omnis
Corruptus iudex:leporē ſectatus:equoue
Laſſus ab indomito:uel ſi romana fatigat

QVæ uirtus & q̄ta bonis ſit uiuere paruo .In hac ſatyra ſub pſona oſelli hois ruſtici carpit luxurioſos : oſtendens q̄ pulchrū q̄q; utile ſit i uictu ſrugalitatē & parſimoniā ſeq : quū nihil oino ſit deterius hoi q̄ diuerſis repleti cibariis.Ordo aūt ē.Diſcite quæ & q̄ta ſit uirtus bonis uiuere paruo : reliqua legūſ p parētheſin. Bonis:bene autē ait bonis: Soli enim boni q ratione ducūſ ac p hoc ſapiētes uiuunt cōtēti paruo.nam appellatiōe boni intelligimus ſapientē & uirtute præditū:unde Cicero in qnto Tuſcu.Ita prorſus extimo bonos beatos Inprobos miſeros. Paruo:modicis epulis. Ruſticus.Ruſticū enim i ſequēti ſatyra oſtēddit fuiſſe:qui fortuna aduerſante ex diuite fact⁹ ē mercenarius & cuſtos pecoris alieni. Abnormis:q̄ſi qui extra normā & regulā aliorū eēt ac p hoc parū eruditus. Sapiēs craſſaq; Minerua:uideſ cōtraria eſſe:ueɋ; hoc uult itelligi:illū licet & modicæ eēt eruditionis:ſapiētē tñ extitiſſe:quū bñ circa diſciplinā uiuēdi ſentiret. Sapiēs:q oino bene ſentiret. Craſſaq; minerua:ſine magna doctrina. Diſcite:nō iter lāces.Quæ dicā de ſrugalitate diſcite o Romani ſed alio tpe nō quū cibis repleti fueritis:mēſis fulgore argēti arridētib⁹:p qđ colligit aium cibis ſimul & diuitib⁹ menſaɋ; ornamētis impeditū & tanq̄ corruptū nō poſſe ueɋ; prouidere ſicut iudex p̄cio corruptus neutiq̄ ueɋ; iudicat:unde eſt illud Cice.in.v tuſcula.Quid q ne mēte qdem recte uti poſſum⁹ multū cibo & potione cōpleti. Nō inter lāces hoc quū eſtis ſaturi.unde ſeqſ uerū iprāſi mecū diſq̄rite:lāces enim uaſa ſunt eſcaria cōcaua.Virg.Lācib⁹ & pādis fumantia reddim⁹ exta. Acies.ſ.aī:Acies.n.auctore Cicerone dr̄ pupilla oculi:& p aī acumine ſumiſ:ut hoc loco.Aciē itē accipimus p exercitu inſtructo ad dimicādū.Aciē ēt p prælio:ut in acie canēſi quadraginta milia hoium ferunſ cæſa.Aciē itē p acumine gladii ab acuēdo:uñ hebeti acie dicimus cultrū quū nō cædit. Aius accliuis falſis:inclinatus nō ad uera bona ſed falſa:quū tūc appetitu & nō rōne ducaſ. Stupet:admiraſ.Stupere āt ē pluſq̄ admirari quaſi amiſſis ſenſibus:uñ ēt dicimus digitos frigore ſtupere:quū officiū ſuū ui frigoris nequeūt facere ut pditi.Perſius Sed ſtupet hic uitio:hoc eſt ſenſibus integris nō eſt:ut ſunt attoniti:quoɋ; corpus & mēs ſtupet qđ accidere ſolet:ut ſcribit Celſus interdū ictu fulminis:interdū morbo. Inſanis fulgoribus.Splēdore magno argenti:hoc eſt Splēdido uaſorū argenteoɋ; apparatu:ut inſanus p magno accipiaſ:aut fulgoribus inſanis ab effectu reddētibus ipſo aſpectu inſanos. Cur hoc?Cur inqt hoc uis fieri ab imprāſis?cū interrogatione legēdū. Dicā ſi potero:uerba Horatii rñdentis iterrogationi admoniti. Male ueɋ; examinat ois corruptus iudex:Reddit rōnem quare uelit eos dicere imprāſos:dicēs:nō magis illū ueɋ; examinare & cernere q cibis repletus ſit:q̄ iudicē corruptū p̄cio:ueɋ; iudicare ſicuti.n.hic p̄cio:ita ille cibo impediſ quominus ueɋ; uideat & ſequaſ. Leporē ſectat⁹: Hoc uult intelligi unūquēq; poſſe cibos delicatos cōtemnere:mediocriq; uictu cōtentū eē:idq; hoc mō fieri ſi hō p uarios exerceaſ labores:qa tūc ciboɋ; ēt uiliū magna edendoɋ; exciteſ appetentia.Erit ergo ſenſus.Volo uideamus quū tu uariis exercitationibus defatigatus ſueris an poſſis ſpernere uiles dapes ſobrius & ieiunus. Ordo ergo eſt.Sperne cibū uilem ſiccus & inanis.i.ſobrius & ieiunus defatigatus.uenationibus & laſſus eqtando &c.quū labor extuderit faſtidia.iuuandū eſt pnunciatione Sperne cibū uilem:quaſi dicat non ſpernes ſed uehementer appetes:quēadmodum feciſſe Darium ſcribit Cicero in quinto tuſcu.qui in fuga quum aquam turbidam & cadaueribus inquinatam bibiſſet negauit unquam ſe bibiſſe iucundius:nunq̄ uidelicet ſitiens biberat:nec eſuriens Ptolemeus ederat:cui quum peregrināti egyptum comitibus nō cōſecutis cibarius in caſa panis datus eſſet:nihil uiſum eſt illo pane iucundius. Vel ſi romana fatigat:militia ſubaudi ſperne cibum uilem.nam ubiq; id repetendum eſt.hoc eſt Si in rebus bellicis te exerces.

Lances
Acies
Stupe

Aſſuetum græcari:hoc eſt comeſſationibus reliqſqꝫ uoluptatibus indulgere:quod Plautus aperte indicat quum ait Dies nocteſqꝫ bibite:pergræcamini:Amicas emite:liberate paſcite paſcitos:obſonate pellucibiliter. Molliter auſterum ſtudio fallente laborem.Studium ludi efficit ut labor:licet auſterus ſit non ſentiatur. Seu te diſcus agit:ſiue inquit ludus diſci te delectat in eo te exerce dictumqꝫ eſt per parẽtheſim pete cedentem aera diſco. Aera cedentem:qui omnibus iactatis cedit.Diſcus aũt eſt(ut in poetica diximus)Lat⁹ & planus lapis quo ſe exercebant græci illum in aera iactantes:ubi & uires & ars oſtendebaẽ.Ouidius in.x. meta.Latiqꝫ ineunt certamina diſci. Quem prius aerias libratum phœbus in auras Miſit:& oppoſitas diſiecit pondere nubes : Recidit in ſolidã longo poſt tpe terram pondus : & Exhibuit iunctam cum uiribus artem. Extuderit: expulerit: ab ex & tundo fit extundo extudi extuſum. Faſtidia.ſ.ciborum:quæ ex nimia copia ꝓueniunt.

Diſcus

Militia aſſuetum græcari:ſeu pila uelox:
Molliter auſterum ſtudio fallente laborem
Seu te diſcus agit : pete cedentem aera diſco:
Cum labor extuderit faſtidia:ſiccus:inanis
Sperne cibũ uilẽ:niſi hymetia mella falerno
Ne biberis diluta.foris eſt promus : & atrum
Defendens piſces hyemat mare:cũ ſale panis
Latrantẽ ſtomachum bñ leniet.uñ putas?aut
Qui partum?non in caro nidore uoluptas
Sũma:ſed in te ipſo eſt.tu pulmẽtaria quære
Sudãdo.pinguem uitiis:albumqꝫ nec oſtrea:
Nec ſcarus:aut poterit ꝑegrina iuuare lagois.
Vix tamen eripiam poſito pauone:uelis quin
Hoc potius:quam gallina tergere palatum:
Corruptus uanis:rerum:quia ueneat auro
Rara auis:& picta pandat ſpectacula cauda:
Tãq̃ ad rẽ attineat qcq̃:nũ ueſceris iſta:(idẽ:
Quã laudas : plũa?cocto ue nũ adeſt honor

Siccus & inanis:duo dicit:ut neqꝫ uino neqꝫ cibo ſit fotus. Et niſi hymetia mella.Ordo eſt. Et ne biberis:niſi mella hymetia diluta fuerint uino falerno : ut ſit hypallage : hoc eſt uina niſi diluta melle hymetio:hoc eſt mulſum ipſum : Mulſum enim appellamus uinum melle: & mulſam aquã melle dilutam. Hymetos:autem ꝓmontorium terræ atticæ bonitate mellis inſigne. Foris eſt promus:inter ſeruos Romani potentiores & luculentiores habebant promum & Condum:Promus ãt dicitur a ꝓmendo:is.n.erat cui datũ erat negocium rei familiaris præcipueqꝫ cibariæ per totum annum ꝓmendæ. Condus uero condendæ:de quibus ſic Plautus in pſeudulo. Sũ prom⁹: Condus & ꝓcurator peni.Et alibi i pœnulo Edepol feciſti ꝓdigum ꝓmum tibi.Apuleius in apologia prima ꝓmum librorũ appellat eum qui libris ꝓmendis & exhibendis præeſt:Eſt ergo ſenſus.Concedamus iquit ut promus ſit foris a quo non poſſis habere quod comedas:neqꝫ ẽt poſſis habere piſcem æſtuante mari : certe contentus eris pane & ſale:nec aſpernaberis ullis cibaria:quum uariis te laboribus defatigaueris. Leniet:demulcebit quaſi iratũ unde bene ait latrantem.ac ſi dicat libenter comedes:& ſapiet multum. Vnde Putas aut qui partum: Nũc docet uoluptatem illam edendi non conſiſtere in rebus delicatis ſed i nobis ipſis:quia poſſumus efficere ut cibi ẽt uiles poſſint nobis eſſe ſuaues ſi eſurierimus. Vñ putas:aut qui partũ:uñ aut qũo ingt putas partum ut uiles cibi nobis ſapiãt:quaſi dicat hoc fieri ſi uariis laboribus exerceamur:tunc.n.appetentia excitaẽ edendi uel uiliſſimos cibos. Tu pulmentaria quære ſudãdo:uiles inquit cibi pulmentaria tibi uidebuntur quũ te laboribus defatigaueris:ut ſit:per laborem cõdimentũ exquire:uñ Socratem ferunt ut eſt apud Ciceronẽ in.v.Tuſcula.quũ uſqꝫ ad ueſperum contentius ambularet quæſitumqꝫ eſſet ex eo:quare id faceret reſpondiſſe ſe quo melius cœnaret:obſonare ambulando famẽ.ſicqꝫ oſtẽdit laborẽ optimũ eſſe epularũ cõdimentũ.uñ idem Cicero.Labor in uenatu:ſudor:curſus ab eurota:fames ſitis:his.n.rebus Lacædemoniorũ epulæ cõdiuntur.Socrates dicebat cibi condimentum eſſe famẽ:potionis ſitim.Auctor Cicero in finib⁹ bonorũ.Seneca ait Palatũ tuum fames excitet:nõ ſapores.Et alibi idẽ in epiſtolis.Malũ panẽ iquis:expecta: bonus fiet:ẽt illum tenerũ & ſiligineũ fames reddet.Pulmentariorũ ãt appellatione intelligimus oĩa genera ciborũ minutiſſima a pulte:ut ſcribit Plinius denominata.Perſius uncta cadunt laxis hinc pulmentaria labris.Seruius itẽ ſcribit Teſtilem uarias cõtundentẽ herbas meſſoribus ſuis pulmẽtarium parare. Pinguẽ uitiis.Senſus eſt:hominẽ nimia ſaturitate languẽtẽ faſtidio habere cibos licet delicatos:quales ſunt Scari piſces:oſtrea:lagois.Et hoc quin ut ſcribit Salomõ aĩa ſatiata calcabit fauũ & aĩa eſuriens ẽt amarũ pro dulci ſumet et.Illud tñ inquit cõmittet ut quum reliqua faſtidiat Pauonem tñ magis uelit q̃ gallinam quia maioris ſit ſcilicet precii:quaſi magis illa iuuent quæ pluris emuntur. Pinguem uitiis:hoc eſt ſaturum& languẽtẽ ꝑ uitiũ gulæ. Albumqꝫ.pallidũ.ꝑ nimiã repletionẽ:ut Perſius Albus ſede legẽs celſa liquido cũ plaſmate guttur Mobile coluerit.Idẽ atqꝫ albo uẽtre lauaẽ. Oſtrea dicimus:oſtrea genere neutro.& oſtreas fœminino.Sunt ãt piſces marini cõcha incluſi.Ouidius lib.v.faſtorũ.Oſtreaqꝫ in conchis tuta fuere ſuis. Scarus:piſcis itẽ marinus.Marti. Hic Scarus æquoreis q uenit obeſus ab undis:uiſcerib⁹ bonus ẽ:cætera uile ſapit.Plinius:Nũc ſcaro ingt daẽ pricipatus q ſolus piſciũ dr rumiare herbiſqꝫ ueſci. Peregrina lagois:Auis leporini coloris. Vix tñ eripiã.ſ.te:qn malis appoſitũ pauonẽ comedere q̃ gallinã. Tergere ſcđa cõiugatione ꝓtulit.nã ueteres in.ii.&.iii.cõiugatione declinauerũt. Vanis rerũ:inanibus & inutilibus minimeqꝫ neceſſariis ſic ẽt inane appellat in.ii.ſatyra.Quærere plus ꝓdeſt & inane abſcindere ſoldo.Nã uanũ ſiue inane opponiẽ ſolido.q.n.panẽ appetit qđ neceſſariũ ẽ q̃rit:& hoc natura poſtulat:q uero pauonẽ inutile & uanũ quærit: & hoc eſt ex appetitu & uitio nr̃o:nõ naturæ. Quia ueneat auro:explanat qũo ſint uana rerũ hoc eſt inutilia:quia

hymetos

promus
Condus

Scarus
oſtrea

Carne tamẽ.Ordo eſt.patet tamẽ te eẽ deceptũ formis imparibus:q̃uis illa caro nihil magis diſtet hac carne. Formis imparibus.aut impari magitudine:aut(qđ magis placet)quia alia eſt forma pauonis:alia gallinæ:forma enim multis accipiť modis ut formam dicam⁹pulchritudinẽ unde formoſus.Formã ligneã ſup quã calciaméta ſuunť:formã item edificii.i.ipſum modulũ ædificii:formã deniq̃ cuiuſlibet rei imaginem: ut ſi dixero Cura ut tẽplum forma ſit potius quadrangulari q̃ rotunda. Eſto:concedo inq̃t q̃ magis te delectet pauo q̃a magni ſit p̃cii q̃ gallina.Sed unde noſti?unde tãtũ tibi eſt palati acumẽ ut intelligas guſtãdo qua in regione capti ſint lupi?ſicq̃ ridet ſubtile gulofi examen circa ſapores rerũ. cognoſcit eñi nõ ſolum an lupus ſit captus in mari:an in tiberi ſed etiã an inter duos põtes tiberis.ſic natať a Iuuenale frabricius ueiento Nulli maior fuit uſus edẽdi Tẽpeſtate mea:circeis?nata forent an lucrinum ad ſaxum rutupinoue ædita fundo Oſtrea callebat primo dep̃hendere morſu.Et ſemel aſpe cti littus dicebat echini. Lupus hic uberinus:an alto capt⁹ hiet.Lupo tiberio uarro ut tradit Macrobius & ut nos apud Iuuenalẽ recitauimus in q̃nta ſatyra palmam tribuit his uerbis in libro rerum humanarum.xi. Ad uictũ optima fert ager cãpanus frumẽtũ.falern⁹ uinũ.Caſſinas oleũ. Tuſculanus ficũ. Mel tarrentinus. Piſcem Tiberis. Nã omnes ex hoc amne piſces maximũ honorẽ tenuerũt apud prodigos ĩprimiſq̃ lupus q̃ inter duos pontes captus eſſet:Lucillius quoq̃ acer & uiolentus poeta oſtendit ſcire ſe hunc piſcem egregii ſaporis:qui inter duos pontes eſſet:eumque quaſi liguritorem catillonem appellat.ſcilicet.qui proxime ripas ſtercus ĩſectaretur. Porprie autem catillonis dicebantur qui ad poluctum Herculis ultimi quum uenirent. catillos ligurie bant:Lucilli uerſus hi ſunt.Fingere præterea afferri quod quiſque uolebat:illum ſumina ducebant atque altilium lanx.Hunc pontes tiberinos duo inter captus catillo.Cuius ſententiæ aſtipulatur ſic Columella libro nono capi.xvi.Doctaque & erudita palata faſtidiř docuit fluuialẽ lupũ:niſi quẽ tiberis aduerſa torrẽta defatigaſſet.Plinius libro nono. Eadẽ aq̃tilia gñа alíubi atq̃ alicubi meliora:ſicuti lupi piſces ĩ tiberi amne inter duos põtes.Rhõbi rauẽnæ: Rhõbo
Murena in ſicilia.elops rhodi:quib⁹ uerbis cõſtat lupũ in precio fuiſſe:qđ nũc & poeta ſentire uideť.Lupos etiã marinos laudat Plinius his uerbis luporum laudatiſſimi:qui appellãť lanati cãdore molliciaq̃ carnis.hos græci λαβρακας appellãt:tẽporib⁹ tamẽ Traiani uiles habebãť:qđ innuit Iuue.in q̃nta ſatyra. Vos ãguilla manet lõgæ cognata colubræ: Aut glacie aſperſus maculis tiberinus:& ipſe Veſnula riparum pinguis torrente cloaca. Sub oſtia.circa oſtia.Oſtia autem dicuntur exitus fluminum in mare. Amnis tuſci: hoc eſt tiberis:qui in Etruria e media lõgitudine Apennini finibus Aretinorum profluit. Laudas inſane trilibrẽ mullũ.Inſaniam guloſi exagitat:qui(ut dictũ ẽ)inane minimeq̃ neceſſariũ quærit. Mullũ.n. piſcẽ marinũ uehemẽter appetit:qđ trilibris ſit q̃ſi tãto melioris ſit ſaporis:quãto maior eſt. Nã ut ſcribit Pli .mullus non inueniť q̃ duas põdere excedat libras.Seneca tamẽ lib.xv.epiſtolarum ad Lucilliũ docet mullũ ingẽtis formæ põdo quattuor librarũ Tiberio imperatori donatũ fuiſſe:quẽ in macellũ quũ deferri & uendre iuſſiſſet:a publico Octauio quinq̃ ſeſtertiis emptũ Mutian⁹ etiã:ut refert Plinius:tradit mullũ octogita librarum captum fuiſſe ĩ mari rubro. Minuas in ſingula pulmẽta. Appetis inq̃t mullũ:q̃ magn⁹ ſit:q̃ſi dicat magnitudo ipſa te delectat:ſed male:nõ enim integrũ comedes:ſed cõfractũ in ſingula pulmẽta:in ſingulas cocnas: aut prãdia. hoc eſt ſingulis tuis cœnis:ſi apponeť mãdẽdo cõfringes:ac cõtrũcabis:licet pulmẽa & pulmẽtaria. proprie ſint cibaria(ut antediximus)minutim cõfracta.unde Perſius. Vncta cadũt laxis hinc pulmẽtaria labris.

Ducit te ſp̃es uideo oñdit(ut antedictum eſt)guloſum ipſum moueri ſpecie & qualitate rerum: quum magis mullum trilibrem quam bilibrem appetat:& pauonem magis quam gallinam:q̃a carior ſit & pulchrior.

Species.qualitas. Quo pertinet ergo. Si pondus: inquit: piſcium te mouet:cur ergo lupum faſtidis:qui pondere & amplitudine mullum ſuperat? An ideo hoc facis:quia lupo a natura magnitudo data ſit:& mullo paruitas? Sicque poeta guloſum ridet: qui parabilia pulmenta licet iucunda faſtidit: eaque ſuauiora iudicat atq̃ ſectatur q̃ difficilia inuẽta ſunt:& cariora:q̃ſi magis illa iuuent(ut diximus) quæ pluris emuntur. Illis lupis ſcilicet. His:mullis. Ieiunus raro ſtomachus.Raro inquit inuenitur ſtomachus ieiunus: qui uiles aſpernetur dapes. Porrectum magno magnum ſpectare catino Vellem ait.Hæc autem in irriſionem guloſorũ dicit. Nam(ut ſcribit Plinius) Mullum expirantem uerſicolori quadam & numeroſa uarietate ſpectari proceres gulæ narrant rubentium ſquamarum multiplici mutatione palleſcentem utique ſi uitro ſpectetur incluſus. Porrectum magnum mullũ:ſcilicet. Gula digna harpyiis rapacibus hoc eſt digna quæ inter Harpyiæ
harpyiias habeatur. Nam harpyiiæ rapaciſſimæ a poetis commemorantur:ſortitæque inde nomen ſunt:nam αρπαζω idem eſt quod rapio.Aut quod magis placet gula digna harpyiis rapacibus:hoc eſt quæ mereretur ut cibaria illa luxurioſa ſuis e menſis eriperentur ab harpyiis: & contactu illo fetenti inquinarenť: quo phinei dapes pollutæ arreptæque fuerunt.De Harpyiis lege Virgilium in tertio æneidos. At nos preſentes auſtri.Hæc a poeta ſumma cum indignatione dicuntur.

Carne tñ quamuis diſtat nihil hac magis illa:
Imparibus formis deceptum te patet.eſto:
Vnde datũ ſentis: lup⁹ hic tyberinus:an alto
Captus hiet:pontes ne iter iactatus:an amnis
Hoſtia ſub tuſci?laudas inſane tribilem
Mullũ:ĩ ſingula quẽ minuas pulmẽta neceſſe
Ducit te ſpecies uideo.qd pertinet ergo(eſt.
Proceros odiſſe lupos?quia ſcilicet illis
Maiorẽ natura modũ dedit:his breue põdus
Ieiunus ſtomachus raro uulgaria temnit:
Porrectũ magno magnũ ſpectare catino
Vellẽ ait harpyiis gula digna rapacib⁹ at uos

Præſentes auſtrí coquíte horũ obſonía.quã-
quam
Puter aper.rhombuſq; recens:mala copía qñ
Aegrũ ſollícítat ſtomachũ cũ:rapula plenus:
Atq; acídas mauult ínulas.nec dũ oís abacta
Pauperíes epulís regum.nam uílíbus ouís:
Nígrıſq; eſt oleís hodíe locus. haud íta prí-
dem
Galloní præconís erat accípenſere menſa
Infamís qđ:tũ rhõbos míus æquora alebãt:
Tutus erat rhombus:tutoq; cíconía nído:
Donet uos auctor docuít prætoríus:ergo
Síquís nunc mergos ſuaues edíxerít aſſos:
Parebít prauí docílís romana íuuentus.

Auſtri.nam flante auſtro obſonia corrumpi ſolent.Eſt.n.uentus meridionalis & propterea calidus & humidus.calor autem & humor corruptionis & generatiõis principium eſt. Præſentes:bene pñtes ſicut deos pñtes dicimus:qui ſuocati exaudire dñr.unde Vir.Nec tam præſentes alibi cognoſcere diuos. Quam quã putet aper rhombuſque. Quid opus eſt petam ut obſonia corrumpantur:quum iam ipſe aper: & rhombus recens ipſi guloſo p nimiam ciborum abundantiã omnia iam faſtidienti ſordeant:ac per hoc corrupti uideantur:ſicque mores ſui tpis notat. Recens:bis repetendum eſt ut ſit aper recens:& rhombus recens putet:hincque eſt tota poetæ indignatio ut recẽtia ẽt obſonia faſtidio ſint. Mala:copia:nimia ciborum ſacietas. Solicitat.faſtidio afficit. Stomachum ægrum.nimia obſoniorum copia languẽtem. Rapula.diminutiuum eſt a rapo. Guloſus inquit delicatiora per nimiam copiam faſtidiens uulgares quærit dapes. Inulas acidas.acris ſaporis:aut quia cocta aceto conditur. faſtidiumque diſcutit. Nec dum omnis abacta pauperies epulis regnũ.Iopulariter ait:guloſos ſui tpis ita prorſus copia delicatorum ciborum languere:ut palatum eoruz alio nequeat modo excitari:quam ut ueſcantur rebus uilibus qualibus ueſcebantur reges Romani:unde bene ait.pauperies regum nõdum eſt abacta ab epulis ideſt guloſi iam faſtiditis delicatis obſoniis tam tenuiter uiuunt quam uixerunt reges. Sicq; ſui temporis luxuriam notans antiquitatis frugalitatem extollit.Ordo autem eſt.Nec dum omnis pauperies regnum abacta eſt epulis:ideſt menſis noſtris. Vilibus ouis abundantibus:& ideo minimo uenduntur:unde & Virgilius faſellum uilem appellauit.quia abundans ſit & paruo uendatur. Haud ita pridem:More
Gallonius ſuo poeta Gallonium preconem flagellat ut guloſum helluonemque qualem græci appellant Aſotum qui primus auctore Porphyrione accipenſerem conuiuis appoſuit.Nam apud antiquos piſcium nobiliſſimus habitus eſt accipenſer unus oium ſquamis ad os uerſis:ait Pli.tpibus ſuis in nullo fuiſſe honore quod miratur
Accipẽſer quum rarus ſit inuentu.Ordo autem eſt.Menſa gallonii preconis non ita pridem erat infamis accipenſere.hoc eſt licet Gallonius Primus accipenſerem poſuerit.tñ tunc non tanta fuerit ciborum luxuria:quanta nunc eſt. Gallonium hunc guloſum fuiſſe oſtendit.& Cicero libro ſecundo de finibus bonorum & malorũ his uerbis.Recte ergo Lelius negat unquam bene cœnaſſe Gallonium.recte miſerum quum preſertim in eo omne ſtudium conſumeret quem libenter cœnaſſe nemo negat.cur igitur non bene?quia quod bene id recte:frugaliter:honeſte.Ille porro male:praue:nequiter:turpiter cœnabat.Non igitur nec lapati ſuauitatẽ: accubantes accipenſeri Gallonii Lelius anteponebat:ſed ſuauitatem ipſam negligebat.quod non faceret: ſi in uoluntate ſummum bonum ponere.Eum his uerbis Lelius inſectatus eſt.O publi:o gurges Galiones homo miſer.cœnaſti in uita nunquam bene quum omnia in iſta conſumis ſquilla atque accipenſere cum decumano. Is hæc loquitur:qui in uoluptate nihil ponens negat eum bene cœnare:qui omnia ponat in uoluptate.Et tamen non negat libenter unquam cœnaſſe Gallonium: mentiretur enim: ſed bene. De eodem Gallonio ſic etiam refert idem Cicero in eodem de finibus bonorum & malorum: ſed qui ad uoluptatem omnia referens uiuit ut Gallonius.loquitur ut frugi ille Piſo:non audio. Quid.cur.figura nota apud Oratium tranſeundi ad aliam rem ita tantum ut intelligamus tranſitum factum ab accipenſere ad rhombum. Eſt ergo ſenſus. Cur minore ciborum luxurioſa uiuebatur.nunquid eo tempore rhombum mare non alebat?legendumque eſt cum interrogatione. Tutus erat rhombus:reſpondet interrogationi ut dicat.rhombus quidem in mari extabat:ſed erat tutus:quia ignotus erat: ſicuti etiam ciconia:quam poſtea Romani didicere comedere auctore:ut ſcribit Porphyrio Rufo prætorio:qui primus inſtituiſſe exiſtimatur ut pulli ciconiarum manderentur.Et quum repulſa in prætura tuliſſet tale epigramma meruit.Ciconiarum Rufus iſte conditor: hic & duobus elegantior plancis.ſuffragiorum puncta non tulit ſeptem.Ciconiarum populus ultus eſt mortem.Cornelius nepos:qui principatu diui Auguſti obiit:quum ſcriberet turdos paulo ante coeptos ſaginari:addidit ciconias magis placere quam grues.quuz hæc nunc ales inter primas expetatur. Honos iis ſerpentum exitio tãtus fuit ut in Theſſalia capitale fuerit occidiſſe.eadem legibus pœna: quæ in homicidia. Lege Plinium libro decimo.Hæc autem a poeta commemorantur ut oſtendat ciuitatem iam diuitem & lauticia gaudentem a priſca frugalitate multum abſceſſiſſe:quum omnia ſolerti diligentia ſcrutaretur:quæ ad corporis ſaginam:uoluptatemque attinerent. Prætorius.Rufus. Ergo ſiquis nunc mergos.Docet poeta homines ad ingluuiem tam procliues eſſe:ut ſiquis edicat mergos aſſos iucundi eſſe ſaporis:ſtatim ei pareant. Nam quum & Mœcenas pullos aſinarum epulari inſtituiſſet: multum eo tempore prælati ſunt onagris.poſt tamen Mecœnatem interiit auctoritas ſaporis. Mergos: Mergi aues ſunt aquatiles piſcibus dumtaxat uiuentes.

SIC raro ſcribis.In hoc ſermone poeta introducit Damaſippum corripientem ſe ꝙ nihil ſcribat: quum præſertim minaretur ſe multa ſcripturum:cæterū ſatyræ non oblitus:oſtendit eos ex ſententia Stoicorum inſanos eſſe:qui aliquo animi uitio laborāt:auarum inſania omnes ſuperare. Nam auarus:ut ſcribit Seneca:in nullo bonus eſt:in ſe peſſimus. Non poſcas membranam ad ſcribendum. Scriptorum quæque retexens.perſcrutans reuoluens ſingula quæq; ſcriptorum:ut ſit genitiuus a ſcriptore non a ſcripto. Omnes autem indifferenter:qui aliquid ſcripſiſent:ſcriptores dicebantur:hoc autem itelligit ipſum neque ſcribere neque ſcriptores perſcurari. Quod tu benignus uini & ſomni.hoc eſt uino & ſomno ualde indulgens. Scriptor

## SERMO.III. Damaſippus loquitur.

SIc raro ſcribis:ut toto non quater anno
Membranam poſcas:ſcriptorū quæq; retexens:
Iratus tibi:quod uini:ſomniq; benignus:
Nil dignum ſermone canas.quid fiet? ab ipſis
Saturnalibus huc fugiſti.ſobrius ergo
Dic aliquid dignum promiſſis.incipe:nil eſt:
Culpantur fruſtra calami:imeritusq; laborat
Iratis natus paries Diis:atq; poetis.
Atqui uultus erat multa:& p̄clara minātis:
Si uacuum tepido cœpiſſet uillula tecto.
Quorſum ꝑtinuit ſtipare Platona Menandro
Eupolim:Archilochū comites educere tātos?
Inuidiam placare paras uirtute relicta?
Contemnere miſer.uitāda eſt improba Sciren

Dignum ſermone. Dignum quod mandetur ſatyris quas ſermones appellat. Quid fiet. qd facies Horati? quaſi dicat nunquid uis per deſidiam tēpus atterere? Ab ipſis ſaturnalibus.bene ab ipſis:quaſi quæ maxime ſtudia iterpellēt. Saturnalia
Nam tunc maxima erant frigora:quorum Horatius erat impatiens:menſe enim decembri celebrantur.tunc tota ciuitas ocio & genio indulgebat.Saturnalia autem ſacra erant.quæ in honorem Saturni celebrantur quæ ei tāquam deo ab Iano cum ara conſtituta ſunt:quod is Ianum ruris cultum docuiſſet: quo tēpore a Ioue filio eiectus regno cretæ in Latiū uenit:ubi benigne ab Iano exceptus fuit.Apud ueteres opinio fuit ſeptem diebus peragi ſaturnalia. Alii uero p triduū celebrata tradiderūt.unde Auguſtus huius rei opinionem ſecutus in legibus iudiciariis triduo ferias ſeruari iuſſit.Maſuri⁹ uero & alii uno die ideſt.xiiii.Kal.Ianuarias fuiſſe ſaturnalia crediderunt.Regni eius tempora fœliciſſima ferūtur quum propter rerum copiam: tum etiam ꝙ nondum quiſquam ſeruitio uel libertate diſcriminabatur.Quæ res intelligi poteſt ꝙ ſaturnalibus tota ſeruis licentia permittitur. Fugiſti huc.hoc eſt in uillam. Nil eſt:cum interrogatione ut ſit ex perſona Damaſippi nil habes qđ ſcribas? Culpantur fruſtra calami:quia non merentur:quod fieri ſolet a deſidioſis qui culpam:aut in calamos:aut atramentum reiiciunt:unde.Deſidioſus apud Perſium. Tunc quæritur Craſſus calamo quod pendeat humor. Nigra quod infuſa uaneſcat ſepia lympha.Dilutas quæritur geminet quod fiſtula guttas:An tali ſtudeam calamo? Paries natus iratus diis atque poetis.poetæ ſoliti erant auctore Porphyrione parietes incerare.& ibi ſcribere ſi quid per noctem in mentem ueniſſet. Paries:immeritus laborat.immerito & paries culpaẗ & accuſatur quod ſcripta non ferat:qualia uellet. Nam paries inceratus natus erat:hoc eſt inuentus & paratus ad hoc tantum ut in eo notarentur difficilia : quæ per noctem occurriſſent non ſine plærumque magna animi poetaꝝ indignatione:quum ea nō ualerent ſuopte ingenio:quo modo uellent explicare:q̄ſi diis iratis & minime eis ſuffragantibus. Erunt ergo caſus datiui Diis iratis atq; poetis ut ſit ſenſus.Paries natus:hoc eſt ut diximus paratus & cōſtitutus ad difficilia excupienda:quæ non ſine magna plærumq; animi perturbatione a poetis notanẗ:quū dii eoꝝ uotis tanq̄ irati nō ſuffragēẗ:ut ad eoꝝ q̄ ſcribūt intelligētiā perueniant: imerito culpaẗ. Atq uult⁹ erat multa & p̄clara minātis.uultu ingt multa & præclara ꝓmittebas te ſcripturum. Quorſum pertinuit ſtipare:Quorſum inquit tecum extuliſti tot auctores? Stipare.componere et denſare. Virgilius.Stipatq; carinis Ingens argentum. Alibi·Aliæ puriſſima mella Stipant & dulci diſtendūt nectare cellas. Platona.opera Platonis:eſt autem accuſatiuus græcus. Plato autem genere Athenienſis fuit diſcipulus Socratis:ueteris Acadimiæ inſtitutor & princeps.Legitur apud Laertium Socratem uidiſſe ꝑ ſomnum oloris pullum ſibi in gremio plumeſcere:qui continuo exortis pennis:expanſis alis in altum aduolans ſuauiſſimos cantus ediderit.Poſtridie quum plato ſibi a patre cōmedatus eſſet:hunc cycnum eē quem uiderat dixiſſe. Menādro.poeta comicus fuit:ex quo comœdias quattuor in latinū tranſtulit Terētius. de eo diximus plura in poetica. Eupolim.poetā ueteris comœdiæ:de quo ante. Archilochum.is poeta fuit parius non Lacædemonius:ut aliqui male ſenſerunt primus : qui carmen Iambicū inuenit : unde illud in poetica: Archilochum proprie rabies armauit iambo. Inuidiam placare paras uirtute relicta.ſubiectio eſt. Tu putas inquit relicta uirtute:ideſt nihil ſcribendo fugere inuidiam hominum: ſed falleris incipies enim ꝙ grauius eſt cōtēni.Nā ita ſe habet humana conditio ut potentioribus inuideamus.humiles aſpernemur.

Viranda eſt improba ſiren deſidia.uocat deſidiam ſirenem.quod non minus cum pernicie delectet quam ipſæ ſirenes:quæ homines dulcedine cantus ſopitos demergunt. Eæ enim in littore campario habitantes nautas præter ea loca nauigantes ſuauitate cantus in ſomnum & ſcopulos inducebant :cogebantq; facere naufragiū:unde Vlyſſes auctoꝛ Home.i duodecio odiſſeæ:quū iuxta illa littora eēt nauigatur⁹ a Circe ad Sirenes

monitus:aures ſocijs ſuis cæra obturauit:ſe autẽ malo manibus & pedibus alligari iuſſit:apertis aurib⁹ imperans etiam ſi innueret ne ſolueret̃.Nauigãtib⁹ igitur Syrene ſtatim cãtare ſuauiſſime cœperũt.O decus argolicum quin puppim flectis Vlyſſes.Auribus ut noſtros poſſis agnoſcere cãtus.Nã nemo hæc unq̃ eſt trãſuectus cærula curſu:Quin prius aſtiterit uocũ dulcedine captus. Poſt uarijs auido ſaciatus pectore muſis Doctior ad patrias lapſus peruenerit oras.Nunc graue certamen belli cladẽq; canemus.Gr̃a quã troiæ diuino numine uixit:Oĩaq; elatis regũ ueſtigia terris:his ergo cãtus illecebris captus ulyſſes quũ ſocijs annuens ſupcilijs iuberet ſe ſolui:nõ id prius impetrauit q̃ periculum euaſit.

Deſidia:aut quicquid uita meliore paraſti
Ponẽdũ æquo aĩo.Di te damaſippe:deæq;
Verum ob conſilium donent tonſore:ſed unde
Tã bene me noſti?poſtq̃ omnis res meo Ianũ
Ad medium fracta eſt:aliena negocia curo
Excuſſus proprijs:olim nam quærere amabã
Quo uafer ille pedes lauiſſet Siſiphus ære.
Quid ſcalptũ ĩfabre:quid fuſum durius eſſet.
Callidus huic ſigno ponebam milia centum
Hortos:egregiaſq; domos mercarier unus
Cum lucro norã unde frequentia mercuriale
Impoſuere mihi cognomen compita.noui:
Et morbi miror purgatum te illius.atqui
Emouit ueterem mire nouus:ut ſolet:in cor

Vita meliore paraſti: aut tibi ſcribẽdũ eſt:quod iam alio tẽpore attenta cura meditatus es. Ponendũ:ſcribẽdũ.Dii te Damaſippe.uerba Horatii iocantis in barbatũ.nã philoſophi incedebãt barbati.Perſius.Barbatũ hoc crede magiſtrũ.Alibi.Si Cynico barbã petulãs nanoria uellat.Horatius alibi. Vellẽt tibi barbã laſciui pueri.nam Stertinii philoſophi ſtoici fuerat diſcipulus.Poſt q̃ omnis res mea.uerba Damaſippi:fracta:diminuta:attrita. Ad mediũ ianũ:ad fœneratores qui ad ianos ſtabant in baſilica Pauli. Nã ibi tria cõſtat fuiſſe ſimulacra iani:de quib⁹ Horatius in prima epiſtola. Hæc ianus ſũmus ab imo pdocet:cuius loci Cicero meminit in ſexto antonianarũ his uerbis: Nõ poſſem ſine riſu dicere.L.Antonio Iano medio patrono.ita ne Ianus medi⁹ in.L.Antonii cliẽtela fit:qs enim unq̃ in illo inuẽtus eſt:q.L.Antonio mille nũmũ ferret expẽſum? Et in ſeptia Antoniana.Patron⁹ eorũ q militares fuerũt:patronus Iani medii.Oui.Qui puteal Ianũq; timet celereſq; kalẽdas. Oli nã q̃rere amabã:Quo uafer ille pedes lauiſſet:Oñdit illũ ſtudioſũ fuiſſe uaſorũ corĩthiorũ:hoc ẽ ex ære corĩthio:de quo abũde diximus in.iiii.ſermone:aut reuera operũ antiquoꝝ:q̃ ſola uetuſtate cẽſebãt̃ antiqs noĩbus artificiũ nobilitata.Pli.ſic ſcri.Subito ars celãdi argẽti exoleuit:ſola iam uetuſtate cenſẽt uſq; attritis celaturis:ut ne figura qdẽ diſcerni poſſit:unde exit illud Iuuenalis.Argẽtũ uetus. Cice. libro ſeptimo epiſtolarũ ſcribẽs ad Fabiũ Gallũ inuit Damaſippũ emptorẽ ſtudioſiſſimũ fuiſſe ſtatuarũ. Ille Siſyphus.bene ille:

Siſyphus

q̃ſi omnibus notus:de quo ita ſcribit Home. in ſexto Iliados·Eſt oppidũ Ephyra in medio iſthmi ubi habitauit Eoli filius Siſyphus ille cũctorũ hominũ locupletiſſim⁹:q genuit Glaucũ:ex Glauco natus eſt Bellorophontes. Vafer aſtutus.Et malignus:utpote qui ſub ũngulis ſuorũ animaliũ ſingulis litteris inſcripſit nomina.Autolicus aũt ea tẽpeſtare fuit ſagaciſſimus fur.ita ut quæ ſurripuiſſet formam mutarẽt. Quũ igitur abegiſſet pecora Siſyphi:eaq; trãſmutaſſet:nõ tamẽ id Siſyphũ latuit:ea enĩ cognouit p ĩſcriptas ſub pedib⁹ litteras:poſtea uero quũ placaſſet Siſyphũ:eũ ſuſcepit hoſpitio:filiãq; ſuã Anticleã cũ eo ĩ lecto collocauit: factãq; ex ipſo grauidã Laertæ in matrimoniũ dedit:inde Vlyſſes ſiſyphides a poetis dicit̃. Hæc ex Suida. Amabã q̃rere.ſubaudis æs:ac p hoc uas æneũ:ut id.ſ. haberẽ.oſtẽdit autẽ ipſum:ut dictũ eſt amatorẽ fuiſſe

Aes corithium

uaſorũ corintiorũ:quæ ex ære corĩthio fiebãt id aũt auro argẽto:æreq; ſimul fuſis cõſtabat. unde Pli.li.ix. Iuuat argentum auro confundere ut fiant electra:addere iis æra ut corinthia.Hæc autem mixtura excogitata eſt a caſu.Nam quum corinthus capta incenſaq; eſſet a Mumio peruſtis plurimis ſtatuis atq; ſimulacris æris auri argentique uene in unum fluxerunt.Eius temperaturæ tria ſunt genera.Candidum argẽto nitore quam proxime accedens:in quo illa mixtura præualuit.Alterum in quo auri fulua natura. Tertium ĩ quo æqualis omnium temperies fuit.Veriſimile autem non eſt Siſyphũ uaſa corinthia habuiſſe ex illa mixtura quæ multo tempore poſt Siſyphum facta eſt. Lauiſſet pedes:ſibi ſcilicet Infabre:ruditer & ĩpolite. Fuſũ: conflatũ.fundi enĩ dicũtur metalla quæ ui ignis conflantur. Quid fuſum durius eſſet.Bene ait duri⁹: nã æræ ſtatuæ dicuntur durius fuſæ:quæ ruditer factæ ſunt:cõtra:illæ molliter factæ dicũtur quæ bene.unde eſt illud apud Virgilium Excudent alii ſpirantia mollius æra.Horatius alibi.Molles imitabit̃ ære capillos. Ponebã milia centum:centum milibus emebã. Huic ſigno.ſtatuæ. Mercuriale.q̃ſi magnũ mercatorem & q̃ſtuoſũ:ſed ironicos:quũ p̃rimoniũ ſuũ diſſiparet:oẽs.n.cocciones lucro ſtudẽt uocabulum deductum a Mercurio:q deus lucri dr̃ a mercibus:uñ a mercatoribus colit̃:ut apud Iuue.& Perſi.latius docuimus.Cõpita:dñr ſpacia in q̃ multæ uiæ cõpetũt:cõtinẽs poſuit p cõtẽto:hoc ẽ homĩes uerſantes in compitis. Noui: loq̃tur Horatius. Purgatũ illius morbi:ſtudii:cõparãdoꝝ opũ antiquoꝝ. Atq; Damaſipp⁹ loq̃t̃.Emouit Veterem mire nouus.Non eſt inquit mirum me liberatum eo morbo:quia nouus morbus qui acceſſit:expulit ueterẽ: ut ſolet fieri.quum dolor lateris & capitis tranſit in cor.ſæpe enim accidit ut aut ſtudio:aut inſcitia:aut negligentia medicorum:qui pleureticus fuerit fiat cardiacus:& qui lethargicus phreneticus:unde nunc damaſippus iocans ait ſe ex lethargico factum phreneticum.Eſt ãt phreneſis quum continenti demẽtia eẽ ĩcipit:aut quũ æger q̃uis adhuc ſapiat:tñ q̃dã uanas imagĩes accipit.Sicq; nact⁹ occaſionẽ oñdit unũquẽq; ĩſanũ eẽ:nec ab ĩſania poſſe oĩo abſcedere:cũ de uitio ĩ uitiũ trãſeat:p morbũ aũt nouũ intelligit ueſaniam qua agitatur ut curet negocia aliena:per ueterem uero ueſaniam querendi uaſa corinthia:

dolore

Dolore lateris.pleuritida inteligit:plenius.n.identidem latine dicit dolorem lateris:quem græci pleuritida. Traiecto:tranſgreſo In cor:uidetur poeta intelligere cardiacũ dictum:quod dolore cordis laboret:quia χαρδια cor ſignificet: ſed ut ſenſit Galenus libro q inſcribitur Medicus falluntur qui ita putant:Nam ueteres ingt græci cardian ſtomachum dixerũt:unde ſic ait.Diſpoſitio autem cardiaca nõ ſic denominata eſt q dolor circa cor eſſe contingat:ſed quoniam cardian antiqui ſtomachum uocabãt:ſed hæc apud Iuuenalẽ diffuſius diximus.Illic cardiaco nunquam cyathum miſſurus amico.Galeno aſtipulari uidetur Corneli. Cel

Traiecto lateris miſeri:capitiſq; dolore:
Vt lethargicꝰ hic cũ ſit pugil:& medicũ urget.
Dũ neq̃d ſimile huic:eſto ut libet.o bone ne te
Fruſtrere.inſanis & tu:ſtultiq; prope omnes:
Siquid Stertinius ueri crepat:unde ego mira
Deſcripſi docilis p̃cepta hæc:tẽpore:quo me
Solatus iuſſit ſapientem paſcere barbam:
Atq; a fabricio non triſtem ponte reuerti.
Nam male re geſta cum uelem mittere operto
Me capite i flumen:dexter ſtetit:& caue faxis
Te quidq̃ idgnũ:pudor inquit te malus urget:
Inſanos qui inter uereare inſanus haberi.
Primũ nã iquiram:qd ſit furere:hoc ſi erit i te
Solo:nil uerbi:pereas quin fortiter:addam.
Quem mala ſtulticia:& quæcunq; inſcitia ueri
Cæcũ agit:inſanũ Chryſippi porticus:& grex
Autũat:hęc pp̃los:hęc magnos formula reges

ſus ſic ſcribens:Cardiacus morbus nihil aliud ẽ q̃ nimia imbecillitas corporis quod ſtomacho languente imodico ſudore digeritur. Ad eũ ſæpe phrenetici tranſeunt:ſed mens in illis labat i hoc conſtat. Vt lethargicus hic. Damaſippus iocãdo digito ſeipſum oſtendit dicens:ut hic lethargicus:ſubaudi emouet:aut expellit lethargum:quum ſit pugil hoc eſt phreneticus:qui ni ſi uincit aſtantes & medicum pugnis contundit per furorem:aut reuera poeta fingit lethargicũ eſſe p̃ſentem:quemadmodum facit & Perſius il lic expecta haud aliud reſpondet hæc anus. Lethargus ãt morbus eſt:qui hominem iexpugna bili opprimit ſomno:unde lethargicus appellatur qui eo uexat morbo. Eſt.n.morbus auctore Cel ſo contrarius phreneſi.In illo difficillis ſomnus prompta ad omnem audaciam mens eſt. At in hoc marcor & inexpugnabilis pene dormiendi neceſſitas. Dum nequid ſimile huic:eſto ut libet.Eſto inquit ut libet tibi:ſitie lethargicus:ſiue phreneticus:modo non facias quicq̃ ſimile huic:hoc eſt pugili & phrenetico:qui medicũ ẽt uerberat:quaſi dicat:uide ne me cædas. O bone te ne fruſtrere inſanis.uerba Damaſippi conã

Lethargicꝰ

tis probare ex ſnia Stoicoꝝ oẽs hoĩes inſanos eſſe præter ſapientem:ideo & Horatium. Appellant.n.Stoici oẽs aĩ perturbationes morbos:negantq; ſtultum quemq̃ his morbis uacare. Qui ãt in morbo ſunt:ſani nõ ſunt. & oium inſipientium aĩ in morbo ſunt. Oẽs igitur inſipientes inſani ſunt. Sanitatem.n.aĩorum poſitã in tranquilitate quadam:conſtantiaq; cenſebant:his rebus mentem uacuam appellarũt inſaniam: p̃pterea quia in perturbato aĩo:ſicut in corpore ſanitas eſſe non poterit. Stultiq; prope omnes. Stultos.n. appellãt inconſtantes:hoc eſt ſanitate uacantes. Stertinius.philoſophus ſtoicus:a quo didicit Damaſippꝰ. Si quid ueri crepat. Si quid ueri loquitur. Vnde:a quo. Ego mira deſcripſi:hoc eſt paradoxa. Sapientem barbam:Iocoſe ait barbam:ſapientem:non ipſum ſapientem:quaſi barba ea ſit quæ philoſophum faciat. Pa ſcere:alere. A ponte Fabricio. Pontem illum intelligit auctore Porphyrione:qui eſt illius inſulæ quæ in medio tiberi poſita eſt dictus a:Fabricio:a quo factus eſt. Reuerti.nam Damaſippus quum ex eo ponte in Tiberim amiſſis omnibus bonis ſe uellet deiicere:Stertinius a præcipitio reuocauit oſtendens illum ſolum non eſſe ſtultum:ſed omnes. Dexter ſtetit:a dextra parte.aut bonus & propicius. Perſius.Sub raſtro crepet argenti mihi ſeria dextro hercule. Pudor inquit te malus urget. Scio inquit te pudore ire perditũ quia bona tua abſumpſeris: Veritum ne inſanus habearis inter inſanos. Primum nam inquiram quid ſit furere:Inquiram:inquit primum quid ſit furere:quod ſi in te ſolo erit: te non prohibuero quominus te perdas.hoc loco autem accipit furere ſimpliciter pro inſanire: quum omnino maius habeatur furere quã inſanire. Furioſum enim dominum eſſe rerum ſuarum uetant leges duodecim tabularum: in quibus nõ eſt ſcriptum ſi inſanus: ſed ſit furioſus eſſe incipit. Stulticiam enim cenſuerunt in conſtantiam ideſt ſanitate uacantem: poſſe tamen tueri mediocritatem officiorum: & uitæ communem cultum atque uſitatum: Furorem autem eſſe rati ſunt mentis ad omnia cæcitatem. Furioſo & prodigo bonorum ſuorum in terdicitur adminiſtratio. Daturque curator utrique: de quo inferius copioſius ex auctoritate Vlpiani. Quem mala ſtultitia. Omnis inquit ſtoicorum ſchola dicit illum prorſus inſanum:& proinde furere:qui ad ſinceram cognitionem ueri non peruenit. Chryſippi porticus: ideſt Stoicorum ſchola. Nam Athenis in porticu Zeno primus cepit docere:ad quem audiendum diſcipuli eo confluentes:quum antea Zenonii di cerentur poſtea ab ipſo porticu Stoici ſunt nominati στοα enim græce porticum ſignat latine. De qua porticu intellexit Perſius illic. Quæque docet ſapiens braccatis illita medis Porticus. Chryſippus & ipſe Stoicus fuit:de quo pluſcula diximus in ultimo carmine Perſii. Autumat:cenſet:exiſtimat: Hæc formula apellatione formulæ intelligimus orationem:eaque uerba:quæ eodem modo ſemper formantur. qualis eſt formula fœderis:qua ſemper ſic ferialis utebatur in fœdere faciendo. populus Romanus prior non defi ciet:ſi prior defecerit publico conſilio:dolo malo:tu illo die iuppiter populum ro:ſic ferito ut ego hunc por cum hic hodie feriam:tantoque magis ferito:quanto magis potes:polleſque:unde & Suetonius appellat epi ſtolam formalem:qua utebatur Domitianus ſemper eadem forma. Sic:dominus deus noſter ſic fieri iubet.

Fabricius Pons

Stoici

Excepto ſapiente:tenet.Nũc accipe quare
Deſipiant omnes æque ac tu:q̃ tibi nomen
Inſano poſuere:uelut ſiluis:ubi paſſim
Palantes error certo de tramite pellit:
Ille ſiniſtrorſum:hic dextrorſũ abit.un⁹ utriq;
Error:ſed uariis illudit partibus:hoc te
Crede modo inſanum:nihilo ut ſapientior ille
Qui te deridet:caudã trahat.Eſt genus unum
Stulticiæ nihilũ metuenda timentis:ut ignes:
Vt rupes:fluuioſq; in cãpo obſtare quæratur.
Alterũ & huic uariũ:&nihilo ſapiẽtius:ignes
Per medios fluuioſq; ruentis.clamet amica:
Mater:honeſta ſoror:cũ cognatis:pater: uxor:
Hic foſſa eſt ingens:hic rupes maxima : ſerua:
Non magis audierit:q̃ Fuſius ebrius olim:
Cum Ilionam edormit:Catienis mille ducẽtis
Mater te appello:clamãtibus.huic ego uulgũ
Errori ſimilem cunctum inſanire docebo.
Inſanit ueteres ſtatuas Damaſippus emendo?
Integer eſt mentis Damaſippi creditor?eſto:
Accipe:quod nunquã reddas mihi ſi:tibi dicã:
Tu ne inſanus eris:ſi accepis?an magis excors

Formula autem Stoicorum hæc erat.Omnes homines ſtultos eſſe excepto ſapiente: & omnia peccata eſſe paria.unde a formula formularii dicuntur qui nũc improprie appellantur notarii:quum notarii ii dicãtor qui notis quæcunq; dicuntur:excipiunt:quod probe colligas ex Quintiliano initio operis ſic ſcribente. Alterum librum pluribus ſane diebus quantum notando conſequi poterant interceptum boni iuuenes : uel nimium amantes mei temerario editionis honore uulgauerant. Nunc accipe quare Deſipiant omnes. Stoici uoluerunt omnes(ut dictum eſt)præter ſapientem inſanos eſſe:quia ſapiens omnes animi affectus ſuperat:nullis cupiditatibus ſeruit.Aptam inuenit ſimilitudinem:qua oſtendit homines ſic deſipere atq; a recto uiuendi tramite deerrare:ut errant qui amiſſo recto itinere in ſyluis in diuerſas ſe flectunt uias.Senſus eſt & ordo. Accipe:audi inquit quare omnes deſipiant æque ac tu:qui te inſanũ appellant.Audi inq̃ quare deſipiãt omnes uelut ille abit ſiniſtrorſum:hic dextrorſum: ubi error pellit de certo tramite palantes paſſim ſyluis: Palantes:diſperſos. Siluis.per ſiluas. De certo tramite:de uera uia. Tibi nomen inſano poſuere.ita dictum ut illud Virg.Cui nomẽ Iulo. Sed illudit:unus quidem omnino eſt error quũ utriq; errent:ſed error ille illudit.i.agit eos diuerſis partib⁹.Sicq; oſtẽdit omnes pari quidẽ modo ĩ errore uerſari ſed uariis ſane modis quũ diuerſa prauæ uitæ inſtituta ſequantur. Hoc modo crede te inſanum.Crede inquit te eſſe inſanum hoc modo:ut ille nihilo ſapiẽtior trahat caudam:qui te deridet:ideſt ſcito te ita eſſe inſanum:ut ille qui te deridet nõ minus derideat:ac per hoc non minus ſit ſtultus. Trahat caudaʒ: quaſi dicat ut ſit tanquam pecus:ac per hoc ſtultus & ſine ratione:aut ex conſuetudine puerorum ſumptum eſt:qui ſolent deridentes neſcientibus a tergo caudam ſuſpendere:ut uelut pecus caudam trahant. Eſt genus unum.Oſtenſurus eſt homines:qui cupiditatibus inſeruiunt nõ min⁹ inſanos eſſe q̃ qui mentis debilitate:hoc eſt phreneſi inſaniunt.Tangit autem illud tertium gen⁹ inſaniæ:cui⁹ ut ſcribit Celſus duæ ſunt ſpecies. Nam quidam imaginibus non mente falluntur:qualem inſanientem Aiacem uel Oreſtem poetarum fabulæ ferunt.Quidam animo deſipiunt. Stulticiæ.Ordo eſt:Stulticiæ timentis nihilum metuenda. Alterũ & huic uarium:diuerſum ac diſtortum:ac per hoc diſſimile. Clamet amica mater:ita ruentis ut mater amica clamet:ut coniunctim potius legatur amica mater.q̃ per ſe amica. Serua:ſobaudi te:caue tibi. Non magis audierit:ſobaudi ut a ſuperioribus:ut ſit ſenſus.Stultus ita in præcipitium fertur ut mater:ſoror: cognati clament:hic eſt foſſa ingens:& ut non magis audierit clamantes. Quam ſuſius ebrius olim. Hic fuſius phoceus auctore Porphyrione tragœdiarum auctor fuit:qui quum perſonam Ilione dormiẽtis ſuſtineret: eamque filius Polydorus occiſus magna uoce rogaret:ut ſe defunctum ſepeliret:ita ebrius obdormiuit in ſcæna:ut excitari a mille & ducẽtis cantoribus fabulam agentibus nequiuerit.Cuius tragœdiæ mentionẽ facit Cicero in Hortenſio.Quid Iliona ſomno illo Mater te appello:non ne illa credit filium locutum:uere experrecta etiam crederet.Eius etiam meminit in Tuſcu.ſic.Ecce alius exoritur a terra:qui matrem dormire non ſinat.Mater te appello:quæ curam ſomno ſuſpenſo leuas:neque te me miſeret ſurge & ſepeli natuʒ. Illud mirandum eſt Ilionam appellari matrem a Polydoro quum Hecubæ fuerit filius:niſi forſan alius fuerit Polydorus.nam in tragœdia Euripidis : quæ nunc ab Anſelmo nepote conſuetudini latine tradita eſt: de hoc nulla ſit mentio. Edormit:pro edormiuit præſens pro præterito. Catienis mille ducentis:hoc eſt cantoribus.Nam catieni dicti ſunt cantores a Catieno nobili cantore:auctor Porphyrio. Inſanit ueteres ſtatuas Damaſippus emendo:Damaſippum ait inſanire quia cupiditate & ſtudio habendarum ſtatuarum laboret.Nam quemadmodum illos ſanos eſſe intelligimus:quorum mens motu quaſi morbo perturbata nullo ſit. Sic eos inſanos appellamus:qui contra affecti ſunt:utpote qui in poteſtate mentis non ſunt:cui regnũ totius animi a natura tributum eſt. Creditor Damaſippi.Inſanum oſtendit eſſe Damaſippum:qui ſtatuas emat:q; talium rerum cupiditate agitetur.Inſanum etiam ait creditorem ipſius:qui lucri cupiditate ei uendat:unde ſperandum non ſit precium.Legendum autem eſt cum interrogatione:quæ uim habet negationis. Eſto:concedamus creditorem non eſſe inſanum:tamen tibi probare uolo eſſe inſanum:p̃batq; per ſequentia hoc mõ.Si dicã tibi. Accipe qd nunquã reddas mihi.Tu ne ĩſanus eris:ſi acceperis:an magis excors reiecta præda? quaſi dicat:ille q rem alicui dat quam nunq̃ ſit recepturus ſine dubio ſtultus eſt.

Mercurius fert.Nam ut ante dictũ eſt Mercurius deus eſt lucri:& a mercibus nomen accepit. Scribe decem a Nerio:hoc loco oſtendit creditores omnino ſtultos eſſe qui lucri cupiditate ducti res ſuas credũt debitoribus.ſperantes ſe nihil amiſſuros iis arctiſſime ligatis per multas tabulas & obligationes ut ſit ſubiectio creditoris:qui ne ſtultus exiſtimetur dicat.Scribam multas tabulas:ac ſi dicat ita ſcriptis nodoſis uinciam debitorem ut nihil perdã de meo.agit igitur poeta. Scribe decem tabulas a Nerio:& ſi non eſt ſatis ſcribe centum a Cicuta:ut intelligamus Nerium & Cicutam iuriſperitos fuiſſe & fœneratores auariſſimos:qui nodis & uinculis forenſibus noſſent deligare debitores.

Reiecta præda:quã præſens Mercurius fert?
Scribe decẽ a Nerio:nõ eſt ſatis?adde Cicutæ
Nodoſi tabulas centum:mille adde cathenas:
Effugiet tñ hæc ſceleratus uincula Proteus.
Cum rapies in iura malis ridentem alienis:
Fiet aper:mõ auis:mõ:ſaxũ:& cũ uolet:arbor.
Si male rem gerere inſani eſt:cõtra:bene ſani:
Putidius multo cerebrũ ẽ(mihi crede)Perilli
Dictantis:quod tu nunquã reſcribere poſſis.
Audire:atq; togam iubeo cõponere.quiſquis
Ambitione mala:aut argenti pallet amore:
Quiſquis luxuria:triſtiue ſuperſtitione:
Aut alio mentis morbo calet:huc propi⁹ me:
Dum doceo inſanire omnes:uos ordine adite.
Dãda eſt hellebori multo pars maxima auaris:
Neſcio:an anticyrã ratio illis deſtinet omnem.

De Cicuta auaro in hoc ſermone inferius ſit mentio. Tu nomentanum:tu ne ſequerere Cicutam. Tabulæ aũ numero plurali dicuntur:quibus continentur omnes cõtractus & conuẽtiones:ut uenditionum:emptionum:dotum:teſtamentorum.q̃ noſtris tpibus dicuntur inſtrumenta:de quo uocabulo multa diſſeruimus in cõmentariis Iuuenalis in.ii.ſatyra illic.Notum eſt cur ſoli tabulas impleuerit hiſter liberto. Scribe decem:ſubaudi ab inferiori tabulas:ubi miror Seruium exponere in ſeptimo æneidos. Scribe pro trade & da. A Nerio: quas ſumas a Nerio dictatas tanq̃ ſagaciſſimo iuriſpito. Nodoſi Cicutæ:qui nodis ſuis arctiſſime homines ligat. Sceleratus proteus:hoc eſt debitor q mo re Protei ſe eiuſmodi uinculis & obligationib⁹ exoluet:nunc his:nunc illis ſe tuendo cauillationibus.Nam Proteus ut fabulantur græci uates fuit.qui in mari Carpathio pauit armenta Neptuni:de quo Virg.in.iiii.georgico.Eſt in carpathio Neptuni gurgite uates Ceruleus Proteus: & mox.Hunc nymphæ ueneramur:& ipſe Grãdæuus Nereus:nouit namq; omnia uates Quæ ſunt:quæ fuerint : quæ mox uentura trahantur.Hic ne futura petentibus prædiceret:in uarias etiam compræhẽſus formas ſe uertebat:unde Virg.Oĩa transformat ſeſe miracula rerum.Ignemq; horribilemq; feram:fluuiumq; liquentem.Et ante:fiet enim ſubito ſus:horridus atraque tygris:Squamoſusque draco & fulua ceruice leæna Aut acrem flammæ ſonitum dabit atque ita uinclis Excidet.aut in aquas tenues dilapſus abibit.Philoſtratus de uita Apollonii oſtendit Proteum deum Aegyptium fuiſſe:qui ob multiplicem ſapientiam dictus eſt modo in hanc modo in illam formam ſeſe uertere:ita ut illum capere difficillimum eſſet. Si male rem gerere inſani eſt contra bene ſani:hoc argumento colligit Perellium fœnatorem inſanum eſſe:qui credit : qđ nunquam eſt recepturus.Si ille inquit eſt inſanus qui rem male gerit:& contra ſanus qui bene:neceſſe eſt dicamus Perellium eſſe inſanum:qui credit quod nunquam recipiet male enim rem ſuam gerit. Dictantis: hoc loco poſuit pro dantis auctore Porphyrione.alias dictare:ut docuimus in commentariis Perſii eſt enũciare quod alius excipiat:a quo dictata numero plurali dicuntur.quæ magiſtri pueris præbent imitãda:nec ea tantum in litteris:ſed in aliis quoque artibus appellamus.Perſius. Ten cirratorum centum dictata fuiſſe. Pro nihilo pendas?Iuuenalis.Donec peragat dictata magiſtri. Reſcribere:reddere:quod quia fiebat per ſcripturam menſæ:adeo reſcribi dicitur reddi.Eſt enim ſermo tractus de pecunia:unde Terentius in Phormione.Illud mihi argentum iube reſcribi Phormio. Audire atque togam iubeo componere:uerba adhuc Stertinii monentis Damaſippum ut attente audiat.oſtenſurum ſe omnes ambitioſos:auaros:luxurioſos:ſuperſtitioſos:alioſque cupiditatibus inſeruientes ſtultos eſſe:ſed auaros ſtultitia omnibus præſtare.Eſt ergo ordo.O damaſippe iubeo te audire & componere togam:hoc eſt colligere:quemadmodum colligunt : qui ſe parant ad aliquid diligenter faciendum:hic uerus eſt ſenſus:quem alii alio modo intelligentes male exponunt. Quiſquis.Ordo eſt.O uos quiſquis pallet ambitione mala:aut amore argenti & cætera adito huc propius medum doceo ordine uos omnes inſanire. Ambitione mala ab effectu dixit.nam plærique adducuntur:ut eos iniciciæ capiat obliuio:quum in imperiorum:honorum:gloriæue cupiditatẽ inciderint. Ambitio ut ſcribit Saluſtius multos mortales falſos fieri ſubegit. Amore argenti:auaritia.Neque enim aliud eſt auaritia quam opinatio uehemens de pecunia quaſi ualde expetenda ſit uiſceribus inherens & penitus inſita. Danda hellebori multo pars maxima auaris.Scribit Celſus humores noxios & inſaniam hominis emẽdari helleboro:unde poeta nunc ait cum reliqui inſani multo helleboro ſint purgandi:auaros multo maiore copia indigere:utpote qui inſania omnes ſuperent inſanos:helleborus autem herba eſt naſcens in anticyra inſula ubi auctore Plinio tutiſſime ſumitur:a latinis ueratrum dicitur.de qua plura diximus in commentariis Perſii:illudque ſcẽdum:helleborus & helleborum dici:Virg.in Georgi.Helleboroſque graues:Plautus in pſeudulo.Helleborum hiſce omnibus opus eſt. Anticyram omnem.Hiperbole ac ſi dicat omnem helleborum prouenientem in Anticyra.Eſt autem Anticyra inſula ad ſinum iacens malia cum Oetam montem dicta auctore pauſaniæ:ab Anticyro Herculis ſocio:antea Cypariſſus uocitata.

Proteus
Dictare
Dictata
Heleborus
Anticyra

Hæredes Staberi ſummã incidere ſepulchro:
Ni ſic feciſſent:gladiatorum dare centum
Dãnati populo paria:atq; epulũ arbitrio Arri:
Frumenti q̃ntum metit Africa:ſiue ego praue:
Seu recte:hoc uolui:ne ſis patruus mihi credo
Hoc Staberi prudẽtẽ animum uidiſſe q̃d ergo
Senſit cum ſummam patrimoni incidere ſaxo
Hæredes uoluit. Quoaduixit: credidit ĩgens
Pauperiem uitium:& cauit nihil acrius:ut ſi
Forte minus locuplex uno quadrante periret:
Ipſe uideretur ſibi nequior. Omnis enim res:
Virtus:fama:decus diuia: humanaq; pulchris
Diuitiis parent:quas qui conſtruxerit:ille
Clarus erit:fortis:iuſtus:ſapiẽs: etiam & Rex:
Et quidquid uolet: hoc uelut in uirtute paratũ
Sperauit magnæ laudi fore. Quid ſimile iſti
Græcus Ariſtippus: qui ſeruos proiicere aurũ
In media iuſſit Libya quia:tardius irent
Propter onus ſegnes. Vter eſt inſanior horũ?

Hæredis Staberi. Staberius homo fuit auctore Porphyrione auariſſimus:in tãtum pecuniæ magnitudine delectatus:ut quum morti proximus eſſet:teſtamento cauerit ut hæredes ſui ſepulchro inſculperẽt:quis quã tum a ſe in partem ſumpſiſſet:quod ſi in aliquo mentiti eſſent:damnationis nomine paria centum gladiatorum populo atque epulum darent:hoc autem fecit ut quum pauperiem maximum uitium crederet:omnes intelligerent bona ſua a ſe quo aduixit nulla ĩ parte eſſe imminuta:per quod monet poeta auaro ipſo nihil omnino ſtultius qui ſuam intelligant ſe ideo tantam pecuniæ copiam congregaſſe: q; intelligeret diuitiis omnia parere: illumq; etiam ſollicitus eſt ut omnes poſt mortem demum ſapientem: iuſtum & fortem haberi qui diues eſſet. Incidere:inciderunt. Arbitrio Arri:ad uoluntatẽ Arrii qui apprime luxurioſus fuit. Quantum metit africa. Nam ex africa frumenta copioſiſſima mittebantur: unde eſt illud apud Iuuennalem. O libyæ diſiunge boues: dum tubera mutas. Sydonius. Arma calybs: frumenta lybes campanus lachum. Ouidius in ponto. Cyniphiæ ſegetis citius numerabis ariſtas: Cyniphii enim populi ſunt africæ. Columella libro quarto: de re ruſtica Myſiam:libyamque largis aiunt abũdare frumentis. Siue ego praue ſeu recte hoc uolui:uerba ſunt Staberii quaſi reſpondẽtis heredibus mirantibus quare ita teſtamento iuſſerit ſummam inſcribi ſepulchro:ut dicat nolo ſis mihi patruus ac per hoc caſtigator & monitor ſiue hoc praue ſiue recte fieri iuſſeri. Sub patruis autẽ pueri maxime erudiebantur ut docuimus apud Perſium illic. Quum ſapimus patruos. Prudentem animum:ironicos hoc eſt Staberiũ prudentis animi. Quid ergo:quaſi aliquis interroget Horatium. Et cauit nihil acrius:quã pauperiem ſcilicet: Ita inquit cauit ut ipſe uideretur ſibi nequior ſi forte periret minus locuples uno quadrãte nequior. Luxurioſior:qui

Nequam

per nequitiam bona ſua imminuiſſet: nam. Q. claudius in primo annalium auctore Gelio Nequitiam appellauit luxum uitæ prodigum effuſumque in hiſce uerbis. Perſuadenti cuidam adoleſcenti Lucano qui apprime ſummo genere natus erat ſed luxuria & nequitia pecuniam magnam cõſumpſerat:unde Ouidius. Nequitia eſt quæ te non finit eſſe ſenem. Terentius Hui quantam feneſtram ad nequitiam pateſeceris. Inde dicimus hominem nequam nullius rei neque frugis bonæ:compoſitumque eſt ut docet Varro a ne & quicquam media ſyllaba extrita. Cicero in ſecunda Antoniarum luculenter docet quid ſit nequam:quum enim in Antonium proba quædam ludibrioſa & turpia ingeſſiſſet ad extremum hoc addidit. O hominem nequã: nihil enim magis proprie poſſum dicere. Omnis enim res:hæc a poeta ironice dicuntur:ut ſit ſenſus. non eſt mirum ſi Staberius tanta cura tam amplas diuitias ſibi comparauit ſciebat enim omnia homini diuiti ſeſe inclinare atque obedire:eumque ubique magno in precio haberi qui diues eſſet. Etiam:rex: ut licet priuatus ſit:omnia tamen ut rex agat:quaſi qui omnia nutu ſuo regat. Hoc ueluti uirtute paratum Sperauit magnæ laudi fore. Sperauit inquit Staberius illius tãtæ pecuniæ acquiſitionem fore ſibi magnæ laudi:quaſi rem magnificam feciſſet & laude dignam:quum nihil omnino ſit tam anguſti animi tamque parui quam cupide amare diuitias. Præterea(ut docet Saluſtius) Cupido pecuniæ materies eſt omnium malorum:ea enĩ fidem probitatemque cæteraſquè artis bonas ſubuertit: Auaritia ſtudium pecuniæ habet: quam nemo ſapiens concupiuit: Ea quaſi uenenis malis imbuta corpus animumque uirilem effeminat. Semper infinita & inſatiabilis eſt.

Acriſippus

Quid ſimile iſti Græcus Ariſtippus:ſubaudi extrinſecus fecit:ea interrogatione pronunciandum qua contrarium oſtendi ſolet:quaſi dicat. Longe diſſimile fuit ab inſtituto Staberii quod fecit Ariſtippus: Ille diuitias omni ſtudio quæſiuit: hic uero a maioribus ſuis partas contempſit atque abiecit. Sicque oſtendit & Ariſtippum inſanum uideri qui pecuniam quam neceſſariis & pauperib9 dare potuiſſet abiecerit. Nam is cirenæus philoſophus fuit Socratis diſcipulus qui primus Socraticorum mercedem exigit:& queſtu philoſophatus eſt uoluptatis aſſertor:unde Xenophon librum contra uoluptatem in eum ſcripſit. Geſtabat eius famulus in itinere pecuniam & cum præmeretur onere: effunde ait quod nimis eſt:& fer ea quæ uales. Teſtatur id Bion quum aliquando nauigaret didiciſſetque nauem eſſe pyraticam acceptum aurum numeraſſe: deinde quaſi imprudenti & inuito lapſum e manibus iactauiſſe in mare: ingemuiſſeque grauiter: Sunt qui illum & hæc dixiſſe memorant. Melius eſt ut hæc ab Ariſtippo perdantur:quam Ariſtippus propter iſta pereat. Vter eſt inſanior horum:quæſtionem proponit diſſimilis ſtudii q̃ quia non abſoluit ſtatim ſubiicit.

Nil agit exemplum quod litem lite diremit:ideſt quod litem uertit in litem.hoc eſt quæſtionẽ in quæſtionem:eſt autem figura prouerbialis qua utimur quum oſtendimus negotium ex negotio ſeri.ut fit ſenſus.Intelligo quidem me contraria exempla poſuiſſe.Et quoniam non explicauerat uter ex iis inſanior eſſet:ait ſe id probaturum multi iuga igitur ſimilitudine oſtendit auarum omnium iſaniſſimum. Si quis emat cytharas.ſicuti inquit ille q nullã habet peritiã canẽdi & tamẽ cõparat multas cytharas:Et qui ſutor nõ ẽ omnia inſtrumenta ſutrinæ.Et qui mercaturis nõ eſt aſſuetus nauigia:habent oẽs inſani:ſic auarus cẽſet inſan⁹:

Nil agit exemplum litem quod lite reſoluit.
Siquis emat citharas:emptas cõportet in unũ
Nec ſtudio citharæ:nec muſæ deditus ulli:
Si ſcalpra:& formas non ſutor.nautica uela
Auerſus mercaturis: delirus:& amens:
Vndiq; dicatur merito. Quid diſcrepat iſtis
Qui nummos:aurumq; recondit:neſcius uti
Compoſitis:metuenſq; uelut cõtingere ſacrũ?
Siquis ad ingentem frumenti ſemper aceruũ
Porrectus uigilet cum longo fuſte: neq; illinc
Audeat eſuriens dominus contingere granũ:
Ac potius foliis parcus ueſcatur amaris:
Si poſitis intus Chii:ueteriſq; Falerni
Mille cadis:nihil eſt tercentum milibus:acre
Potet acetum.age: ſi & ſtramẽtis incubet unde
Octoginta annos natus:cui ſtragula ueſtis:
Blattarũ:ac tinearum epulæ putreſcat in arca:
Nimirum inſanus paucis uideatur: eo quod
Maxima pars hominum morbo iactatur eodẽ:
Filius:aut etiam hoc libertus ut ebibat hæres:
Dis inimice ſenex cuſtodis:ne tibi deſit?
Quantulum eni ſummæ curtabit qſq; dierũ:
Vngere ſi caules oleo meliore,caputq;

qui multa ſibi parat:quibus uti nõ ſuſtinet:q̃ſi qui eorum uſus non nouerit. Formas: quibus ſutor utitur ad calceos conficiendos. Sutor:abſolute is dicitur qui calceos ſuit:unde Sutrina officina ipſa ubi calcei conſuuntur. Qui diſcrepat:qui ꝓ quomodo. Metuenſq;.Ordo:Et metuens contingere:ſcilicet nũmos ueluti ſacrum ueluti rem ſacram:quæ ſine piaculo a profanis nõ pertractatur. Sic in prima ſatyra loquens de auaro. Et tanq̃ parcere ſacris Cogeris:aut pictis tanquam gaudere tabellis. Si quis ad ingentẽ: probat omnino auarum eẽ inſanum:eſtq; ordo: Nimirum iſanus paucis uideatur:ſiquis uigilet ad ingentem aceruum:& ſi potet acre acetum & ſi incubet ſtramentis & cætera:hoc eſt pauci eũ iudicent inſanum:quia maxima pars hominum eo auaritiæ morbo laborat. Nihil eſt:corrigit ſe qui dixerit mille cadis quaſi paucis:unde ſubiicit tercentum milibus. Stramentis: Stramenta dicuntur proprie quæ pecori ſubſternuntur a quo etiam dicta Colũmella libro ſecundo eſt autem modus in ſiccando fœno:ut neq; per aridũ, neq; rurſus uiride colligatur:alterum quod omnem ſuccum ſi amiſit.Stramenti uicem obtinet alterum ſi nimiũ retinuit:ĩ tabulato putreſcit: ſit autem Stramentum ex fœno:palea: ſtipula: omniq; id gen⁹ re:unde Plinius libro.xvii.Quoniam ueſtire arbores teneras intorto ſtramento in ſilueſtribus non eſt.Columella: Curæ autem debebit eſſe cuſtodi:quum parturiẽt aues ut habeant quam mundiſſimis paleis conſtrata cubilia:eaq; ſubinde conuertat & alia ſtramenta quã recẽtiſſima reponat. Vnde octoginta:ideſt natus ſeptuaginta nouem annos:ſitque una dictio:quã poeta neceſſitate carminis in duas diuiſit partes quæ cum omni numero denario coniungitur:ut undeuiginti:undetriginta:undequadraginta:ſic etiam duodeuiginti:duodetriginta:duodequadraginta:treſdeuiginti non dicitur:nec de alio numero. Veſtis ſtragula: Veſtem ſtragulam dicimus qua lectus & omnia inſternuntur: unde Suetonius in claudio. Neque agrum quenquam uiſitauit niſi explorato prius cubiculo culcitriſque & ſtragulis prætentatis & excuſſis: illud autem ſciendum hoc nomen Stragulum aliquando abſolute ponitur illud.Suetonii. Et ſtragulis prætentatis: Et illud apud Plini.loquentem de talpis.Quibus e pellibus cubicularia uidimus ſtragula: aliquando cum adiectione ut ueſtis ſtragula Pomponius iuriſconſultus quærit nunquid tapetia quibus ſubſellia inſterni ſolent:in ueſte ſint ſtragula an in ſuppellectile. Blattarũ:Blattæ ſunt auctore Plinio ex genere inſectorum tenebrarum alumnæ:uitam lucemque fugiunt:in balneis maxime humido uapore prognatæ: eas Virgili. Appellat lucifugas.Et lucifugis congeſta cubilia blattis. Ariſtoteles libro quito de natura animalium.Blattas in aluearíis gigni apertum eſt quæ & ipſæ pennatæ ſunt. At tinearum:Tineæ Vermes ſunt quæ & ueſtes:chartas:& fruges infeſtant.Plinius libro undecimo capite uigeſimoquarto.ait in lanis & ueſte ex puluere creari teneas:Eaſdem etiam docet libro decimoſexto:capite.xvi.rodere & ligna terreſtreſque tantum eſſe.Teredines uero grauiſſimo ad portionem capite rodere dentibus:ſentirique tantum in mari: nec aliam putat teredinem proprie dici. Nimirum.Inſanus paucis uideatur:Certe inquit pauci talem cenſeant inſanum:quia maxima pars hominum tali morbo laborat hoc eſt auaritia. Filius aut etiam hoc libertus ut ebibat hæres:mira in auarum excandeſcentia:hoc dicit corripiens eum qui ſe ad nimiam parſimoniam'conſtringit adſeruans quæ hæres prodige ſit abſumpturus.Sic etiam in Odis.Abſumet hæres cecuba dignior ſeruata centum clauibus:& mero Tinget pauimentum ſuperbo Pontificum potiore cœnis. Inimice diis: odioſe diis ipſis qui acriter indignantur in tam uanam habendi cupiditatem. Cuſtodis ne tibi deſit: adſeruas inquit ne tibi deſit:ut poſtea filius tuus aut fortaſſe libertus hæres per luxuriam hoc profundat.

Quantulum enim ſummæ curtabit:quaſi dicat minimum. Curtabit:minuet.

Sutor
Stramenta
Stragula ueſtes:
Blattæ
Tineæ
Terredo

Cœperis impexa fœdum porrigine? quare:
Siquid uis ſatis eſt:periuras:ſurripis:aufers
Vndiq;? tum ſanus? populum ſi cedere ſaxis
Incipias:ſeruos ue tuos:quos ære pararis:
Inſanum te omnes pueri:clamentq; puellæ:
Cum laqueo uxoré interimis:matréq; ueneno:
Incolũi capite es? qd.n.neq; tu hoc facis Argis:
Nec ferro:ut demẽs genitricẽ occidit Oreſtes.
An tu reris eum occiſa inſaniſſe parente?
Ac non ante malis dementem actũ furiis:quã
In matris iugulo ferrum tepeſecit acutum?
Qui ex quo ẽ habit⁹ male tutæ mẽtis oreſtes?
Nil ſane fecit:quod tu reprendere poſſis:
Non Pyladen ferro uiolare:auſus ue ſororem
Electram:tantum male dicit utriq;:uocando
Hanc furiã:hunc aliud iuſſit qd̃ ſplẽdida bilis:
Pauper Opimius argenti poſiti intus:& auri:
Qui Vientanum feſtis potare diebus
Campana ſolitus Trulla:uappamq; profeſtis:
Quõdã Lethargo grãdi ẽ oppreſſus:tu hæres
Iam circum loculos:& claues lætus:ouanſq;
Curreret:hũc medicus multũ celer:atq; fidelis
Excitat hoc pacto:menſam poni iubet:atq;
Effundi ſaccos nummorum:accedere plures

Porrigo

Porrigine:morbus eſt de quo ſic ſcribit Cormelius Celſus porrigo eſt ubi inter pilos q̃dã quaſi ſquãmulæ ſurgunt:hæ quoque a cute reſoluuntur & īterdum madent:ſæpius ſiccæ ſunt:fereq; idĩ capillo fit:rarius in barba aliqu ndo etiam in ſupercilio. Quare ſi quid uis ſatis eſt periuras? Si paucis inquit dicis hominem cõtentum eſſe debere:quare tibi periuriis paras amplum patrimonium? quare homicidia committis? quaſ uxoré quare matrem occidis? quaſi dicat cur his facinoribus mercaris opulentiam? Tum ſanus? ſubaudi es? Si cædere ſaxis incipias:hoc uult oſtendere:nõ aliter auarum cenſeri inſanũ qui inſtinctu auaritiæ uxorem aut matrem ueneno necat q̃ eum qui ſaxis ſæuit in populum & ſeruos ſuos:quem oẽs pueri & puellæ oocent inſanum. Auaritia enim ut paulo ante diximus fidem probitatéq; cæteraſq; artes bonas ſubuertit. Auaritiam nemo unq̃ ſapiens concupioit. Quid enim neq; hoc tu facis argis:cum irriſione hoc īfertur a poeta:ut ſit excuſatio non eſſe inſanum:ut dicat:Cur eni es inſanus? quum matrem non occidas argis:nec ferro ut demens oreſtes occidit? nota eſt auté hiſtoria ot Oreſtes Clytemneſtram matrem ſuam occiderit:in ultionem Agamẽnonis patris ſui:q ab ea & Aegyſto ex bello Troiano reuerſus occiſos fuit. Qua ex cæde materna Oreſtes fertur cepiſſe inſanire furiiſq; agitari. De quo abunde diximos apud Iuuenalem illic. Nec dũ finitus Oreſtes. An tu reris eum occiſa inſaniſſe parente: putas inquit Oreſtem tantum inſaniſſe poſt cædem matris & non ante.q.d.ante etiam multis modis inſaniuit. Non pyladen:Pylades enim Strophii phocenſis filius amiciſſimi Agamẽnonis Oreſtem adeo dilexit:ut quũ is ex cæde materna in furorem uerſus eſſet:nunquam eum deſeruerit:ſed eum uſq; ad tauricam regionem in ſcythia ad Dianæ arãpo recuperanda ſanitate pduxerit:uñ eſt illud Ouidii in lib.de põto. Affuit inſano iuuenis phocæus Oreſti. Sororẽ electrã: qoæ cuȝ ut ſcribit Euripides in tragedia Oreſte electis exilientẽ manibus appræhẽſum tenebat: de quo ſic & Iuuenalis meminit in ſatyra.xiiii. Ille ſororis. In manib⁹ uultu eumenidõ terret: & igni. Splẽdida bilis:Splẽdidã appellat bilẽ q̃ uitreã Perſius illic Turgeſſcit oitrea bilis:ut īrelligam⁹ lucidã & clarã ut uitrũ ab effectu q; hoiem oĩa effundere atq; apire cogat. Eſt ãt bilis uitiũ ſtomachi atq; iteſtinorũ q̃ īterdõ ſupra īfraq; erũpit primũ aq̃ ſimilis:deide ut ī ea recẽs caro lota eã uideatur:īterdũ alba nõnũq̃ nigra uel uaria qd̃ uitiũ græci colerã uocãt:īflat ãt quũ hõ iraſcit cogitq; ut dixim⁹ oĩa palã pferre. Paup opimi⁹. Sic dr̃:magnas īter opes īops:& figurate dictũ ẽ. Ordo ẽ. Opimi⁹ paup argẽti & auri poſiti ītus:hoc ẽ repoſiti & recõditi ītus:Satis iocularitet refert quẽadmodũ Opimi⁹ diues & auarus quũ Lethargo hoc ẽ īuincibili ſomno laboraret a pitiſſimo medico ſit a ſomno excitat⁹ q mox maluit mori res ſuas cõſeruãdo:q̃ utẽdo uiuere. Sicq; poeta auarum ut inſanũ ridet:coi carius ſit aurũ q̃ uita ipſa. Veiẽtanũ: uinum Robellum quod oeiis prouenit in campania intelligit:uiliſſimum fuiſſe oſtendit hoc loco poeta:ſic & Perſius. Veientanumq; robellum exhalet uapida leſum pice ſeſſilis obba. dictum auté rubellum auctore Pli.a genere uitium quas rubellas rubente materia appellarunt.

Trolla

Trulla:Sæuola iuriſconſultus docet trullam uas eſſe potorium ubi de auro & argento legato ſcribit ſic. Poculum aureum Seiæ dulciſſimæ qd̃ elegerit fidei heredum committo ot dent:quæro quum in hereditate non ſint niſi Trullæ:ſcyphi:modioli: phialæ:an Seia de his ſpeciebus eligere poſſit:rñdi quum oĩa potui parata pocula dicuntur:poſſe eam ex iis eligere. Pli.lib.xxxvii.cap.ii. Titus petronios conſularis moriturus inuidia Neronis principis ut menſam eius exheredaret trullam morrinam.ccc.ſeſtertiis emptam fregit. De trulla diximus plura in tertia ſatyra Iuuenalis illic. ſi Trulla inuerſo crepitum dedit aorea fundo. ubi docuimus etiam capi pro alio uaſe & inſtrumento fabri parietarii. Campana:quaſi uili hoc eſt ærea: Nam ut diximos in.vi.ſermone ex auctoritate Porphyrionis. Capuæ ærea oaſa ſtudioſius fabricari dicuntur. uilis cum patera guttus campana ſupellex. Vappamque: Vappa uinum eſt:ut ſcribit Plini.libro.xiiii. qoom deferbuit:tunc enim deperit ſapor:uappa que accipit nomen quaſi a uaporis amiſſione. Probroſum etiam eſt hominum quom degenerauit animus:unde poeta in ſecunda ſatyra Fuſidius uappæ famam timet & nebulonis.

Lethargus

Lethargo:dictum eſt pauloante lethargũ morbũ eẽ q īſupabili ſomno hoiem pmit:uñ Lethargic⁹ is dr̃ q eo morbo uexat. [illegible] n.ſignificat obliuioné: [illegible] pigra uñ Stati⁹ ī ſyluis:Hic feſſos penit⁹ ſubrepſit ī art⁹ īſidioſa ges.& pigræ obliuia uitæ.

Hominem

Homiẽm ſic erigit. Sic faciẽdo hominem attẽtũ facit. Quid uis? uerba opimii: ſubaudi faciã. Mẽ uiuo? uerba Opimii? Hoc age: hoc eſt uigila: & aĩum rebus tuis adhibe: hocq; dictũ ſumptũ eſt ex ueteri ſacrorũ inſtituo. Nã quũ principes aut ſacerdotes ſacrificiũ faciebãt: præco ingenti uoce præcedens clamabat. Hoc age aĩos ſacrificio ſcilicet adhiberi iubẽs: ne ullis iteriectis opibus quæ plurima humanis ĩ rebus ui & neceſſitate quodã modo fieri contigit diuinus auerteret̃ cultus. Plutarchus hæc in uita. M. Coriolani. Fulctura ſuſtẽtaculum & refocillatio. cibo. n. ſtomachus deficiẽs reficit̃. Hoc ptiſanariũ: Italici ut ſcribit Pli. li. xviii. capi. vii. Oriza gaudẽt ex qua ptiſanã cõficiunt quã reliqui mortales ex hordeo: cuius uſus ualidiſſimus ſaluberrimuſq; ualde ꝓbatur. Vnum laudibus eius uolumẽ dicauit Hippocrates clariſſimus medicinæ ſciẽtia. Orizæ qdẽ folia carnoſa porro ſimilia: ſed latiora: altitudo cubitalis: flos purpureus: radix gẽmeæ rotũditatis. Ptiſanariũ Oriza

Ad numerãdũ: hominẽ ſic erigit: addit & illud
Ni tua cuſtodis: auidus iã hæc auferet hæres.
Mẽ uiuo? Vt uiuas igit̃ uigila. hoc age. Quid
Deficiẽt inopem uenæ te ni cibus atq;
Ingens accedat ſtomacho fultura ruenti.
Tu ceſſas? agedũ ſume hoc Ptiſanariũ Orizæ.
Quãti ẽptæ? ꝑuo. q̃ti ergo? octuſſib⁹. heu heu
Quid refert morbo: an furtis: peã ne rapinis?
Quiſnã igit̃ ſanus? q non ſtultus. qd auarus?
Stultus & inſanus. quid ſiquis non ſit auarus?
Continuo ſanus? minime. cur Stoice? dicam.
Non eſt cardiacus: Craterum dixiſſe putato
Hic æger. recte eſt igitur. ſurgetq;? negabit:
Quod latus: aut renes morbo tẽtentur acuto.
Non eſt periurus: neq; ſordidus: immolet æqs
Hic porcũ laribus: uerũ ambitioſus: & audax.
Nauiget Anticyrã. qd enĩ differt: Barathro ne
Dones quicquid habes: an unq̃ utare paratis
Seruius Oppidius Canuſi duo prædia diues
Antiquo cenſu natis diuiſſe duobus
Fertur: & hoc moriens pueris dixiſſe uocatis
Ad lectum: poſt quam te talos Aule: nuceſq;
Ferre ſinu laxo: donare: & ludere uidi:
Te Tyberi numerare: cauis abſcõdere triſtem,
Extimui: ne uos ageret ueſania diſcors.

Quãti emptæ? uerba Opimii. Paruo: uerba medici. Quãti ergo. Opimii. Octuſſibus: medici Octo aſſibus a numero aſſium: ſic treſſis triũ aſſiũ. Octuſſis Heu heu: opimii. Quiſnã igitur ſanus? uerba Damaſippi interrogãtis Stertiniũ ut Stoicũ quẽ cẽſeat igit̃ ſanũ: qui diſſerendo oſtendet omnes cupiditatibus ĩſeruiẽtes eſſe inſanos: Cõtra ſanos qui cupiditates omnes frenent. nã ſanos ĩtelligũt philoſophi eos quorũ mẽs motu q̃ſi morbo ꝑturbata nullo ſit. Qui contra affecti ſunt hos ĩſanos appellãt. Cardiacus: aſi dictũ ẽ de cardiaco. Cardiacus Craterũ: Craterus medicus fuit tꝑibus poetæ celebratiſſim⁹ quẽ & Perſius tanq̃ excellẽtiſſimũ noiat. & quid opus cratero magnos ꝓmittere mõtes: Eiuſdem nois fuit & dux magni Alexãdri. Et ſtatuarius nobiliſſimus de quo Pli. lib. xxxvi. cap. v. Craterus Recte eſt igit̃? ſanus ne ẽ qa nõ eſt cardiacus? ac ſi dicat alio laborat morbo: eadẽ ratione colligit hoiem q̃uis auar⁹ nõ ſit alio tñ uitio poſſe laborare ꝑ indeq; inſanũ eſſe. Negabit. ſ. ægrotus ſe poſſe ſurgere q̃ latus aut renes tẽtãt̃ morbo acuto. Imolet æqs hic porcũ larib⁹. põt ĩgt hic q piur⁹ non ſit aut ſordidus gratias diis agere: q̃ſi innuat paucos exiſtere q utroq; hoc uitio nõ laboret: quũ alterũ ex altero pẽdeat: qui. n. peierat id ſanæ facit auariciæ impulſu. Larib⁹: diis domeſticis: quos Lares uniuſquiſq; domi ſuæ colebat: quos lares familiares & deos domeſticos appellabant eoſq; perſides dicebant: quibus canis aſſiſtit & ipſi dii pellibus caninis ueſtiuntur: ut ſcribit Macro. eius rei duplicẽ Plutarchus cãm recitat in problematis. Nam quum præſides inquit ſint qui præſunt: hos domus cuſtodes eſſe oportet: & alienis formidoloſos ut canes uidemus. Mites uero ac lenes manſuetoſque domeſticis: uel quod demonia ꝑdã mala circũerrent quibus dii quaſi carnificibus & ſcelerum ultoribus aduerſus iniuſtos & impios utãtur: Sic lares furiales extimati ſunt & pœnarũ & uitæ exactores & operationum ſpeculatores. Quare ſit ut caninis pellibus induantur: quibus & canis ideo aſſiſtit: quod ad inueſtiganda ſcelera & ulciſcendos improbos ſagaces ſint. Apriſcis aliquando fuerunt cõtempti & ſpreti: unde ait Tertul. in apologe. Domeſticos deos quos lares dicimus domeſtica poteſtate tractatis de mutando aliquando in cacabulum aliqñ in trullã: uñ & Tranquillus in Calligula Lares a quibuſdam familiares in publicum abiecti: ut autem Lares domi colerentur ide ortum docet Seruius: quia apud antiquos mortui in domibus fuiſſe pelieban̄t. quos ut deos domeſticos colet̃ ceperunt & uenerari: Lareſq; appellarunt. Inde eſt lararium locus in quo coleban̄t: uñ Lãpridius ſcribit Alexandrum ĩpatorẽ romanũ habuiſſe in larario maiore Apolloniũ habramũ & Orphæũ: eũdem in ſecundo larario habuiſſe imaginẽ Virgilii cũ Ciceronis ſimulacro. De laribus diximus apud Perſi. & Iuue. Aequis: benignis fauentibus quum domum cuſtodiant & tueantur. Verum ambitioſus: ſubaudi eſt a ſuperiore. Nauiget anticyram. quaſi dicat & ipſe inſanus eſt proindeque heleboro curãdus qui ut pauloante diximus naſcitur in anticyra. Quid. n. differt Barathrone. Cõcludit peracta lõga diſputatione de luxurioſo & auaro: utrunque omnino eſſe inſanum: nihil inquit differt: ſiue bona tua per luxuriam abſumas: ſiue iis partis ꝑ auaritiam non utaris: ut exponas Barathro: hoc eſt uentri tuo profundo. βάραθρον enim nomen eſt imenſæ profunditatis. Seruius oppidius. Exemplo hoc poeta oſtenſurus eſt ambitioſum iuxta & auarum ĩſanos eſſe: quum Oppidius ita & ipſe ſenſerit de Aulo & Tiberio filiis ſuis. Diuiſſe: diuiſiſſe. Nec uos ageret ueſania diſcors: iam eos iudicat ſtultos: qui aut auaritiæ inhereant: aut honoribus & dignitatibus inhient.

Nomētanꝰ
Cicuta

Tu nomētanum ſequerere.hoc eſt luxurioſus fieres:qualis fuit Caſſius Nomentanus:qui bona ſua per luxum abſumpſit:de quo ante in ſermone octauo:& alibi ſæpe. Aut cicutā:fieres auarus qualis fuit Cicuta iuriſperitus & fœnerator:de quo ante facta eſt mentio illic. Adde Cicutæ Nodo ſi tabulas centum. Tu caue: o Aule. Tu:Tiberi:bene autem poeta affectum paternum expreſſit:qui undecunq; uult filiis bene conſultum. Et natura coercet.Natura enim ita omnes hominis affectus coercet:ut nolit eum niſi neceſſaria quærere.quam ſi ſequeremur ut optimam ducem nunquam erraremus. Titillet:quadam uoluptate moueat.

Tu Nomentanum:tu ne ſequerere Cicutam
Quare per diuos oratus uterq; penates
Tu caue ne minuas:tu ne maius facias id:
Quod ſatis eſſe putat pater.& natura coercet
Præterea ne uos titillet gloria:iure
Iurando obſtringā ambo:uter ædilis fuerit uel
Veſtrum pretor:is inteſtabilis:& ſacer eſto.
In cicere:atq; faba: bona tu perdaſq; lupinis:
Lætus ut in circo ſpaciere:aut æneus ut ſtes.
Nudus agris:nudus nummis inſane paternis?
Scilicet ut plauſus:quos fert Agrippa feras tu
Aſtuta ingenuum uulpes imitata leonem?
Neq; humaſſe uelit Aiacē Atrida uetus cur?
Rex ſum.Nil ultra quæro plebeius.Et æquā
Rem imperito:ac ſi cui uideor nō iuſtus iulto
Dicere quod ſentit pmitto.Maxime regum
Dii tibi dent capta claſſem deducere troia
Ergo conſulere & mox reſpondere licebit?
Conſule. cur Aiax heros ab Achille ſecundus
Putreſcit:totiens ſeruatis clarus achiuis?

Ambo
Inteſtabilis
Sacer

Ambo:pro ambos.Sic Virgilius.Si duo præterea tales ida tuliſſet Terra uiros. Vter ædilis: Ordo eſt:is ſit inteſtabilis & ſacer uter edilis prætor ue fuerit. Volo inquit illum eſſe inteſtabilē & ſacrū uter dignitates & magiſtratus quæſiuerit. Inteſtabilis:infamis:nam inteſtabilis is dr̄ qui teſtamentum facere non pt̄:quod docet Vlpianus ſic ſcribens in titulo de teſtamentis. Siqs ob carmen famoſum damnetur ſenatuſcōſulto expreſſum eſt ut inteſtabilis ſit: quo ſignificato accipit plautus in milite glorioſo ut uiuam ſemper iteſtabilis.Illud āt in Curculione ſemper curato ne ſis inteſtabilis:quod amas illud ama teſtibus præſentibus ioco comico dictū eſt a Plauto alludente ad teſtes:hoc eſt teſticulos ipſos:q̄ſi diceret curato ne ſis teſtibus priuatus: unde ſequitur:quod amas:illud ama teſtibus præſentibus. Sacer.in bonam & malam accipitur ptē; hoc loco in malam pro exectabili & funeſto: ſic apud Virgilium.Auri ſacra fames. In cicere atq; faba.Hinc eſt i llud Perſii. Vigila & Cicer ingere large.Rixanti populo:nr̄a ut floralia poſſint Aprici meminiſſe ſenes.Conſueuerūt.n. romani q̄ dignitates quærebāt ſpargere in populū ludis floralibus legumina ad fauorē populi pmerendū.Hæc āt fieri uidebanť in memoriam deæ floræ:cuius numine legumina:cæteræq; fruges floreſcerēt.Suetonius in Domitiano Oē genus rerum miſſilia ſparſit:& quia pars maior intra popularia deciderat:quinquagenas teſſeras in ſingulos cuneos eq̄ſtris ac ſenatorii ordinis pronunciauit.Eſt ergo ſenſus.Nolo te dum magiſtratus quæris bona tua perdere in cicere & faba & reliquis id genus miſſilibus. In circo.ubi ludi celebrabantur quibus & ædiles & pretores ꝑerant. Aut æneus ut ſtes:ut tibi ſtatua ænea ponatur. Nudus agris:ſpoliatus. Vt feras plauſus: habeas honores:fauorem plauſus populi:& quales exhibentur Agrippæ.Nam magiſtratus:uiriq; illuſtres qui populo placerent quum in theatrum:aut circūdeſcenderent plauſibus excipiebantur.contra qui diſpliciuiſſent ſibilo:uñ illud eſt i primo ſermone de auaro.Populus me ſibilat:at mihi plaudo ipſe domi. Agrippa gener Auguſti ex Iulia:qui ſecundus a principe habebatur. Vlpes aſtuta. Nolo inquit ſimilis ſis uulpi: quæ quum a cæteris animalibus contēneretur pellem leonis ſibi induit:id ſibi uendicans:qđ ei non conuenicbat:ut eo modo in honore eſſet. Nequis humaſſe uelit Aiacē.Stertinius uult omnino probare ut Stoicus omnes præter ſapientem eſſe inſanos:dialogum confecit.Introduxit enim plebeium quendam altercantem cum Agamēnone ut doceret ſaniores eſſe eos qui inſani uidentur quam qui putantur ſani.Dogma autem Stoicorum eſt omnes hoīes inſanire:uult ergo intelligi Agamēnonem qui ſanus eſſe uidebatur inſaniorem eſſe Aiace qui inſanus habebatur:q̄ is per ambitionem filiam ſuam Iphigeniam uoluerit occidere:qđ facinus nunquam commiſſum fuit ab Aiace.Aiax Thelamonis filius quum in iudicio armorum Achillis ſuperatus eſſet ab Vlyſſe.tanto affectus eſt dolore ut in inſaniam ēt ſit conuerſus:ita ut factus obuiam gregi pecudum impetum in eum faceret putans ſe Agamēnonem:Menelaum & Vlyſſem occidere:unde eſt illud Iuue. Hic boue pcuſſo mugire Agamēnona credit Aut Ithacū:q poſtea quum reſipuiſſet:cognouiſſetq; quæ per inſaniam feciſſet:necem ſibi gladio attulit:quem Agamēnon quaſi in ultionem ſui uetuit ſepeliri. Modo interrogatur Agamēnonem quare nolit eū humari:De Aiace extat tragœdia Sophoclis græca hoc titulo Αιας μαστιγοφορος ideſt Aiax flagellifer:qua inducit Aiax inſanus flagello cedens boues:quos credit ut diximus eſſe Agamēnonem Menelaum & Vlyſſem. Atrida uocatiuus eſt caſus Agamēnon:qui Atrei filius fuiſſe fertur.Rex ſum quaſi dicat qa ita libuit quum poſſim ut rex omnia facere : ac per hoc oſtendit eum ſtultum:qui etiam nulla extante honeſta cauſa id faciat quod ab omni ſit ſeiunctum honeſtate. Nil ultra quæro plebeius quaſi dicat probe mihi ſatis feciſti qui de tanta impietate nullam aliam mihi attuleris rationem quam q̄ rex es.eſtq; totum cum ironia.Ordo autem eſt.Ego plebeius. Et equam rem imperito:Agamemnon loquitur. Inulto:caſus eſt datiui ut ſit:permitto inulto dicere quod ſentit. Maxime regum:plebeius loquitur. Conſule:Agamemnon loquiť. Cur aiax:plebeius. Putreſcit:inſepultus iacet.

Gaudeat

Gaudeat ut populus priami? facis ne hoc ut priamus cum toto populo ſuo gaudeat hac re? Per quē tot iuuenes.ſ. Troiani. Caruere ſepulchro patrio:qa in ꝑlio interempti nō ſunt parētibus reſtituti ut poſſent ſepeliri. Mille ouiū inſanus morti dedit. Agamēnon loquiť oſtendens illū inſanum fuiſſe q uoluerit occidere ipſum & Menelaū & Vlyſſem. Tu quū ꝓ uitula:plebeius ꝓbat ipſum inſaniorem eſſe cenſendū q iphigeniā filiā ſuā uoluerit occidere. Nota eſt hiſtoria. Nā quū græci graui ui gereň peſtilētia in aulide:qđ accidiſſe ferebať qa Agamēnon in uenatione ceruū occidiſſet dicatū Dianæ:Apollinē delphicū de remouenda

Gaudeat ut populus Priāi: Priamuſq; īhūato
Per quē tot iuuenes patrio caruer̄ ſepulchro?
Mille ouiū inſan⁹ morti dediti:īclytū Vlyſſē
Et menelaū una mecum ſe occidere clamans:
Tu cum ꝓ uitula ſtatuis dulcē aulide natam
Ante aras:ſpargiſq; mola caput īprobe ſalſa
Rectū aī ſeruas? quorſum inſan⁹? qd.n. Aiax
Fecit:cum ſtrauit ferro pecus.abſtinuit uim
Vxore & gnato mala multa precatus Atridis
Nō ille aut teucrū:aut ipm̄ uiolauit Vlyſſem
Verum ego ut herētes aduerſo littore naues
Eriperē:prudens placaui ſanguine diuos.
Nempe tuo furioſe.meo:ſed non furioſus:
Qui ſpecies alias ueri: ſceleriſq; tumultu
Permixtas capiet commotus habebitur:atq;
Stulticiane erret nihilum diſtabit an ira.
Aiax immeritos dum occidit deſipit agnos.
Cum prudēs ſcelus ob titulos admittis inães
Stas aīo? & purū tibi cū uitio tumidū cor?
Si quis lectica nitidam geſtare amet agnam:
Huic ueſtē ut gnatæ paret ãcillas:paret aurū
Rufam aut puſillam appellet:fortiq; marito
Deſtinet uxorē:iterdicto huic oē adimat ius
Quætor:ad ſanos abeat tutela propinquos.
Quid ſi quis gnatā pro muta deuouet agna:
Integer eſt animi? ne dixeris:ergo ubi praua

peſtilentia conſuluerūt:a quo rñſum acceperūt eā remoueri poſſe:ſi Agamēnō filiā ſuā Iphigeniā Dianæ imolaret.q̄ quū in eo eēt:ut eā in ara occideret:Diana ex īprouiſo ablata Iphigēia ceruam ſuppoſuit:q̄ Agamēnō imolauit. Sed qa Agamēnon hoc ambitione & impii cupiditate fecit:ideo lōge īſanior fuit q̄ aiax:q filiæ ſanguini nō pepercit. Nā aiax licet furioſus nemini tñ ex ſuis uim attulit. Agamēnō uero ēt prudēs filiæ necē pauit. Rectū aī ſeruas? cū īterrogatione legēdū:quæ uihēt negatiuā:ut ſit nō ſeruas. Aulide: Aulis auctore Strabone lib.ix. regio eſt lapidoſa in littore Boetiæ cū portu eiuſdē noīs e regione calcidis euboicæ in faucibus Euripi capaci qngentaꝝ nauiū:ubi graii cōiuraſſe dñr nō ſe prius in pñaꝫ reuerſuros q̄ ilium capeť:uñ eſt illud Virgilii. Nō ego cū danais troianā excider̄ gentē Aulide iuraui. Mola ſalſa:Mola dicebať far cū ſale:qua uictimæ capui īſpergebať. Quorſum īſanus:quo gener̄ inſaniæ cēſes Aiacem.q.d. nihil fecit repræhēſibile:ut poſſis eum aut ambitioſum aut auaꝝ aut luxurioſum appellare. Mala multa ꝑcatus Atridis:quaſi ob hoc leue factū nō ſit appellādus inſanus. Atridis agamēnōi & menelao Teucrum fratrē ſuum. Ipſum Vlyſſem:bene ipſum quaſi a quo offenſus fuiſſet & ſuperatus ī iudicio armorum. Verum ego:Verba Agamēnonis fatentis ſe prudentē Placaſſe deos ſanguie:ut uniuerſam claſſem cōſeruaret:ac per hoc putat ſe nō eſſe appellandū ſtultū:qa nō furioſus ſed prudens fecerit. Nēpe tuo furioſe:plebeius inſtat ipſum fuiſſe furioſſum. Meo:ſcilicet ſanguine uerba Agamēnonis. Qui ſpecies alias:ille inquit inſanus habebitur nec diſtabit ſtulticiane an ira peccauerit qui pp aliquā cōmoditatē ſcelus cōmiſerit:neq; enim fieri debēt mala ut eueniat bona.ſicq; oſtēdit nō minus peccaſſe Agamēnonē:qui per ſtulticiam filiam occidit:q̄ Aiacem qui per iram ſæuit ī gregem pecudū. Ordo aūt eſt. Cōmotus habebiť ideſt inſanus:atq; nihilū diſtabit ſtulticia an ira erret:qui capiet alias ſpēs hoc eſt qui alias rerum imagines animo concipiet ꝑmixtas tumultu ueri & ſceleris:hoc eſt ꝑmixtas concertatione honeſti & turpis. Nam Agamemnon concepit animo ſpecies alias rerum : occidendo enim filiam ſuam putauit ſe bene facere & uerum & honeſtum ſequi:ſed deceptus eſt quia ſcelus commiſit falſumq; eſt ſecutus.neſciuit enim diſcernere uera a falſis. Aiax imme. Ordo eſt. Aiax deſipit dum occidit agnos immeritos quaſi dicat aiax tunc extra terminos rationis erat & ignarus quid faceret dum occidit agnos:at tu prudens filiam occidiſti:hocque quadam ambitione:per q̄ colligit grauius Agamemnon quam aiacem peccaſſe:quum id per ambitionem fecerit quæ ut ſcri. Salu. multos mortales falſos fieri ſubegit.

Stas animo? cum interrogatione legendum:ut ſit:nō ſtas. Et purum:ordo eſt.& cor eſt tibi purum? quū tumidum eſt uitio? quaſi dicat purum non eſt tibi cor tumidum & inflatum ambitione & uanitate. Ob titulos:ob gloriam inanem propter quam motus es ut filiam perderes. Si quis lectica : eleganter Argumentatur Agamemnon eſſe omnino inſanum ueluti ſiquis agnam alat:ut filiam ornetque precioſis ueſtimentis. Eamque marito deſtinet. Deſtinet:conſtituat:deleget. Interdicto huic omne adimat ius prætor:Huic inquit tanquam furioſo prætor dabit curatorem:nam curator non ſolum pupillis : ſed furioſis & prodigis datur:ſed differentia magna:nam pupilli curatori rerum omnium adminiſtratio duobus reliquis ſola cuſtodia:& rerum quæ deteriores futuræ ſunt uenditio committitur:hæc Vulpianus. Iuue. Curatoris eget qui nauem mercibus implet. Quid ſi quis agnam:concludiꝫ Agamemnon eſſe inſanum qui filiam ꝑ uictima deuouit. Ne dixeris:ſubaudi integro eſſe animo.

Aulis

Quí ſceleratus & furioſus erit. Hoc dicit pp Agamemnonē q quum filiā occidere uoluit fuit ſceleratus: p
indeq; & furioſus: q. n. p ſcelus & ueluti quādā impietatē aliqd agit: nō inſanus eē nō pt. Eſt ergo ſenſus. Qui
ſceleratus ē: idē & furioſus erit. Nā furorē eſſe rati ſunt mētis ad oia cæcitatē. Quē cepit uitrea fama: ille ēt
inqt inſanus eſt q inani agitat gloria & famā quærit ut fecit Agamemnon: q gaudebat dici princeps oīum
græcoꝝ: nec dubitabat ut id aſſequeret uel filiā occidere. Vitrea: ſplēdida ab effectu: ut illud Perſii: uitrea bi
Bellona lis. Nam ſama hoīs clareſcūt de qua paulo ſuperius. Nūc circum tonuit gaudens Bellona cruentis: In hūc
inqt Bellona oēs furoris aculeos cōiecit. Sacerdo
tes. n. Bellonæ in eius ſacris ſuo cruore ſacrifica-
bāt: gladios. n. diſtrictos utraq; manu tenētes ſe-
ctis pariter humeris & lacertis ac capitis rotatio
ne diſcurrebāt & ueluti numine deæ afflari age-
bant: unī Iuuenalis. Sed ut Phanaticus oeſtro pcu
ſus Bellona tuo diuinat. Eā turbam Martialis ap
pellat Entheam. i. phanaticā & numine afflatam
Apuleius oñdit Bellonā Cybelem & Iſidem eaſ-
dem eſſe deas: earūq; ſacerdotes pati furore agita
ri. De iis plura diximus apud Iuuenalem illic. Ec-
ce furentis Bellonæ matriſq; deum chorus itrat.
Bellonā āi deā putauerunt eſſe belli. Nunc age
luxuriam. Supra pbauit Damaſippus ex auctori
tate Stertinii auaros & ambitioſos inſanos eſſe:
nunc āt luxurioſos: ſic. n. loquit ad Stertiniū. Ex
quo inquit inſanum me eſſe ais arripe ēt mecum:
luxurioſos: quaſi innuat alios ēt multos inueni-
ri inſanos q̄ ambitioſos: nā per ambitionem emē
do ſtatuas bona ſua abſumpſerat. Arripe mecū
tanquam ſtulticiæ ſocios. Et nomentanum:
qui ut luxurioſus a poeta multis in locis: ut mo-
do in hac ante notatur. Eſt enim. Caſſius ille mo
mentanus prodigus qui bona ſua per luxum ab-
ſumpſit ut hoc loco poeta: probe oſtendit.

Stultícía eſt: híc ſumma ínſanía: q ſceleratus
Et furíoſus erit. quem cœpít uítrea fama:
Hunc círcum tonuít gaudēs Bellona cruētís.
Nunc age luxuriā & nomētanū arrípe mecū
Víncít enim ſtultos ratío ínſaníre nepotes.
Híc ſímul accepít patrímoní mílle talenta:
Edícít: píſcator utí: pomaríus: auceps:
Vnguentaríus: ac tuſcí turba ímpía uící:
Cū ſcurrís: fractor: cū uelabro omne macellū
Mane domū ueníāt. qd tū? uenere frequētes.
Verba facít leno quícqd mihí: quícqd & hoꝝ
Cuíq; domí ē íd crede tuū. uł nūc pete uł cras.
Accípe quíd contra íuuenís reſpōderít æquus
In níue lucana dormís ocreatus: ut Aprum
Cœnē ego. tu píſces hyberno ex ęquore uellís
Segnís ego: índígnus: quí tm̄ poſſídeā aufer
Sume tíbí decíes: tíbí tantundem: tíbí tríplex
Vnde uxor medía currít de nocte uocata.

Pomarius Nepotes: luxurioſos. Hic ſcilicet. Nomentanus. Simul: poſtquam. Pomarius: puto rectius legi pomari⁹
q̄ pomarius ut uocabulū ſit a pomis. n. pomariū q pomoꝝ negociationem exercet: ſicuti dicimus frumen-
tarium qui negociationem frumentariam exercet. Lanarium qui lanæ: quo uocabulo uſus eſt Varro in pri
mo de re ruſtica ſic: quod quidam fecerunt ut Romæ coempta a pomariis intulerint in oporothecis inſtru
endam conuiuii cauſa. Promarium autem a promendo nuſqam legibus: ſed pmum: qui præeſt promendis
a cellario cibariis: ſicuti condus eſt qui præeſt condendis: unde Plautus in pſedulo: Condus: promus ſum p
curator peni: unde condere & promere: uocabula ſunt contraria. Varro in primo. Nemo fructus condit: ni
Vicus ſi ut promat: de his paulo ſupra dictum eſt. Turba impia uici tuſci: hoc eſt lenones q in uico habitabant tu
Tuſcus ſco. unde eſt illud apud Plau. in Ciſtellaria loquentem de puella quæſtuaria. Reuoco ad diuitias in luculen-
tam familiam: unde tibi talenta magna uiginti pater Det dotis: non enim hic ubi ex tuſco modo Tute tibi
indigne dotem quæras corpore. Et dictus tuſcus auctore Feſto q ibi habitauerunt tuſci: qui recedente ab
Scurra obſidione porſena remanſerunt. Cum ſcurris. Scurræ appellantur qui menſas diuitum riſum captantes ſequ
Fractor untur: unī & nomen a ſequendo acceperunt: Fractor: qui ſarcimina ex carnibus ſuillis conficiunt uenditāt
q; fartores nominantur a farcio quod idem eſt q impleo. Teren. in Eunu. Concurrunt mihi obuiam lanii:
Macellum coqui: fartores: piſcatores: aucupes. Oē macellū: oēs macellarii hoc eſt oēs q in macello obſonia uenditāt.
Nam macellum locus fuit in urbe ubi non ſolum carnes ſed & piſces reliquaque eſculenta per poculenta uē
ditabantur: unde Plau. in Aulu. Venio ad macellum rogito piſces: indicant caros. unde Macellarii appellan
tur non lanii ipſi. ſed qui uendunt ipſa eſculenta & poculenta. Dictum autem macellum a macello quodaꝫ
ſingulari latrone: quo in exilium acto bona eius publicata ſunt: & ædes ubi habitauit diutæ: ibique uende
Velabrum bantur omnia quæ ueſcendi cauſa in urbem erant allata. Cum uelabro: Velabrum regio fuit urbis per
quam antea tiberis defluebat: quem Agrippa deriuauit: quo nūc fluit unde Tibu. At aqua uelabri regio pa
tet: ire ſolebat Exiguus puella per uada iter aquā. Quid tum? ſubaudi factum eſt? Venere frequentes: qui
uocati erant. Verba facit leno: ut intelligas unum eſſe ex turba impia uici tuſci. Iuuenis reſpōderit æqu
Lucania us: hoc eſt nomentanus. Ironicos: hoc eſt q uult uideri æquus in bene de ſe meritos. Inni. Lu. Lucania in ter
tia regione eſt Italiæ: quæ a Silaro incipit Brutiis contermina: a Sannitibus orti ſunt lucani duce lucio: au-
ctor eſt Plinius. Segnis ego ſubaudi ſum. Sume tibi decies: qui aprum uenaris. Tibi tantundem: qui
piſces capis. Tibi triplex unde uxor: unde a quo. Filius Aeſopi: Clodius tragœdi Aeſopi filius relictus
ab eo in amplis opibus heres: ut experiretur in gloria palati quid ſaperent margaritæ: atque ut mire placue
re ne ſolus hoc ſciret: ſingulos uniones aceto liquefactos conuiuis ad ſorbendum dedit. Sicq; oſtendit eum
furioſæ fuiſſe luxuriæ q ampliſſimum patrimonium tanq̄ grauem aliquam ſarcinam feſtinaret abiicere.

Detractam

Si quadringentis:uerba ſunt Ianoꝶ hortantium hoies ad diuitias acqrendas eaſq; oñdentiū uirtutibus eſſe pferendas:Eſt ergo ſenſus.Si ſex aut ſeptem milia deſunt quadringentis: hoc eſt cēſui eqſtri:plebeius habeberis perindeq; eris ludibrio:nec in quattuordecim ſedebis.Licet ſit tibi aius.i.ai uigor & prudentia:& boni mores & lingua.i.eloquentia & fides quæ oia hoiem faciunt perfectum:ut oſtendat oino hoies oi uirtutum numero perfectos contemni niſi habeant magnas diuitias:unde alibi. Et genus & uirtus niſi cum re uilio alga ē.Ordo aūi eſt.Plebs eris.i.ex plebe habeberis ſi ſex aut ſeptem milia deſunt quadringentis reliqua per parentheſim leguntur.q.d.concedo tibi aium eſſe &c. At pueri ludentes:uerba Horatii reſpondentis Ianis oſtendētiſq; ēt ex cantu puerorum illum demum eſſe ſapientem & in maximo precio & honore qui uirtutem amplexus fuerit:inquiunt.n.pueri ludentes eris rex ſi recte facies:hic murus ahæneus eſto.i.in hoc ſe quiſq; corroboret:ut nihil faciat qď turpe ſit:ac per hoc non ſit ſibi conſcius criminis:ut ſit hic murus ahæneus eſto.i. in hoc ſit omne robur & ois animi conatus:nil conſcire ſibi:nihil turpe committere:unde ſibi conſcius ſit. Rex eris ſi recte facies:ſi uirtutem inquit amplexus fueris in minore non eris honore q̄ rex:hortor.n.habeť uirtutibus non diuitiis:aut hoc dicit:oibus tanq̄ rex dominaberis:qui.n.uirtutem amplectitur ſapiens oio eſt:& qui ſapiens eſt oibus tanq̄ rex impat & dominatur:nulli.n.nec homni:nec ai perturbationi:nec fortunæ ſuccumbit:quæ oia ex penetralibus pħiæ habentur unde eſt illud in.iii.ſermone primi libri.Sapiens operis ſic optimus ois.Eſt opifex ſolus:ſic rex:unde eſt carmen illud Auſonii.Qui recte faciet non qui dominatur:erit rex. Roſcia dic ſodes:per hanc interrogationem declarat longe laudabiliorem eſſe cantum puerorum excitantem hoies ad rectum & uirtutem q̄ hortationes Ianorum ad cenſum equeſtrem:& diuitias acqrendas.Ordo eſt.Dic ſodes melior ne eſt lex roſcia an Nenia puerorum. Lex roſcia:roſcius Otho tribunꝰ plebis legem tulit:ut proximis ab orcheſtra ubi ſedebant nobiliores:quatuordecim gradibus ſpectarent ii: quibus cenſus quadringentoꝶ ſeſtertium eſſet:Quare in hoc multi laborabant ut ad cenſum illum peruenirent:ut in quatuordecim gradibus ſederent. Nenia:carmen eſt(auctore)Feſto quod in funere cantatur ad tibiam:unde Cicero in.ii.de legibus mentionem faciens de mortuis eorumq; funeribus ſic ſcribit:Honoratorum uirorum laudes in contione memorantur.Eaſq; etiam ad cantus tibicinemq; proſequuntur: cui nomen neniæ:quo uocabulo etiam græci cantus lugubres nominant: uerum hic accipitur ſimpliciter pro cantilena:ſicut alibi in Epodo pro incantatione.Caputq; marſa diſſilire nenia.Sidonius uero pro epitaphio accipit cum ait.Nenia marmori inciſa per endecaſyllabos. Quæ offert regnum recte facientibus:propter illud.Rex eris ſi recte facies:ac ſi dicat ſi uirtutem amplexus fueris:regnant.n.qui ut dictum eſt nulli nec homini:nec animi perturbationi:nec fortunæ ſuccumbunt:unde eſt illud Cicero.in.iiii.de finibus bonorum & malorum loquentis de ſapiente.Rectius enim appellabitur rex:q̄ Tarquinus qui : nec ſe : nec ſuos regere potuit.& cætera. Decantata maribus curiis:Curios poſuit & Camillos pro uiris fortiſſimis : a quibus ait talem neniam excitantem homines ad uirtutem:non autem ad diuitias acquirendas fuiſſe decantatam.Curius enim dentatus & Camillus uiri fuere patriæ amantiſſimi qui pro ea ut omnibus notum eſt multa geſſere præclara:unde eleganter eos mares pro fortiſſimis appellat.Sed hæc omnia ex ueteri inſtituto dicuntur.Nam grauiſſimus auctor in originibus dixit Cato.Morem apud maiores hunc epularum fuiſſe:ut deinceps q accubarét canerét ad tibiā claroꝶ uiroꝶ laudes:atq; uirtutes. Is ne tibi melius:hac īterrogatione oñdit illū rectius ſentire q uirtutē:q̄ q opes q̄rendas eē ſuadet. Qui rē facias:ſubaudi iteꝶ ſuadet a ſupiore.

Roſcius
Otho
Nenia

Si non.ſ.poſſis facere recte. Quocūq; modo:quacūq; rōne aut bona:aut mala. Vt ſpectes ꝓpius:ut hoc cōmodo fruaris:ut ab orcheſtra ꝓximis. xiiii.ordinibus res ſcenicas ſedens ſpectes:per qđ notat mores ſui tp̄is quo multi ambitiōe agitati:ut ad cēſum eqſtrē ꝑuenirēt in oē ſe facinus demittebāt. Poemata lachrymoſa puppi:q̄ res lachrymoſas cōtinerēt:ut puppiū tragicū poetā fuiſſe ītelligamus:cuius tragœdiæ res lachrymoſas & flebiles cōtinerēt. Lachrymoſū dicimus qđ lachrymas emittit:uñ Pli.oculos lachrymoſos appellat effundētes lachrymas. Lachrymoſuȝ ēt qđ lachrymaſcit:uñ Hor.i.y.ſat.Lachrymoſo nō ſine fumo.

Vt ꝓptius ſpectes lachrīoſa poemata Puppi?
An qui fortunæ te reſponſare ſuperbæ
Liberum : & erectū præſens hortat̃:& optat?
Q đ ſi me populus romāus forte roget:cur
Non ut porticibus:ſic iudicis fruar iiſdem:
Nec ſequar:ac fugiā:quæ diligit ipſe:uel odit.
Olim quod Vulpes ægroto cauta Leoni
Reſpondit:referam:quia me ueſtigia terrent
Omnia te aduerſum ſpectātia:nulla retrorſum
Bellua multoꝝ es capitū:nā qd ſeq̄r:aut quē?
Pars hominū geſtit cōducere publica:ſunt qui
Fruſtis:& pomis uiduas uenentur auaras.
Excipiantq; ſenes:quos in uiuaria mittant.
Multis occulto creſcit res fœnore.uerum
Eſto aliis alios rebus:ſtudiiſq; teneri:
Idem eadem poſſunt horam durare probātes?
Nullus in orbe ſinus Baiis prælucet : amœnis:
Si dixit diues:lacus:& mare ſentit amorem
Feſtinantis heri.Cui ſi uitioſa libido
Fecerit auſpicium:cras ferramenta Teanum

Rñſare fortunæ:reſiſtere & quaſi floccifacere: nec ei ullo modo ſuccumbere. Fortunæ ſuperbæ:ſeuienti & aduerſæ. Liberꝝ nullis obnoxiū uitiis. Erectū:non ꝓnū : non ſuccubentem. Quod ſi me populus:populus ut inſanus:diuitias:dignitates:reliquaq; id genus fortunæ bona pluris ſemper facit q̄ uirtutē:cui opinioni Horatius tanq̄ ſtoicus tota hac epiſtola aduerſatur ſummumq; fœlicitatē repoſuit in uirtute: unde inquit ſi forte populus me roget cur ego diſcrepem a uita & moribus ſuis:ut nō ſecum ſentiam iiſdēq; iudiciis nō fruar:ut cōibus fruor porticibus:reſpondebō id quod olim uulpes reſpondit leoni. Nam quum is languens conquereretur ſe a uulpe non uiſitari:reſpondit ſe territā eſſe . qa uidiſſet oia ueſtigia uiſitantium aduerſum eum ſpectare:ſed nulla retrorſum ire:ꝓindeq; timuiſſe ne ad eum accedens periclitaret̃:nam reliqua q̄ ad eum acceſſerant aīalia deuorauerat: qua ſimilitudine colligit poeta ſe tuto cū populo uerſari non poſſe eiuſq; ſequi opiniones:quæ diuerſæ ſunt atq; iſtabiles:unde ait populū ipſum belluam eſſe multoꝝ capitum hic eſt multaꝝ opinionum earumq; inconſtantium : ita ut neſciat quid quēue:ut recte uitæ ducem ſequat̃ :quum omnes calcata uirtute quæ oibus rebus antepo nenda eſt ad ipſa aut corporis aut fortunæ bona oi ſtudio deferantur. Bellua multoꝝ capituȝ es.ſ.o popule romane:eſtq; ueluti reſponſio populo neganti ſe eſſe leonem:ut ſit ſi leo non es. Bellua oino es multorum capitum:hoc eſt multarum opinionum. Pars hoīum:proponit diuerſa hoīum ſtudia: ſed nulla ad uirtutē tendentia. Conducere publica:utputa uectigalia exigenda:purgationes cloacaꝝ:pontiū extructiones & id genus opera publica tanq̄ lucri ſtudioſi. Venentur uiduas:captent uiduaꝝ hæreditates.

Fruſtis & pomis:minimis munuſculis. Excipiant:dolo aggrediantur:ut eoꝝ bona captent. Quos in uiuaria mittāt: quos muneribus tanq̄ in uiuariis ſaginent:freqnentibus.n.muneribus eos ſolicitant:ut eoruȝ bona ſic captent. Viuaria.n.ſunt ubi continentur:uel aues:uel piſces:uel feræ:quæ dūtaxat ad uictū ſpectāt: ut inde ad commodū domini habeantur. Veꝝ eſto aliis alios:concedamus inquit:nec dānemus hoies uariis teneri reꝝ ſtudiis:ſed illud inquit damnabile eſt:ꝙ hoies in eodem propoſito non permanent. Sicq; incōſtantiam notat in uulgo:primū ꝙ inter ſe ſtudiis diſſideant:deinde ꝙ propoſita ſubinde mutent:unde per interrogationē & increpationē ſubdit:idem eadem poſſunt horam durare probantes? quaſi dicat nō poſſunt durare:Quo uitio nihil turpius eſt in homine:unde Cicero(ut alibi recitauimus)primo de officiis ſic ſcribit Omnino ſi quicq̄ eſt decoꝝ:nihil profecto magis q̄ æquabilitas uniuerſæ uitæ:neq;.n.in eo poteſt eſſe ſanitas animi qui ſit inconſtans:quū ipſa ſanitas poſita ſit in tranquillitate animi:propterea ꝙ in perturbato aīo ſicut in corpore ſanitas eſſe non poterit. Nullus in orbe ſinus:mirā hoīum inconſtantiam oſtendit. Si forte inquit diues dixit nullum eſſe locum qui amœnitate baiis poſſit conferri:ſtatim & lacus lucrinus qui baiis uicinus eſt:& mare ipſum ſentiunt amorē ipſius diuitiis:quia utrobiq; tanq̄ ī locis ſibi gratis ædificat: & poſtero die ſi libido eū mouerit:ædificia iam cœpta deſeret. Teanūq; fabros ferramenta ſua transferre uidebit alia ædificia extructurus. Sentit amorē:ſentit ſe amari & ſe ei gratū eſſe:ea re.ſ.ꝙ iam incipit ſibi ædificare. Baiæ

Baiis amœnis:ciuitas eſt campaniæ non longe a neapoli:quas amœnas ob aeris ſalubritatem appellat:ibi erant aquæ calidæ & ad uoluptatē & ſanandos morbos accōmodatiſſime:multi tp̄e æſtatis eo cōmeabant animi cauſa:uñ & Iuue.ait:Et gratū littus amœni ſeceſſus. Fecerit auſpiciū:ſi praua inquit libido fabricauerit ei auſpiciū q̄ſi bonū & gratū ſignū alibi eē ædificādū.cras relictis baiis teanū ſe cōferet cū fabris : q ibi alia ſibi extruāt ædificia:p qđ luxuriā ſimul & icōſtātiā hoīum notat:uñ & Sene.ad Lucilliū de icōſtātia mētis ſic ſcribit:itaq; q petierāt cupidiſſime loca:cupidius deſerūt:& auiū mō trāſuolāt:citiuſq; q̄ uenerāt:abeūt auſpiciū āt dixit ex cōſuetudine romana:apud quos nihil fere gerebat̃ niſi captatis pri⁹ auſpiciis p q̄ colligebāt futura:libido āt ē imoderata appetitio opinati magni boni rōni nō obtēperās. Vitioſa : bñ ait uitioſa: Libido hoc ē icōſtās.Nā uitioſitas(authore Cice.)ē habitus aut affectio i tota uita icōſtās. Teanū oppidū cāpaniæ Teanum

nõ lõge a Sora. Lectus genialis in aula eſt. Tanta inquit mortaliũ eſt ĩcõſtantia:ut ſi qs uxorẽ duxerit:ſtati talem uitæ ſtatũ dánet:tanq̃ uita cælibe nihil ſit melius. Si uero ſine uxore eſt:ſtatũ coniugalem fœliciſſimũ ait. Lectus genialis: lectus cõiugalis:qui nuptiis ſternitur in honorẽ Genii. Nam Geniũ appellabant deũ qui uim obtineret rerũ gignendarũ:unde Auſuſtius authore Feſto Genius inquit eſt deorũ filius & parens hominũ ex quo hoĩes gignunt & pp̃ea Genius meus noiat:qa me genuit. De hoc plura diximus apud Perſium illic. Funde merũ genio. Cœlibe uita. Cœlibe dicunt q uitá a mr̃imonio ſoluiá agũt.q̃ſi cœleſtẽ uitá agentes. Si nõ ẽ:ſubaudi a ſupiore lectus genialis.

Tolletis fabri. Lectus genialis in aula eſt:
Nil ait eſſe prius:melius nil cœlibe uita.
Si non eſt:iurat bene ſolis eſſe maritis.
Quo teneam uultus mutantẽ Protea nodo?
Quid paup? ride: mutat cœnacula:lectos:
Balnea:tonſores:conducto nauigio æque
Nauſeat:ac locuples.quẽ ducit priua triremis.
Si curatus inæquali tonſore capillos
Occurri:rides:ſi forte ſubucula pexæ
Trita ſubeſt tunicæ:uel ſi toga diſſidet impar:
Rides.quid:mea cum pugnat ſentẽtia ſecum?
Quod petiit:ſpernit.repetit:quod nup omiſit.
Aeſtuat:& uitæ diſconuenit ordine toto.
Diruit:edificat:mutat quadrata rotundis.
Inſanire putas ſolennia me:neq; rides:

Quo teneá uultus:ſupra appellauit populũ romanũ beluam multorũ capitũ:ut p hoc oſtẽderet eũ diuerſarũ eſſe opinionum:nec in iis quas probaſſet durare:ſed p ſummá animi incõſtátiá propoſita mutare:ut nunc dicat poeta ſe neſcire quo uiculo teneat pthea mutátem uultus: hoc ẽ ſe neſcire qd' propoſitum firmiter ipſe populus teneat ac per hoc ſe neſcire quid ab eo probatũ ſequat:ut totũ hoc ad id referat quod añ dictũ eſt. Quod ſi me populus Romanus forte roget cur non: ut porticibus ſic iudiciis fruar iiſdem. Legendũ autem eſt cũ interrogatiõe & quaſi reprehenſione. Quo nodo? quo uinculo: quaſi dicat tam incõſtás tanq; mutabilis eſt:ut neſciá quo modo eum teneam perſeuerantẽ in aliquo propoſito. Prothea:ipſum populum ro. qui nõ

Protheus aliter ſe mutat q̃ ptheus deus marinus: qui ſe in uarias mutat formas:de quo Virg. multa in. iiii. geor. Fiet enim ſubito ſus horridus atraq; tigris ſquamoſuſq; draco & fulua ceruice leæna. Aut acrẽ flámæ ſonitũ dabit:atq; ita uinclis excidet: aut in aquas tenuis dilapſus abibit & cætera. Philoſtra. de uita Apollonii oſtendit protheũ deum fuiſſe ægyptiũ qui ob multiplicem ſapientiam dictus eſt modo in hanc:modo in illam formã ſeſe uertere:ita ut illum capere difficillimũ eſſet. Quid pauper? oſtendit in paupe nõ minorem q̃ in diuite inueniri incõſtantiam:qui quod petiit:ſpernit:ut ſit ſenſus. Quid pauper facit?.q.d. inconſtanter ſe agit: mutat enim cœnacula: lectos &c. Talem aũt incõſtantiam Cice. in. iiii. thuſcu. uitioſitatem:ut diximus appellat:eſt.n. inquit uitioſitas habitus aut affectio in tota uita inconſtans & a ſe ipſa diſſentiens. Ride:ad mecœnatem hoc ait monens:ut hoc rideat tanq̃ uitiũ intolerabile. Cœnacula:bene cœnacula:ná ea pauperibus & inquilinis locabantur: unde eſt illud Iuue. Rarus uenit in cœnacula miles. Antiqui cœnacula & cœnationes loca appellauerũt ubi cœnabát:ſed poſtq̃ ut ſcribit Varro in lingua latina in ſupiori pte cœnitare cœperunt:ſupioris domus uniuerſa ædiſicia cœnacula dicta ſunt:unde Feſtus ait:cœnacula dici ad quæ ſcalas aſcẽditur unde & Apule. in ix. meta. Meq; p ſcalas cõplicitis pedibus in ſuperius cœnaculũ attracto Plaut. in amphi: In ſuperiore q habito cœnaculo. Ea aũt cœnacula utpote diuitibus incõmoda:locabant (ut diximus) inquilinis. de qbus ſenſit Iuue. Vltimus ardebit quẽ regula ſola tuetur. A pluuia molles ubi reddunt oua columbæ. Cõducto nauigio æque Nauſeat ac locuples pauper inquit non aliter nauigat cõducto nauigio:q̃ diues proprio:quaſi nõ minus auidus ad rem quam diues:ac per hoc ridendus:ille aũt dicitur nauſeare: cui uomitus mouetur. ſtomachuſq; ſubuertitur:qd' maxime nauigantibus accidere ſolet: unde nauſeam dicimus ſtomachi ſubuerſionem ſine tñ uomitu:unde Cor. celſus lib. i. Si ſine uomitu nauſea fuit. Sene. ad Luciliũ. Nauſea enim me ſegnis hæc ſine exitu torquebat:quæ bilem mouet nec effundit. Nauſeo aũt unũ eſt ex ſex uerbis definentibus in eo q̃ primæ ſunt cõiugationis: uidelicet Deo:creo:meo:Nauſeo:Screo:laqo cũ cõpoſitis. Reliq̃ uero ĩ eo deſinẽtia ſecũdæ ſunt cõiugatiõis pter eo & queo cũ cõpoſitis q̃ qrtæ ſunt. Si curat⁹:inæq̃li tõſore capillos Occurri rides:ſtultiam populi notat q res leuiſſimas ridet:notabiles aũt nõ ridet:ut ſit ſenſus. Tu rides quũ uides me inæq̃liter a tõſore eẽ tõſum aut quũ ueſtes mihi culpa ueſtiarii nõ bene cohereát. Et ſi facio cõtraria mihi:qd maximum eſt uitiũ ĩ hoĩe nõ rides:ut ſit leuia rides:& grauia ſine riſu pteris. Curatus capillos figura uſitata:hoc ẽ curatos hñs capillos. Inæq̃li tõſore:ĩpito q inæq̃liter tõdet. Subucula genus ẽ ueſtimẽti li-

Subucula nei Diu⁹ Hiero. in leui. Quũq; lauiſſet eos ueſtiuit põtiſicẽ ſubucula linea. Pexæ tunicæ apd̃ Priſcos ĩ uſu fuit. Toga raſa & peſa q̃ cõtrariæ erát:ná (ut dixim⁹ apd̃ Iuue. illic & Galbana raſa) Raſa ſine pilis erat: pexa uero uilloſa. De qb⁹ ſic Martia. Raſá tu mihi mitte togá. Et alibi. Togá ue pexá. Pli. itẽ ſcribit. Laná hiſtriæ liburniæq; lino ppiorẽ q̃ lanæ eẽ aliená pexis & q̃ ſola ars ſcutulato textu cõmẽdat:unde pexatũ dicim⁹ q talis ueſtis gñe iduit. Martialis. Pexat⁹ pulchre rides mea Zoile ſemp. Toga ĩpar:nõ bene rotũda. Quid mea quũ pugnat ſentẽtia ſecũ. i. cur nõ rides quũ ipſemet mihi repugno:& cõtraria mihi facio: hoc ẽ ĩcõſtáter oĩa ago:ut ſit cur nõ rides quũ hoĩes tá ĩcõſtáter ſecũ uiuũt:unde ſeqt. Quod petiit ſpernit: oñdit.n. q̃ntope unuſq̃ſq; ĩcõſtáter ſecũ agat. Diſcõuenit:diſſidet:diſcrepat. Toto ordine uitæ:de ẽ ĩ:ut ſit in toto ordine uitæ:ĩ oĩ ſtatu ætatis. Inſanire putas ſolẽnia me: neq; rides:nõ rides inqt licet tá ĩcõſtáter agá:qa putas me hæc facere p q̃ndá ſolẽnẽ & q̃ſi neceſſariá iſaniá:ac p hoc oẽs ĩtelligit q ſic uiuũt.q.d. nõ rides quũ ſim oĩno

ridendus

Nec medici credis:nec curatoris egere
A prætore dati.rerum tutela mearum
Cum ſis:& praue ſectũ ſtomacheris ob unguẽ
De te pendentis:te reſpicientis amici.
Ad ſummã ſapiens uno minor eſt Ioue:diues:
Liber:honoratus:pulcher:rex deniq; regum:
Præcipue ſanus:niſi cum pituita moleſta eſt.

Q.Horatius Flaccus Lollio maximo.S.

TRoiani belli Scriptorem:maxime Lolli
Qũ tu declamas Romæ:Præneſte relegi.
Qui quid ſit pulchrũ:quid turpe:quid utile:quid non:
Plenius:ac melius Cryſippo:& Crãtore dicit.
Cur ita crediderim:niſi quid te detinet:audi.

ridendus.Solẽnia aũt poſuit pro ſolẽniter nomen ꝓ aduerbio. Nec credis me egere me dici:nec credis me eſſe inſanũ q egeã medico hoc ẽ monitore q mihi recte uiuẽdi mõſtret uiã. Nec curatoris A ꝑtore dati.Nã curator furioſis:itemq; ꝓdigis pupilli ſue datur a ꝑtore magna tñ differentia.Pupilloꝝ.n.plena eſt illi reꝝ omniũ adminiſtratio.Duobus aũt ſuperioribus dat̃ tanq̃ cuſtos:rerumq; uenditio ne deteriores ſiant ei cõmittit̃. Reꝝ tutela mearum:ad mocœnatem hoc ait:quum ipſe ſis tutela mearum reꝝ non credis me egere medico:nec curatore:q̃ſi dicat deberes credere me inſanum mihiq; a ꝑtore dandum curatorem:quum ſis tutela mearum reꝝ:quum ipſe ſis a quo omnis uita mea pẽdeat:& cum ꝑcipuæ minima quaq; re praue facta offendaris.Nam ꝓuerbiale dictũ eſt ob unguẽ male ſectũ:quaſi dicat ob minimã rem male factã & puſillam offenſiunculã. Ob unguem amici:hoc eſt ob unguem meũ q tibi amicus ſum:qui totus a te pendeo & reſpicit te:ut nihil faciã quod a uoluntate tua ſit auerſum. Ad ſummã:ad collectionẽ.Iuuena.Ad ſummã nõ maurus erat:nec ſarmata:nec thrax.Demũ id colligit ex ſentẽtia ſtoicoꝝ omnes homines ſeruos eſſe:ꝑter ſapientem:qui nulli prorſus ſeruiens cupiditati liber eſt:eundem ſapientẽ uoluerunt omniũ artium diſciplinam tenere:atq; etiã tanq̃ regem(ut diximus)oĩbus rebus dominari:nullum dolorem ſentire:& ſi ægrotet ſanũ eſſe:ſolo Ioue eſſe minorem ꝙ is ĩmortalis ſit:ẽ enim inquit diues:liber:honoratus:pulcher:rex regnũ:& ꝑcipue ſanus:hoc autẽ dicit:aut quia dolorem:& ſi grauiter ægrotet non ſentit:ac ꝑ hoc ſanus eſt:aut quia ſanitas animoꝝ poſita ẽ in tranqllitate quadam & conſtantia:ut ſanum hoc loco ad animũ non ad corpus referas.Nam ſanos eos intelligimus:quorum mens motu q̃ſi morbo perturbata eſt nullo.Qui cõtra afficiũt̃ hos inſanos appellam⁹. Pulcher:ut ad liniamẽta aĩ nõ corporis referas.Nã ut docet Cice.in Tuſcul.Vt corporis eſt q̃dam apta figura mẽbroꝝ cũ roboris q̃dam ſuauitate eaq; dicit̃ pulchritudo.Sic in aĩo opinionũ iudiciorũq; æq̃litas & cõſtantia cũ firmitate quadã & ſtabilitate uirtutẽ ſubſequens:aut uirtutis ui ipſam cõtinens pulchritudo uocat̃.De ſapiẽte alibi in tertia ſatyra ex ſentẽtia Ciceronis multa dixim⁹ illic.Si diues q ſapiẽs ẽ.Et ſutor bonus:& ſolus formoſus & ẽ rex.Cur optas qđ habes? Niſi quũ pituita moleſta eſt: Pituita
hoc extremo ſeueritatẽ ſtoicoꝝ eludit:quaſi furti ad Ariſtippi epicurei ſectã rediẽs.San⁹ ĩqt ẽ:hocq; Ironicos ſi pituita non infeſtatur:hoc eſt catarro.Eſt autem pituita omnis humor corpori oneroſus unde dicim⁹ pituitam aurium:oculorum:narium:Plini.ſcribit ex pituita arborum naſci fungos.

TROIANI belli ſcriptorẽ maxime lolli.Hanc epiſtolã ſcribit ad Lolliũ maximũ:adoleſcẽtẽ nobilẽ ſui tpis:quẽ hortat̃:ut ꝑhiæ ſtudiũ dũ tener ẽ amplectat̃:docẽs ex pꝑia oĩa haberi ꝑcepta:qb⁹ ad bene uiuẽdũ formemur:illudq; ĩprimis monet ſe ex Iliade pariter & odyſſea Homeri q opa ꝑneſte relegit plani⁹ & meli⁹ diſcere pꝑiã q̃ ex ipſis pꝑis.Ilias.n.geſta græcoꝝ & barbarorũ pp Helenæ raptũ:ſed ꝑcipue Achillis ꝑclara ĩ eo bello facinora cõtinet:ubi monet ex eiuſmodi aĩ ꝑturbationibus q̃lib⁹ græci pariter & Troiani uexati ſunt dũ ĩter ſe bella gerũt hoĩes ĩfœliciſſimos fieri:ꝙ ĩ ꝑturbato aĩo ſicut ĩ corpore ſanitas eẽ nõ poſſit. Odyſſea uero Vlyſſis ex troiano bello ĩ pꝛiã reditũ:quotq; ille labores errãdo ꝑtulerit:atq; ut reuerſus ultus fuerit inimicos oñdit.Ex quo apparet ſapiẽtiſſimũ poeta ĩ Iliade qdem corpis uires:ĩ odyſſea uero aĩ uirtutes executũ:& nõ ſolũ uirtutes ſed & uitia:dolores quoq; lætitias.timores atq; cupiditates hoĩu3 deſcripſiſſe:q oĩa Homerica:ut ueri pꝑi ꝑcepta nos monẽt uirtutes eẽ appꝛhẽdendas:uitia ãt fugiẽda:uerꝰ.Sene.aliter ſẽtit ĩ epiſtola q̃ ſcribit de ſtudiis liberalib⁹ ad Luciliũ:oñdit.n.his uerbis nec Homeꝝ nec alios poetas docere uirtutẽ.Videdũ utꝝ doceãt iſti uirtutẽ an ñ.Si nõ docẽt nec tradũt qdẽ.Si docẽt pꝑi ſunt:uis ſcire ꝙ ad docẽdũ uirtutẽ nõ cõſederit.Aſpice q̃ diſſimilia ĩ ter ſe oĩum ſtudia ſint atq ſimilitudo eẽt idẽ docẽtiũ niſi forte tibi Homeꝝ pꝑm fuiſſe pſuadẽt &c.Ordo aũt ẽ & ſẽſus.O maxime Lolli ego relegi ꝑneſte ſcriptorẽ belli troiani:quũ tu declamas romæ. Scriptorẽ belli troiani:ꝑiphraſis eſt Homeri. Relegi:hoc ſmone docet nõ ſe ſemel tm̃ legiſſe. Quũ tu declamas romæ.hoc ẽ quũ tu re ĩ declamationib⁹ romæ & ĩ ſcholis rhetoꝝ exerces:nã ut ĩfra docet:puer adhuc erat.Declamare ãt ẽ ĩ cauſis fictis Declamaẽ
ſe exercere:uñ ait Quinti.Declamatio ẽ actionũ forẽſiũ meditatio. Præneſte:ciuitas ẽ ĩ cõſpectu urbis ro Præneſte
mæ ſita ĩ mõtibus uñ & dcã ẽ:ut ſcribit Feſtus:ꝙ q̃ſi mõtibus ꝑſtet. Quid ſit pulchꝝ:qd turpe.qd ſit honeſtũ:qd uirt⁹ q pulchra ẽ qd uitiũ qđ turpe ẽ:q oĩa docet ipſa pꝑia. Quid utile:nã id utile dr qđ cũ honeſta re ſit:neq;.n.qcq̃ utile dici ꝑt:qđ nõ idẽ ſit honeſtũ:nec honeſtũ qđ nõ ſit utile. Chryſippo:Chryſipp⁹ pꝑs fuit ſectæ ſtoicæ de quo alibi:& apud Perſiũ multa illic.Inuẽtus Chryſippe tui finitor acerui. Crãtore:pꝑs fuit ſolẽſis academicus Xenocratis auditor:& polemonis atheniẽſis cõdiſcipul⁹:q reliqt cõmẽtaria ad.xxx.

uerſuum millia poemata quoq; ſcripſiſſe dicit̃:hæc Lucretius. · Fabula qua paridis:fabula inqt qua narraẽ bellum quod inter græcos & troianos geſtum eſt ob raptum Helenæ a Paride.cõtinet æſtus ſtultoꝝ regum & populoꝝ:ut docet poeta(qđ ꝓbia ĩprimis ꝑcipit)nemini iniuriá faciẽdá qualé fecit Paris Menelao abducẽs uxoré eius.Cuius rei talis é hiſtoria.Paris Priami regis filius uiſendæ græciæ varioſq; græcoꝝ mores ꝑcipiẽdi deſiderio flagrãs ſpartá nauigauit:atq; ibi ab Helena Menelai uxore quũ maritus abẽet honorifice acceptus hoſpitio:mulieré blanditiis pollicitationibuſq; illexit:ut ſecum diſcederet:quibus ſeducta mulier eũ ſecuta eſt.Qua de re Menelaus & Agamẽnõ indignati bellum Troianis indixerunt:quũ Helenam per Menelaum & Vlyſem legatos repetitam Troiani reſtituere recuſaſſent.Ordo aũt eſt Fabula qua narraẽ græcia eſſe colliſa barbariæ lento bello ꝓpter amoré Paridis continet æſtus ſtultoꝝ regũ & populoꝝ. Græcia colliſa lẽto duello barbariæ:hoc eſt attrita & q̃ſi farcta diuturno bello Barbariæ hoc ẽ troiano qđ decẽnale fuit.Ná græci barbaros oẽs ꝑter ſe appellarũt uñ Plini.xxix.capi.i. loqués de græcis ſic ſcribit Nos quoq; dictitant barbaros & ſpurios noſq; magis q̃ alios opicoꝝ appellatione fædãt:uñ & Plautus in Trinũmo ait.Ná nomen græce huic ẽ theſauro fabulæ:Philemo ſcripſit.Plautus uertit barbare. Antenor cenſet belli ꝑcidere cauſam:Antenor inquit auctore eſt & ſuaſor:ut Helena Menelao reddaẽ:ſicq; cá belli ꝑcidaẽ.Sic.n.ut ſcribit Home.li.vii.Illiados loquiẽ. Troes & Dardani & uos q nobis auxilio ueniſtis ſocii audite ſniam meam.Cenſeo eundum uobis ad Alexandri domũ & afferendá huc Helená cũ oĩ gaza q̃ cũ uenit:ut in manus Agamẽnonis ac Menelai tradamus:q̃ ſecũ ſoluta obſidione in græciá reportent:id qđ nos facturos iure iurando promiſimus:nunc eo temerato pugnamus:ut non ſperẽ qcq̃ melius q̃ euenit:euenire poſſe:niſi ita ut admonui agamus. Quid Paris?ſubaudi facit:negat inquit poſſe cogi ut a ſe dimittat Helená:hoc eſt aduerſus Antenoré ita rñdet:ut uideaẽ eius conſilio nolle parere:ſed libidini tm̃ ſuæ morem uelle gerere.Sic.n.ad Antenora conuerſus inquit:Antenor q̃ adhuc dixiſti:ea mihi non approbanẽ ac mini me placent quum neutiq; recte ſis prolocutus.Non tñ quia te fugiat quid rectũ prauũq; ſit.Ná ſi libuiſſet tibi.meliorem multo ſniam dixiſſes:nũc aliter locutus es ac ſentis:ꝙ ſi ex aĩo locutus es ꝑfecto ut fateor mẽtem dii tibi ademerũt.Ego uero diuerſam a te apud hos qui adſunt ſniam dicá.Gazá quidẽ q̃ ex agro aſportaui oẽm reddere uolo:& de mea ẽt domeſtica acceſſione adiungere.Helená uero nequaq̃ redditurus ſum.

Fabula:qua Paridis ꝓpter narratur amoré,
Græcia Barbariæ lento colliſa duello:
Stultorũ Regum: & populorũ cõtinet æſtus.
Antenor cenſet belli præcidere cauſam.
Quid paris?ut ſolus regnet:uiuatq; beatus.
Cogi poſſe negat.Neſtor componere lites
Inter Peliden feſtinat:& inter Atriden.
Hũc amor: ira quidem cõmuniter urit utrũq;.

Vt ſolus regnet & uiuat beatus:duplici inquit rõne hoc facit: ut & ſolus regnet:ne uideaẽ egere conſilio alieno & uiuat beatus in delitiis.ſ.per qđ poeta colligit:duo uitia ĩ Paride agnoſci ſupbiá & intempantiá:q̃ ꝓbia docet maxime fugienda:neq;.n.qcq̃ ſtultius eſt eo qui bñ conſulentibus per ſupbiá parere recuſat: nec quicq̃ fœdius eo qui uitam ſuá intempanter agit:eſt aũt intempantia auctore Cice.in.iiii.Tuſcu. oĩum perturbationũ fons:quæ eſt a tota mente ẽt a recta rõne defectio:ſic auerſa a præſcriptione rõnis:ut nullo mõ appetitiones aĩ nec regi:nec contineri queant.Quemadmodũ igiẽ tempantia ſedat appetitiones & efficit ut hæ recte rõni pareant:conſeruantq; conſiderata iudicia mentis.ſic huic inimica in tempantia oẽm aĩ ſtatũ inflámat cõturbat:icitat. Neſtor cõponere lites inter pelidẽ feſtinat & inter atridem:apud Homerũ legiẽ. Quẽadmodũ græci pte exercitus relicta ad obſidioné Ilii:reliqui Achille duce uicinas urbes aggreſſi ſũt eo cõſilio ut troianos finitimis ſociis ſpoliarẽt. Quũ uero populabũdi oĩa diriperent atq; uaſtarẽt ĩter cæteras urbes uná forte chryſam noĩe cœperũt:ex q̃ captiuá Chryſeida chryſæ.qui erat ſacerdos Apollinis filiá Agamẽnoni dono dedere.Chryſes ãt redimẽdæ filiæ cá ad exercitũ uenit:atq; ab Agamẽnon cõtumelioſe repulſus Apollini ſupplicauit ut ſpreti numinis ulciſcereẽ iniuriá:ita magna peſtilẽtia ab Apolliẽ in caſtra græcorũ ĩmiſſa:Achilles de reddẽda ſacerdoti Chryſeide cõcionatus eſt.Quare Agamẽnõ Achilli uehemẽter iratus Briſeida illi iucũdũ militiæ ꝑmiũ abſtulit.Quá rẽ Achilles grauiter ferens matrẽ Thetim orauit:ut a Ioue troianis contra græcos auxiliũ ĩploraret.Q d' quũ Thetis fecitſſet:iáq; Troiani aliquot ꝑliis ſuperiores græcis inſultarent:reſq; græcoꝝ quotidie in deterius Achille a certamine abſiſtente laberentur:Neſtor tentat his uerbis Achillé reconciliare Agamẽnoni.O indignũ facinus:q̃to mœrore ac luctu oĩs græcia afficieẽ q̃to gaudio Priamus cũ filiis reliquiſq; troianis quũ nunciũ acceperint:uos qui & conſilio & armis cæteros antecellitis digladiari atq; ſeditionibus ĩteſtinis laborare:ſed acquieſcite quæſo uterq; conſiliis meis. Erit n.ex amboꝝ utilitate admonenti mihi acqnieſcere.Igiẽ neq; tu Agamẽnon potẽtia tua fretus ꝑripias huic puellá:q̃ Graii in honoré ei atq; in ptem ꝑdæ dederunt.Sed ſine ipſum potiri qđ ſuũ eſt,Neq; tu Achilles uelis ex æquo cum rege cõtendere q imperiũ in plures obtinet.Quare tu Agamẽnon deſine in hunc iraſci:ego uero reconciliare ipſum ꝑcibus conabor:quippe qui in ꝑliis maximus eſt murus cæteroꝝ græcoꝝ. Tandẽ cũ huiuſmodi inter ſe altercationibus dimicarent re infecta conſiliũ ſolutum eſt. Hunc amor.ſ.Achillem urit:nam amore Bryſeidis flagrabat:ut eam non ſine multis lachrymis:petenti Agamẽnoni per Patroclum miſerit:per quod oſtendit eum qui amat ſeruum eſſe & ſtultum:nec beatum eſſe poſſe animi tranquillitatẽ tali affectu expugnante:præterea omnibus ex animi perturbationibus profecto nulla eſt uehemẽtior:amoris. Ira urit utrunq;.Ira uterq; inquit incenditur alter ꝙ ſibi puella in prædam data abrepta ſit:alter ꝙ ſua deretur ad reſtituendam Chryſeida patri Chryſæ:per quod colligit nihil in homine turpius eſſe ira: quam

ipſa

ipſa pħia docet eē fugiendā:quū eius iſtinctu multa mala ſæpe ꝑpetrenꝭ.Quid.n.ut ſcribit Cice. Achille homerico fœdius?Quid Agamēnone in iurgio?Nam aiacē quidē ira ad furorē mortēq; ꝑduxit:Achilles adeo impotētis aī fuit:ut in frequēti ꝑncipū cōſenſu in Agamēnonē penes quē regꝫ erat ſumma multis conuiciis & ꝓbris affectū gladiū ēt ob ereptā ſibi Chryſeidē diſtrinxerit.Nec mirꝫ nā ingenia natura fortia: ut ſcribit Seneca iracūdiā ferūt:uñ Germani & Scythæ gētes ſunt iracūdiſſimæ qđ euenit:qa fortiora ſolidaq; natura ingenia anteq̄ diſciplina mollianꝭ prona in irā ſunt.Eſt.n.ira ut docet idē Cic.in Thuſc.iſaniæ ſimilis.

QVIDQVID delirāt reges:plectunꝭ Achiui.
Seditione dolis ſcelerē:atq; libidīe:& ira:
Iliacos intra muros peccatur:& extra.
Rurſus quid uirtus:& quid ſapiētia poſſit:
Vtile propoſuit nobis exemplar Vlyſſem:
Qui domitor Troiæ:multorū ꝓuidꝰ:urbes:
Et mores hominum inſpexit: latūq; ꝑ æquor:
Dum ſibi:dū ſociis reditū parat: aſpera multa
Pertulit:aduerſis rerum immerſabilis undis.
Syrenum uoces:& Circes pocula noſti:

Et libido puniēdi eius quideaꝭ leſiſſe iniuria. Quidqd delirāt reges plectunꝭ Achiui:hinc docet ex ira & diſcordia principū populos multa pati icōmoda qlibus hac nr̄a tēpeſtate tota Italia iā ꝑ octo annos cōquaſſaꝭ oibus gētibus barbaricis:& oibus chriſtianæ religionis pricipibꝰ eā igne:ferro: atrociſſimiſq; rapinis ꝓaſtātibus: dū impium Venetū manibus pedibuſq; obnixe ſtudent ꝑdere:quare pħia docet oportere principes eē moderatos & ſapiētes:uñ Plato appellabat illas ciuitates beatas qbus cōtigiſſet bonos principes habere. Seditione:dolis:ſcelere: atq; libidine:& ira Iliacos intra muros peccaꝭ & extra:ob diſcordiā inqt q̄ ob raptū Helenæ orta ē iter principes græciæ & troianos:multa uariaq; ſcelera ab utriſq; populis cōmittunꝭ:per quod monemur contra iuſticiam nihil oino faciendū:nemini iniuriam inferendā:quū inde multa mala oriri ſoleant:quæ oia ad eam partem pħiæ ſpectant:quæ ꝑcipit ne cui quis noceat:ſemp iniuriam eſſe fugiendā:oēs animi perturbationes cōpeſcendas:quum ī eo nulla animi trāquillitas quieta ue conſtantia eſſe poſſit:quæ perturbationes:hoc eſt animi motus contrarii inimiciq; rationi exagitant. Neq;.n.aliud eſt perturbatio(qđ πάθος græci dn̄t)q̄ auerſa a recta ratione contra naturā animi cōmotio. Libidine lætitia & libido in bonoꝝ opinione uerſanꝭ:quum libido ad id qđ uidetur bonū illecta & inflāmata rapiaꝭ.Lætitia ut adepta iam aliquid cōcupitū efferaꝭ & geſtiat.Libido igitur eſt cupiditas effrenata q̄ ut ſcribit Cicero in oibus ſtultis inuenitur. Rurſus quid uirtus & quid ſapientia poſſit.Contra inquit Home.in odyſſea oñdit ꝑ Vlyſſem qd poſſit uirtus & qd ſapiētia ac per hoc q̄ oibus ſit expetēda & uirtus & ſapientia Is.n.ut oñdit ipſe Homerus oibus in rebus tam ſapiēter moderateq; ſe geſſit:ut oibus exemplar ſit uirtotem tanq̄ ſolum bonū eſſe expetendā.Nā Plato(ut author eſt Cicero)dicebat. Nihil ꝑter uirtutem eſſe bonum ꝓindeq; oēs bonos beatos:improbos miſeros.Oibus āt uirtutibus inſtructos & ornatos tū ſapiētes tū uiros bonos dicimus.Qui ergo bonus eſt ſapiēs ē.Et q ſapiens eſt beatus oino ē utpote q uirtutis umbone oēs aī turbidos motus cōtrarios inimicoſq; rōni a ſe arceat:atq; ſuperet. Rurſus: contra hoc loco:alias iterꝫ Ordo eſt.Propoſuit Vlyſſem expoſitiue exēplar utile nobis:qd poſſit uirtus & ſapiētia. Multoꝝ ꝓuidus orbes:hoc ſomptū eſt ex principio Odyſſeæ.ut diximus i arte poetica.Dic mihi muſa uirū captæ poſt tp̄a Troiæ Qui mores hoium multoꝝ uidit & urbes.Nā ei cōtingit quū in pr̄iam euerſo Ilio rediret & uētis tēpeſtateq; actus multū diuq; errauerit:& alioꝝ decē annoꝝ ſpacio ad multa orbis terrarū loca delatus mores multoꝝ hoium & urbes uiderit:uñ elegāter poeta dixit.Multorū ꝓuidus urbes. Nā ab Ilio cū ꝓfectum uētus Iſmaron ad Ciconas cōpulit:inde in Africā ad locophagos:inde in Siciliā ad Cyclopas a qbus in Aeoliā uenit ubi apud Aeolū menſem unū diuerſatus uētos oēs ab eo ꝑter Zephyrū utre īcluſos accepit.Demum ad Læſtrygonas ſeptimo die uenit:a quibus oēs naues intra portū receptæ ac diſiectæ:una tantum naue qua ipſe uehebatur in Aeæam inſulam quam Circe tenebat euaſit.Annum totum cum Circe ſociis in priſtinam formam ab ea reſtitutis demoratus eſt.Anno:peracto iubetur a Circe petere inferos:& ſacrificiorum ritum quibus uteretur ediſcit.Ab inferis in Aeæam reuerſus mittit qui Elpenora ſepeliant.Poſt hæc in Siciliam nauigauit:ubi Lampetie & phætuſa ſolis armenta cuſtodiebant ubi continenter flantibus Euro & Auſtro deſedit unum menſem.Hinc digreſſus Ioue Solis precibus tempeſtatem excitante naue ſociiſq; oibus q ſolis boues abſumpſiſſent amiſſis(per Scyllam rurſum & charybdim ſolus ad Ogygiam inſulam quam Calypſo incolebat decima die delatus eſt.Hunc illa tetos ſeptem annos detinuit ardenterq; amauit,Octauo anno eum per Mercurium iubente Ioue emittit:qui fabricata naue i nemore Calypſus ab Ogygia ſoluit.Cæterum Neptuno tempeſtatem cōmouente naue amiſſa:fluctibus iactatus naufragus tandem ad nudus in Corciram inſulam ad phæaces enatauit:ubi ab Nauſicaa Alcinoi regis filia inuentus: tunicaq; & palio aureo indutus ad patrem eius & Areten matrem peruenit:a quibus benigne ſuſceptus demum multis eum muneribus datis a phæacum a primoribus naue in patriam Ithacham remiſſus eſt. Latumq; per æquor Dum ſibi dum ſociis reditum parat.Ordo eſt. Vlyſſes pertulit multa aſpera immerſabilis undis rerꝫ aduerſis:dum parat ſibi & ſociis reditum per latum æquor. Immerſabilis: non merſabilis: hoc eſt qui tot rerum caſibus aduerſis nequaquam obrui:aut immergi potuit:quum oia uirtute & ſapientia ſua ſuperauerit. Reditum:in patriā.ſ. Syrenū uoces:fingunt poetæ tres fuiſſe Syrenes filias Acheloi ex Caliope muſa quæ in littore campano habitantes dulcedine cantus in ſomnum iuxta ea loca nauigantes inducebāt:mox naufragiū facere cogebant:unde Vlyſſes quū iuxta illa littora eēt nauigaturus a Circe admonitus aures ſociis ſuis cera obturauit ſeq; malo manibus & pedibus alligari impauit aptis auribus:mādans ēt ſi inueret ne

Ad ſtrepitum citharæ ceſſatum docere curam
Vt iugulēt homīes ſurgūt de nocte latrōes:
Vt te ipſum ſerues:non expergiſceris? atqui
Si nolis ſanus:curres hydropicus.Et ni
Poſces ante diem librum cum lumine:ſi non
Intendes animum ſtudiis:& rebus honeſtis:
Inuidia:uel amore uigil torquebere. Nam cur
Quæ lædunt oculos feſtinas demere.ſi quod
Eſt animum.differs curandi tempus ī annum?
DIMIDIVM facti:q cœpit habet:ſape aude:
Incipe:Viuendi qui recte prorogat horam
Ruſticus:expectat dū defluat amnis: & at ille
Labitur:& labetur in omne uolubilis æuum.
Quæritur argentum:puerisq; beata creādis
Vxor:& inculræ pacantur uomere ſyluæ.
Quod ſatis eſt:cui cōtingit:nihil ampli⁹ optet:
Nō domus.& fundus:nō eris aceruus:& auri
Aegroto domini deduxit corpore febres
Non animo curas.Valeat poſſeſſor oportet:
Si comportatis rebus bene cogitat uti.

Docere curam ceſſatum.Ex aīo curas abiicere & ocioſe tradere.Nam ēpulis:ſaltationibus & ocio plus æquo indulgebant:quotidie.n.ſoliti erant in regiam Alcinoi ad epulas conuenire:quibus menſæ ſemper inſtructe erant ibiq; a cœna cantu ēt citharedi oblectabantur:unde ſic ait Alcinous Vlyſſi. Semper conuiuia: cithara:choreæ:ueſtes balneæ:thermæq;:lecti nobis cu · æ ſunt:ut ceſſatum intelligas eſſe ſupinum:ut ſit ad ceſſandum. Vt iugulent hoies:eleganter ſuadet phīæ operam eſſe dandam: quæ nobis ſapientiæ ſemitas oſtendit:ut ſit ſenſus:ſi latrones uigilant tpe nocturno:ut male faciāt:quanto magis tibi uigilandum eſt:ut uerā uiuendi uiam addiſcas.Legendumq; eſt cū interrogatione & hortatione. Non expergiſceris? non excitaris? paſſiuum eſt ab expergiſco. Plinius loquens de urtica & medicinis eius ſic ſcribit.Lethargicos expergiſcit tactis cruribus magiſq; fronte:hoc āt dico:quia grāmatici ſæculi noſtri falſo ſibi uſurparunt expergiſcor tanq̄ deponens pro expergiſco. Atqui ſi nolis ſanus:ſi nolueris inquit currere ſanus: curres hydropicus:hoc eſt:ſi nolueris curſum uitæ tuæ dirigere ſecundū præcepta phīæ:quibus ſani hoc eſt ſine uitiis efficimur:curres hydropicus:hoc eſt eris uitioſus & inſanus:ut morbum ipſuʒ ad aīum non ad corpus referas:ſicq; ſuadet phiam oino amplectendam eſſe:unde oīs ratio honeſtatis pendet.Eos.n.ſanos dicimus quoꝝ mens motu quaſi morbo perturbata nullo eſt. Cui.n. aīus eſt in aliquo morbo non magis eſt ſanus q̄ id corpus quod in morbo eſt. Et ni poſces ante diem librum cum lumine. Si ſummo inquit ſtudio & diligenter ſtudiis phiæ non uacabis uitia compriment te:per inuidiam.n.& amorem reliqua uitia intelligit:ut ſit fœlicitati alienæ inuidebis qđ fieri non poteſt ſine magno animi cruciatu:unde ſequitur.Inuidia ſiculi non inuenere tyranni maius tormentorum: aut amabis hoc eſt operam dabis rebus Venereis: unde eſt illud.Sperne uoluptates nocet empta dolore uoluptas:quæ uitia ut tranquille uiuamus ipſa phia docet eſſe fugienda. Nam cur Quæ ledunt oculos:oſtendit illum ſtultum eſſe qui uitia magis corporis quam animi curat. Eſt animum conſumit & uitiat animū legendum cum interrogatione & increpatione. Dimidium facti qui cœpit habet:mira ſuaſio properandū eſſe ad philoſophiam.Hoc autem ſumpſit & Ariſtotele qui ait:principium plus eſſe quam dimidium totius unde Auſoni.Incipe:dimidium facti eſt cœpiſſe:ſuperſit Dimidium:rurſum hoc incipe & efficies. Sapere aude:quaſi res ſit ardua ſapere.hoc eſt philoſophiam apprehende:quæ homines efficit ſapientes. Nam qui in rerum contemplatione ſtudia ponebant ſapientes & habebantur & nominabantur. Idq; eorum nomen uſque ad Pythagoræ manauit ætatem.Cuius ingenium & eloquentiam quum admiratus eſſet Leon phliſiorum princeps quæſiuiſſetq; ex eo qua maxime arte confideret.ille reſpondit artē quidem ſe ſcire nullam:ſed eſſe philoſophum:hoc eſt ſapientiæ ſtudioſum. Incipe:ſcilicet ſapere:ut ſit philoſophiæ operaʒ da re:unde præcepta ad ſapientiam & bn̄ uiuendum habentur:& noli cunctari. Viuendi qui prorogat horaʒ. Ruſticus:expectat.Non minus inquit ille fatuus eſt & ruſticus qui bene uiuendi tempus prorogat quam ille qui flumen tranſiturus expectat dum defluat:quaſi neſciat tempus eodem modo iugiter currere quo flumina:unde eſt illud poetæ.Tempora prætereū: more fluentis aquæ:ut per hoc moneat tempus nullum unquam ad uirtutem eſſe expectandum:ſed omni amota cunctatione ad eam properandum melius eſſe cito quam ſero incipere. Horam:tempus. Ruſticus:ut ruſticus & parum peritus. Labitur: defluit:ſic etiam facit tempus. Quæritur argentum.Iam ex præceptis philoſophiæ docet eos non eſſe damnandos qui argentum:agros:& liberos ſibi quærunt:modo iis contenti ſint:quum contigere quæ ſatis ſunt: ſicque monet qui ſe intra terminos modeſtiæ continuerit dignum eſſe commendatione: quum iam cupiditates frenare ſciat.Nam ut ſcribit Cicero qui temperans eſt eum neceſſe eſt eſſe conſtantem: qui autem conſtans quietum:qui quietus perturbatione omni uacuum. Non domus & fundus:Diuitiæ inquit non ſunt illæ quæ hominem beatum efficiant:nō poſſunt inquit neque animi neque corporis ualitudinem tollere. Tale eſt illud Iuuenalis quod per ironiam legitur:ſcilicet & morbis & debilitate carebis: & luctum & curam effugies:& tempora uitæ longa tibi poſt hæc fato meliore dabuntur.Si tantum ſolus culti poſſederis agri. & cætera Tibullus.Non opibus mentes hominum curæque leuantur. Valeat poſſeſſor oportet. Oportet īquit eum qui amplas poſſidet diuitias ſanum eſſe ut ſanum ad animum non ad corpus referas ideſt animo ſano & bene compoſito:ut omnes affectus ſuperet & cupiditates:ſi cogitat bene uti rebus conquiſitis: quod ſapiens facit:cuius mens motu quaſi morbo perturbatur nullo.

Qui cupit aut metuit:qui laborat inquit auaritia nec cupiditatibus ſuis ponit:modum : illum non magis diuitiæ poſſunt iuuare q̃ tabulæ pictæ lippum:aut fomenta podagram:aut citharæ auriculas dolétes ex ſor de collecta.q.d. diuitias non eſſe eas:quæ ex mente hominis curas euellant:niſi ea omnibus ſit uitiis exhauſta & purgata:unde ſequitur.Synceru͂ eſt niſi uas. Qui cupit:ſubaudi diuitias & alia fortunæ bona. Aut metuit:ne pereant:utrunque enim accidit auaro ut & cupiat:& metuat. Citharæ:Caſus eſt nominatiui pluralis:ac per hoc cantus ipſe Citharæ. Fomenta:medicamenta a fouendo:fruſtra enim adhibe͂tur podagris

Q ui cupit:aut metuit:iuuat illu͂ ſic dom⁹ aut
Vt lippu͂ pictæ tabulæ:fome͂ta podagra͂:(res
Auriculas citharæ collecta ſorde dolentes.
SYNCERV͂ é niſi uas:q̃dcu͂q; infundis:aceſcit.
Spne uoluptates.nocet épta dolore uoluptas.
SEMPER auarus eget:certu͂ uoto pete ﬁné.
Inuidus alterius macreſcit rebus opimis.
INVIDIA Siculi non inuenere tyranni
Maius torme͂tu͂. Q VI NON moderabit̃ iræ
Infectu͂ uolet eſſe:dolor quod ſuaſerit:& mé:
Dum pœnas odio per uim feſtinat inulto.
Ira furor breuis é:animu͂ rege:q niſi paret
Imperat:hunc frænis:hu͂c tu co͂peſce cathena:
Fingit equu͂ tenera docilem ceruice magiſter.
Ire uia͂:qua͂ monſtrat eques.uenaticus ex quo
Tempore ceruinam pellem latrauit in aula:
Militat in ſiluis catulus:nunc adhibe puro
Pectore uerba puer:nunc te melioribus offer.
Q VO ſemel é ibuta rece͂s:ſeruabit odoré
Teſta diu. Q uod ſi ceſſas:aut ſtrénuus anteis:
Nec tardum opperio r:nec præcedé͂tibus iſto.

quo͂ morbus ſit iſanabilis.unde poeta. Tollere nodoſam neſcit medicina podagram. Sinceru͂ eſt niſi uas. Rationem affert quare inhoneſte & inutiles affectus e pectore ſint ſtirpitus euellé͂di: nam niſi inquit uas purum eſt:quicquid in id infuderis in acetum co͂uertitur:ſicque allegoricos & prouerbiali ſchema te docet oportere pectus nr̃m omni inhoneſto affectu eſſe uacuum :propterea q̃ in pturbato aio:ſicut i corpore ſanitas eſſe no͂ poſſit:atq; hæc oia docet pħia. Sperne uoluptates quæ & corporis uires eneruant & ai lumea extingunt.Dicebat Architas Tarentin⁹ auctore Cicero͂e.Nullam capitaliorem peſtem q̃ uoluptaté corporis hoibus a natura data͂ plato uero eſcam malorum appellat uoluptatem q̃ ea:uidelicet:hoies cabiantur ut piſces :uoluptas co͂ſilium impedit:rationi inimica eſt:ac mentis præſtringit oculos: nec habet ullum cu͂ uirtute co͂mercium. Empta dolore parta aliquo corporis dolore:neque.n.libido Venerea exercet̃ ſine aliquo corporis inco͂modo: un͂ Hippocrates ut ſcribit Macrobius de coitu Venereo:ita exiſtimabat ptem eé qua͂dam morbi teterrimi que͂ noſtri comitialem eſſe dixeru͂t. Semper auarus eget : unde Claudia.in Ruſinum.Semper inops q̃cu͂q; cupit. Certum uoto pete finem : modu͂ ing̃t fac ponas : affectibus tuis ne inhoneſti ſint & terminos ro͂nis excedant. Inuidus alterius: monet inuidiam quæ acerbiſſimo cruciatu uexat aium hois:fugiendam eſſe. Eſt.n.inuidia ægritudo ex alterius rebus ſecundis:ſicut miſericordia ægritudo eſt ex alterius rebus aduerſis. Siculi tyranni. Duo in ſicilia extitere tyra͂ni crudeliſſimi phalaris agrigétinus & Dionyſius Siracuſanus:qui tanq̃ ſagaciſſimi oium tormentorum cognitores ſenſeru͂t nullum ipſa inuidia maius eé torme͂tum. Qui no͂ moderabit̃ iræ:docet ét iræ frena eé iniicie͂da:q̃ ſi no͂ coerceatur:id ſubito me͂tis ipetu ſæpe a nobis fieri:qd̾ iſectu͂ eé uellemus. Du͂ pœnas feſtinat:du͂ feſtinanter pœnas exhibit. Ira furor breuis eſt:definitio é iræ:qua͂ & pħi ſic diffiniu͂r breue͂.ſ.inſania͂:unde Cic.in.iiii. tuſcu.Ira uero q̃q̃ diu perturbat aium dubitatione͂ inſaniæ non habet.Et ut idem ait in eodem eſt libido puniendi eius qui uideat̃ leſiſſe iniuria . Aium rege:affectus tuos moderare:qui ex animo ueniunt. Impat niſi paret:affectus.n.niſi impio ro͂nis obtempant dominant̃. Figit equu͂ tenera.Monet p ſimilitudine͂ pulli eqni & catuli uenatici ad bn͂ uiue͂di p̃cepta rectius iſtituti adoleſce͂tes du͂ adhuc teneri ſunt utpote quorum mens adhuc uitiis no͂ ſit ingnata. Magr̃:Agaſo. Figit:format & inſtituit. Venaticus ex quo.ordo eſt.Catulus uenaticus militat i ſiluis ex quo te͂pore latrauit pelle͂ ceruina͂ in aula ut ſit ſenſus.Ex quo ing̃t Catulus uenaticus domi a magiſtro ſuo é edoctus & aſſuefactus pelli ceruinæ:ceruos i ſiluis uenat̃.Illud ſcie͂du͂ tria eé gn̄a canu͂:uenaticu͂.ſ. hoc é aptu͂ uenationib⁹:uillaricu͂ q uilla͂ cuſtodit:paſtorale͂ ſiue gregariu͂:q paſtores comitat̃ & grege͂. Nu͂c adhibe puro:hortatur Lolliu͂ du͂ puer é pħiam amplexet̃: Puro pectore:caſus p caſu:hoc é puro pectori:ſic Virg.Heret pede pes: p pedi. Ouidius.ſas oé facit fratre marita ſoror p fratri.Iuuenalis porrectura uiro miſcet ſitie͂te rubeta͂ p ſitie͂ti. Meliorib⁹:abſolute dixit:meliora ſeq̃re: hoc é præcepta pħiæ quæ optima ſunt.

Inuidia

Miſericordia

Quo ſemel eſt imbuta recens.Ratio quare a teneris uirtuti ſit incumbendum:nam ut eſt ſententia Quintiliani.Natura tenaciſſimi ſumus eorum quæ rudibus annis percipimus:ut ſapor quo noua ibuis durat:nec lanarum colores quibus ſimplex ille candor immutatus eſt:elui poſſunt. Et non ſolum homines: ſed & reliq̃ animalia facilius ad omnia teneris annis formantur:quod & Virg.ſenſit illic:Tu quos ad ſtudiu͂ atq; uſum formabis agreſtem iam uitulos hortare:uiamque inſiſte domandi.Dum faciles animi iuuenum:dum mobilis ætas:unde & Pla.ait.Maximum in oi ope principiu͂ é p̃ſertim in iuuene atq; tenero:tu͂c.n. p̃cipue aius format̃.& q̃cq̃d dixeris facilius igreſſum inſidet. Teſta rece͂s.Ordo é Teſta rece͂s ſeruabit odoré:diu quo ſemel é ibuta:ut allegoricos p teſta͂ rece͂té intellig as me͂té tenera͂. Q d ſi ceſſas aut ſtrénuus anteis:hoc loco monet eu͂:ut acceleret:no͂ ſis tardus ad capeſcenda͂ uirtuté:ut ſit ordo.No͂ operior te ſi ceſſas:hoc é ſi tardus es:ſi au͂t ſtrénuus es & promptus:qui ét præcedas me no͂ inſto.q.d.te no͂ urgeo:æquo enim aio fero te p̃cedere.

IVli flore.Conſtat Claudium Tiberium Neronem priuignum Auguſti nunciata Illyrici defectione ex germania tranſiſſe ad curam noui belli:qđ grauiſſimum omnium externorum bellorum poſt punica per.xv.legiones paremq; auxiliorum copiam triennio geſſit in magnis rerum difficultatibus ſummaq; frugum inopia. Totum igitur Illyricum qđ intra Italiam regnumq; noricũ & Thraciam & Macedoniam iterq; Danubium flumen & ſinum maris adriatici patet inditionem redegit: de quo etiam ſpecioſiſſimum egit triumphum eo bello Tiberius ut uir doctus ſecum comites doctos habuit inter quos fuit Iulius florus ad quem nũc ſcribit poeta hanc epiſtolam a quo petit:ut ſibi ſcribat ubi ſit Tiberius:quid agant comites eius:qs res geſtas Auguſti deſcribat. Eſt aũt hic Iulius ad quem etiam ſcribit Odem illam: pyndarum qſquis ſtudet æmulari & ad quem ſcribit ultimã epiſtolam flore bono claroq; fidelis amice Neroni:fuit autem auctore Porphyrione ſcriptor ſatyrarum. Priuignus Auguſti natus.n.eſt ex Liuia Druſilla & patre Claudio Nerone:qui Liuiam uxorem petenti Auguſto conceſſit & tũc grauidam:& ante iam apud ſe Tiberium enixã. Auguſtus.C.& Lucio Agrippis intra triennium defunctis adoptauit Tiberium. Thraca ne uos Græce θρᾳκη dicitur:quam nos Thracam Thracen & Thraciam dicimus ſic in ſequentibus:ut nec Frigidior Thracam:nec purior ambiat hebrus. Ouidius. Armiferam Thracem qui regat alter erit. Illyricum enim ut diximus Thraciam attingit. Hebrus:fluuius eſt Thraciæ. Vinctus compede niuali:hoc eſt qui nimio frigore congelaſcit. An freta currentia. Helleſpontũ intelligit qui ſeptem ſtadiis Europam ab Aſia diuidens illic inter ſe contrarias urbes habet:in Europa Callipolin & Seſton. In Aſia Lãpſacum & Abydon:quas poeta appellat turres uicinas.

Thracia

Hebrus

Helleſpontus

## Horatius Flaccus Ad Iulium Florum.

IVli Flore:quib' terrarũ militet oris
Claudius Auguſti priuign' ſcire laboro:
Thraca ne uos: Ebruſq; niuali compede uictus
An freta uicinas inter currentia turres:
An pingues Aſiæ campi:colleſq; morentur.
Quid ſtudioſa cohors opũ ſtruit:hec quoq; curo:
Quis ſibi res geſtas Auguſti ſcribeꝛ ſuit
Bella quis:& paces longũ diffundit in æuum:
Quid Titius Romana breui uẽtur' ĩ ora:
Pindarici fontis qui non expalluit hauſtus:
Faſtidire lacus:& riuos auſus apertos:
Vt ualet:ut meminit noſtri:fidibus ne Latinis
Thebanos aptaꝛ modos ſtudet auſpice muſa:
An tragica deſæuit:& ampullatur in arte.
Quid mihi Celſus agit:mõit':multũq; monẽdus
Priuatas ut q̃rat opes:& tangere uitet
Scripta. Palatinus quæcunq; recepit Apollo:
Ne:ſi forte ſuas repetitum uenerit olim

Quid ſtudioſa cohors operum ſtruit. Ordo ẽ. Hæc quoq; curo ſcire quid operum ſtruit ſtudioſa cohors:per ſtudioſam cohortem intelligit comites doctos. Quid Titius.ſ.faciat:ſcribat.fuit aũt Poetæ ſui tpis quem ob eius carminis elegantiam ait uenturũ in ora romana:hoc eſt futurum ut breui laudetur. Ait eum imitatum Pindarũ carmen Lyricum ſcribere faſtidita uia peruulgata aliorũ lyricorũ. Nam Pindarus poeta fuit Thebanus qui ut ſcribit Quinti.nouem lyricorum longe princeps fuit ſpiritus magnificentia:ſententiis:figuris: beatiſſima rerum uerborumq; copia:uelut quodam eloquentiæ flumine:un̄ Hora.in.iiii.carminum cum merito nemini reddidit imitabilem ubi ait Pindarum quiſquis ſtudet æmulari Iule:ceratos ope dedalea Nititꝛ pennis uitreo daturus noĩa ponto. propter quod hoc loco ait Titium magni animi eſſe qui non expallueris eum imitari. Auſus faſtidire lacus & riuos apertos. Auſus tritam aliorum lyricorum faſtidire rationẽ ſcribendi id genus carminis:ut totum ſit ad laudem Titii. Lacus autem & apertos riuos dixit:qa præceſſit hauſtas fontis pindarici:ut totum ſit metaphoricos dictum:hoc eſt uberem illam lyrici carminis materiam modo inuentam a Latinis. Modos Thebanos:uerſus lyricos quales ſcripſit Pindarus Thebanus. Fidibus Latinis lyræ latinæ:nam id genus carminis ad lyram cantabatur. Muſa auſpice:muſa duce & fautrice. An tragica oñdit illũ ẽt ſolitũ tragœdias ſcribere. Deſæuit:materiã tragœdiæ reſpexit:q̃ res ſæuas deſcribit. Ampulaꝛ uerbũ nouiter formatũ a poeta p qđ oñdit tragœdiam ſublimi ſtilo deſcribi. Quid mihi Celſus agit:hoc loco notat Celſum poetam ſui tpis q ſæpe carmina aliena pro ſuis recitabat monens eũ ſub cõuenienti fabella cornicis:ne aliena ſibi uendicet. ne ſi unuſquiſq; ſua tollat:Ille nihil quod ſuum ſit reperiat: quod accidiſſe docet Aeſopus Cornici ſiue coruo q ſibi ueſtem confecerat ex pennis pauonis quibus detractis nudus remanſit. Opes priuatas carmina propria non aliena priuum enim & priuatum pro proprio accipiunt Auctores:ut illud ante. Nauſeat ac locuples quem ducit priua triremis. Cicero in libro de officiis. Communibus utatur pro communibus:priuatis ut ſuis. Vitet tangere ſcripta quæcunq; recepit Apollo: hoc eſt ſcripta aliena quæ deferebantur in bibliothecam palatinam. Nam cum pars palatii fulmine:ut ſcribit Tranquillus & nos ex eo recitauimus in enarrationibus Perſii & Iuuenalis diſiecta eſſet:conſulti aruſpices reſponderunt:eam partem a deo deſiderari. Itaq; Auguſtus in honorem Apollinis & muſarum templum excitauit in cuius aditu porticus fuit cum bibliotheca:tam græca quam latina de qua & Martialis ad librũ ſuum. Iure tuo ueneranda noui pete limina templi. Reddita pierio ſunt ubi templa choro.

Priuum

Priuatum

Gloria: quem ſupra uires: & ueſtit. & ungit
Q uem tenet argẽti ſitis importuna: fameſq;
Q uẽ paupertatis pudor: & fuga: diues amic⁹
Sæpe decem uitiis inſtructior odit: & horret.

Tonſa cute: ita inquit tonſi ſunt ad ſeueritatẽ oſtentandam ut uſq; ad cutem oẽs abraſi ſint capilli. Dentibus atris: nigris & ſordidis ab incultu. Dum uult libertas mera: cõmendat ingt ſe hoc ẽ auctoritatẽ ſibi quærit ab incultu: dũ uult dici mera libertas: hoc ẽ q libere oĩa loquatur: ẽ aũt characteriſmos hoĩs triſtis & amari. Virt⁹ eſt medium monet poeta nimiã illã aſſentatoris lenitatẽ: nimiãq; auſteritatẽ: uirtutis noĩe nõ eẽ cẽſendã: quũ uirtus ipſa oĩum rerũ extrema refugiẽs in medio cõſiſtat: ut ab utroq; crimĩe ſit remota.i. ut nec nimiũ adulationi: nec auſteritati ſe applicet. Ordo aũt eſt & ſenſus: uirtus eſt medium uitiorũ.i. uirtus in medio uitiorũ conſiſtit.

Redactũ utrinq;: ideſt mediũ retroactum ac remotum ab utroque uitiorum. Alter in obſequium plus æquo ꝓnus. Deſcriptio eſt aſentatoris. Deriſor imi lecti: hoc eſt eorũ qui ĩ extrema parte lecti diſcũbunt ut intelligas deriſorẽ cõuiuatoris. Nã in ſummo & in medio amici: in imo uero ipſi cõuiuatores diſcũbũt. Deriſorẽ aũt ait: quia dñm cõuiui amicum deridet: quum eũ obſequendo laudet: conta quẽ ſentit. Sic alibi deriſor plus laudatore mouet̃. Sic nutũ diuitis horret: Hic characteriſmos adulatorũ eſt. Sic iterat uoces. hoc eſt ea diligentia: qua puer repetit dictata magiſtri: hoc ẽ omne qđ dixit diues: repetit & oĩa uerba colligit: tãq̃ q̃ notatu digna ſint oĩno & memoria. Vt puerũ credas: mirũ & facetũ exẽplũ: pueri.n. dictata magr̃i repetũt: & eidẽ recitãdo enũciãt. Vel ptes mimũ tractare ſecũdas: hoc dicit: q̃a oĩs fabula in q̃nq; ptes diuiſa ẽ & diſtributa: nã actores erãt q primarũ eẽnt ptiũ: q ſecũdarũ: & tertiarũ: q̃rtiq; loci atq; q̃ntarũ: unũ Donat⁹ in Terẽtiũ ait ĩ Andrea primæ ptes ſenis Simonis ſunt. Secũdæ Daui: Tertiæ chremetis & deĩceps reliquorũ. In ptibus igit̃ ſecundis mim⁹ q pſonã ſuſtinet ſerui oĩb⁹ ĩ reb⁹ dño obſeq̃t̃ multiſq; modis ei blãdit̃. Alter rixat̃ de lana. Deſcriptio Seueri & Auſteri. De lana caprina. q.d. de nihilo: aut minima re: quũ dicãt caprarũ pilos nõ ſetas dici ſed lanã: cui opinioni aſtipulat̃ Vlpian⁹ iuriſcõſult⁹ li.iii. de legatis ſcribẽs legata lanaẽt caprinã cõtineri. Propugnat nugis armat⁹. Ordo ẽ. Armatus nugis ꝓpugnat.i. certat. Scilicet ut nõ ſit mihi pri. fi. Mimeſis ẽ doloris: imitat̃.n. eũ q ĩdignãter ſic dicit.ſ. altera ætas p̃ciũ ſordet: ut nõ ſit mihi prima fides & ut nõ elatrẽ qđ uere placet: ut oĩ rabie nõ dicã & defendã quod uere ſentio & qđ mihi placet: ut ſit ſenſus. Si mihi altera ætas det̃ p̃cium: hoc ẽ ſi cõtingat mihi ĩſtaurare uitã: qđ ꝓ magno p̃cio ſit hñdũ (qđ dicit̃ uirbio cõtigiſſe) tanti id nõ fecero: ut nõ ſit mihi prima fides ut nolim mihi credi: ut nõ defendam quod ſentio. Altera ætas: inſtauratio uitæ. Ambigit̃ quid enim? uerba ſunt poetæ ridentis triſtẽ & amarũ qui tantope inſaniat: ut ẽt uitæ inſtaurationem abnuat ſi nõ tueat̃ qđ ſentit: ut ſit interrogatio deriſoria Quid ambigit̃ ut ita inſaniat? & ille rñdeat: Ambigit̃ hoc. Caſtor ne an docilis plus ſciat: & an uia Numici an Appi meli⁹ ducat brũduſiũ. q.d. ambigit̃ de re nulli⁹ momẽti & negligẽda. Eſtq; ſic ꝓnũciãdũ ut intelligat̃ leue & cõtẽnendũ. Caſtor.n. & docilis hiſtriones iũc tpis (ut alii) gladiatores fuerũt. Via Numici q̃ ſtrauit Numici⁹. Appii uiã intelligit Appia quũ Appi⁹ ſtrauit ab urbe Roma uſq; Brũduſiũ. Ven⁹ dãnoſa: libidinoſũ ĩtelligit q ſæpe ob id uitiũ ad inopiã redigit̃. Ordo ãt ẽ & ſenſus. Diues amic⁹ ſæpe decẽ uitiis ĩſtructior.i. decies uitioſior q̃ amic⁹ minor odit & horret Quẽ dãnoſa uen⁹: quẽ p̃ceps alea nudat &c. aut ſi nõ odit regit: notat ãt amicũ diuitẽ ut fatuũ q licet uitioſior ſit: q̃ amic⁹ minor: tñ credit uitia ſua ob diuitias debere tolerari: paupis ãt ſimiliter nõ poſſe: quũ ĩferior facultatibus dẽat uirtutes cõpẽſare cũ fortuna. Simulq; eũ taxat ſũmæ ĩpitiæ & arrogãtiæ q̃ fiducia diuitiarũ ſuarũ putet q̃cq̃d dixerit tãq̃ diuinũ oraculũ habẽdũ eẽ approbadũ. Quẽ p̃ces alea nudat Alea appellatiõe aleæ ĩtelligim⁹ oẽm ludũ fortunæ ſubiectũ. Præceps: ab effectu: qđ ĩ p̃cipitiũ mittit luſorẽ.

Glĩa quẽ ſupra uires: hoĩez gl̃ioſũ ſignificat. Vngit: delectat Quẽ tenet argẽti ſitis: Vtrũ q ſupellectile argẽtea capit̃: an auarũ ĩtelligit. Quẽ pauptatis fuga: auarũ oĩno deſignat q pudorẽ pauptatis diuitiis ſtudet.

Aut ſi nō odit:regit:eo ſtulticiæ fert:ut uelit tanq̄ prudētiori ſibi oībus in rebus fidē haberi. Ac ueluti pia mater. Amicus inqt diues regit amicū minorē & uult illū more bonæ & piæ matris eē ſapiētiorē ſe & priorē uirtutibus: Nā mater pia uult filiū ſuū plus ſape q̄ ipſa ſapit & ſe ſuparí a filio uirtutibus. Et ait prope uera hoc elegāter a poeta dicit:ſenſus.n.eſt uera ppemodū ait quū dicit: Meæ opes patiunt ſtultitiam:ut ſit opes meæ patiunt & tolerant ēt ſi quid ſtulte facio:ita.n.accidit ut diuiti & opulento uiro uitio nō det ſiquid im probe facit:opibus.n.cōpenſat ſtultitia quū ſtultus ſit. Cōtendere noli:hæc per parentheſim legunt:quaſi

Aut ſi non odit:regit:ac ueluti pia mater
Plus:q̄ ſe ſapere: & uirtutibus eſſe priorem
Vult:& ait prope uera.mecum cōtēdere noli.
Stultitiam patiunt opes.tibi paruula res eſt.
Arcta decet ſanum comitē toga: deſine mecū
Certare. Eutrapelus cuicunq; nocere uolebat:
Veſtimenta dabat precioſa.beatus enim iam
Cū pulchris tūicis ſumet noua cōſilia:& ſpes:
Dormiet in lucem:ſcorto poſtponet honeſtū
Officium: nummos alienos paſcet:ad imum
Thrax erit: aut olitoris aget mercede caballū.
Arcanum neq; tu ſcrutaberis ullius unquam:
Commiſſumq; teges: & uino tortus: & ira.
Nec tua laudabis ſtudia:aut aliena reprendes:
Nec cum uenari uolet ille:poemata panges.
Gratia ſic fratrum geminorū Amphionis:atq;
Zethæ diſſiluit.donec ſuſpecta ſeuero
Conticuit lyra: fraternis ceſſiſſe putatur
Moribus Amphion.tu cede potentis amici

dicat non debes uelle te mihi æqperare: neq;.n. decet te pauperē uelle mecum pariter inſanire: opes.n.meæ patiunt ſtultitiam:ſed tibi paruula res eſt:quæ ſtultitiam in te non patitur. Sicque poeta philoſophice oſtendit turpe eſſe pauperi uelle ſe æquiperare potentiori ſimulq; ridet potentem ut ſtultum qui putet ſibi licere(quia diues ſit) opibus ſuis abitu. Arcta decet ſanū comitem toga. Schema eſt puerbiale:quod in eos cōuenit: qui licet in tenuibus conſtituti ſint facultatibus tamen uiribus ſuis non penſitatis ſtudent ſe potentioribus æquiperare: non cōuenit inquit:ut qui pauper ſit: togam magnam q̄lem diues ſumat:togas enim p facultatibus ueteres uel magnas uel puas habuerunt; unde eſt illud i

Eutrapelus ſequenti epiſtola. Exiguæq; toga ſimulet texto re Catonē. Eutrapelus:græce comis & facetus Latine dicitur. Eutrapeli etiam dicunt q ſupra annorū rationem grandi corpore creſcunt:cito q; moriunt: in quo uoce latina caremus: hic āt eſt nomen ppriū. hic ut oſtendit poeta adeo callidus fuit ad hoīes corrūpēdos; ut ſciret animū ſtultorum cū habitu & cultu mutare: qbuſcūq; enim nocere uolebat pcioſas dabat ueſtes qbus illi ornati noua cum habitu pulchro ſumebant conſilia & nouas ſpes:fiebantq; delicati: tanq̄ q ex pulchro habitu aliqd ſeſe eſſe crederēt:oia q; faciebāt q ueſtitu dignitas reqrebat: ſicq; oī ſe inertiæ debētes ad inopiā redigebant. monet igit poeta hoī intra terminos facultatū ſuaꝝ uiuēdū. Cuiuſdā Eutrapeli meminit & Cicero ultima epiſtola nō libri. Accubuerā hora nona apud uolūniū eutrapelū & infra Eutrapelū citheris accubuit. De quo potuit poeta intelle xiſſe:quū inter Ciceronē & Horatiū nō multū tpis interceſſerit. Beatus.n. iam:ut ꝑ uerba ſint Eutrapeli ſecū meditātis q̄ facturus ſit q ueſtes pcioſas ſumpſerit:an poetæ ſubiiciētis rationē q̄re hoc faceret Eutrape-

Thrax lus. Beatus ergo q ſe iā beatū putabit. Dormiet in lucē:more delicatoꝝ. ſcorto poſtponet honeſtū: pluris faciet uolptatē q̄ uirtutē & honeſtatē. Nūmos alienos paſcet:fœnore accipiet æs alienū:æs.n. alienū paſcit quū uſuris auget. Ad imū:ad poſtremū. Trax erit:auctorabit ſe in ludū:ut ſit gladiator:nā gladiatores q dā ſpeciali uocabulo thraces dicti ſunt ab armatura Thracū:qđ ſignat Auſoni⁹ i monoſyllabis ſic. Quis myrmilloni cōtēdit? Aequiman⁹ thrax:Inde ēt arma thracis gladiatoris dicta Threcidica. Cic.in.vi Antonianarū. Mirmillo in Aſia depugnauit quū ornaſſet Threcidicis comitē & familiarē ſuū illū:miſeꝝ fugiētē iugulauit. Trāqllus in Caligula. Hūc e ſpectaculis detractū repēte:& in arenā deductū Thraci & mox opolomacho cōparauit. de hoc aſi dixim⁹ in ſermone. Hoc erat i uotis & apđ Iuuenalē in ſatyra:Atticus eximie ſi cœnat.

Olitor
Vinitor
Vindimiator
Aut olitoris aget:aut ſiet mercenari⁹ olitoris. olitoris ē q olera tm̄ curat in horto. Qui āt olera uēdit Lachanopola dicit. Sicuti uinitor pprie q uicta colit:uidemiator uero q uuas legit. Arcanū neq; tu ſcrutaberis Aliud pceptū quo duo monet nec ſecreta aliena eē idagāda(oportet.n.oēm curioſum eē malū)nec cōmiſſa eē reuelāda. Nā oīa qdē ſcire cuiuſcūq; modi ſint cupere curioſoꝝ ē. Duci uero maioꝝ reꝝ cōtēplatione ad cupiditatē ſciētiæ ſummoꝝ uiroꝝ ē putādū. Vino tortus & ira:ēt uino & ira torr⁹: multi.n. iuēti ſunt qui ēt inuiti p uinū & irā ſecreta pdiderūt:quo more p tormēta pdunt:un̄ Pli. ſcribēs de uino ait li.xiiii. Tūc ai ſecreta pferūt: Et horati⁹ alibi: Ebrietas operta recludit. Nec tua laudabis ſtudia aut aliena reprēdes. Aliud pceptū:uitiū obtrectatoris ē ſe ipm extollere:& aliena facta carpe. Nec quū uenari uolet ille. Odioſum.n.

Amphion
Zethes
facit iportuna diuerſitas ſtudioꝝ. Gratia ſic fratū geminoꝝ. Exēplo Amhpionis & Zetæ fratrū geminorū oſidit nulla alia re magis hoīum amicitiā diſſolui q̄ ſtudioꝝ diuerſitate. Amphiō.n. & Zetes filii fuerūt Iouis & Antiopæ uxoris lyci regis Thebanoꝝ:q diuerſis uitā ſuā exegere ſtudiis. Nā amphiō ut diximus i poetica:cithara delectat⁹ adeo dulciter canebat ut ſuauitate cātus ſaxa ad extruēda Thebarum mœnia traxiſſe ductus ſit. Zetes uero uitā celuit ruſticā. Erit ergo ſēſus. Si fratrū geminoꝝ grā potuit diſſolui ob uaria uitæ ſtudia qnto magis affectaroꝝ? Diſſiluit:ſoluta ē Donec ſuſpecta ſeuero cōticuit lyra: fuit inqt īter eos diſcordia quo ap Amphiō lyræ ſtudiū abiecit. Seuero Zetā intelligit. Ceſſiſſe morib⁹ fraternis: ſecut⁹ eē ſtudia fraterna. Tu cede potētis amici lenib⁹ īperiis:eodē mō inqt & tu cede potiori amico quū tibi leniter

aliquid

aliq̃d imperat:ut ſic ſac ei cõſentiasueliſq; eius lenibus ĩperiis parere. Lenibus imperiis:nõ difficilibus.q̃lia ſunt uenationũ:uñ bene ſubdit.Quotieſq; educet in agros. Quotieſq; educet in agros:quotienſcũq; para bit uenatum:p̃ſto ſac adſis. Plagis:retibus. Etholis:Epithetõ fecit a nobili illo uenatore Meleagro Etho lo qui aprũ mire magnitudinis in agro calidonio interemit:nota ẽ hiſtoria.Etholia aũt regio illa eſt ubi eſt naupactũ:qđ noſtris tẽporibus dicimus corrupto uocabulo Lepantũ:cõtra patras oppidũ peloponeſſi. De pone ſeniũ.Omitte inq̃t tunc carmina:hoc eſt ueterẽ exercitationẽ tuã ſcribendi carmina. Camœnæ inhu- Plagæ

Lenibus imperiis: quotieſq; educet in agros
Aetholis onerata plagis iumenta:caneſq;:
Surge: & inhumanæ ſenium depone camenæ:
Cænes ut pariter pulmenta laboribus empta
Romanis ſolenne : uiris opus:utile famæ:
Vitæq;: & membris:præſertim cum ualeas : &
Vel curſu ſuperare canem : uel uiribus aprum
Poſſis:adde:uirilia quod ſpecioſius arma
Non eſt qui tractet : ſcis quo clamare coronæ
Prœlia ſuſtineas campeſtria : deniq; ſæuam
Militiam puer : & cantabrica bella tuliſti
Sub duce:qui templis parthorũ ſigna refixit.
Et nunc:ſi quid abeſt Italis adiudicat armis.
Ac ne te retrahas: & inexcuſabilis abſis:
Quamuis nil extra nnmerum feciſſe : modũq;
Curas:interdum nugaris rure paterno.
Partitur lintres exercitus.Actia pugna
Te duce per pueros hoſtili more refertur
Aduerſarius eſt frater:Lacus Adria : donec
Alterutrum uelox uictoria fronde coronet.

manæ.Epitheton.non eſt perpetuũ:ſed ad eũ re ſpicit q eã lædit quaſi q inhumanus ſit quũ eam intẽpeſtiue tractat. Pulmen a. pulpamina hoc eſt carnes. Empta capta:& cõparata. Pariter: utrũ pariter cænes : an empta pariter p labores. Romanis ſolẽne uiris op⁹. Ab honeſto ſuadet laborẽ uenãdi nõ eſſe detractãdũ:ſubaudi extri ſecus eſt. Vitæ & mẽbris:hoc ab utili ſumptũ eſt uenatione aũt ut utili & honeſta exercitatio ne delectatos eſſe ueteres romanos docet Colu mella in prooemio opis ſic. At me Hercule:uera illa Romuli ples aſſiduis uenatibus: nec min⁹ agreſtibus operibus exercitata firmiſſimis p̃ua luit corporibus. Solẽne:uſitatum. Præſertim quũ ualeas.Ordo eſt & ſenſus.In uenationẽ inq̃t fac deſcẽdas p̃ſertim quũ ualeas & poſſis uel ca nem ſuperare curſu uel aprum uiribus. Adde arma uirilia:q̃ uiris cõueniant : ſunt.n. & mulie bria arma quũ uocabulũ ſit generale. Elegãter occaſionẽ iuenit laudãdi ipſum : cõmendat eni eũ a rebus bellicis:& armorũ tractatione : ut ſit nõ ſolũ uales curſu & uirib⁹ corporis:ſed armo rũ ẽt tractatione ita uales :ut nemo ea ſpecioſi⁹ te tractet. Scis quo clamore coronæ. Scis quo fauore multitudinis te exerceas in cãpo martio; q̃ſi dicat tam bene te geris ĩ p̃liis cãpeſtribus ut oẽs te laudent:eſtq; argumentũ a minori ad ma ius.Nã ſi hoc facis cauſa ludi tantũ:q̃nto magis facies ꝓpter amicitias & utilitatẽ tuam.De exercitatione cãpeſtri diximus in poetica & Strabone ſcribẽte ſic Cãpi martii admirabilis magnitudo.Et curriles pariter curſus : & alia equeſtria certamina expedita ſuppe- ditat.Nec minus tã multis pilã:circulũ:palæſtrã exercitatione tractãtibus. Deniq; ſæuã Militiã puer.Occa ſionẽ nactus ẽ qua & ipſum & Ceſarẽ Auguſtũ laudaret.Sæuã aũt militiã bellũ ciuile intelligit:quod ab Au- guſto geſtũ eſt aduerſus Brutũ & Caſſiũ:aut reuera ſæuam militiã bellũ ipſum cantabricũ:populi.n. ſunt ſæ ui & horrendi hiſpaniæ:de q̃bus ſic meminit in tertio carminũ.Seruit hiſpanæ uetus hoſtis ore Cãtaber ſera domitus catena.Et in q̃rto.Te Cãtaber nõ ante domabilis miraꝛ. Cãtabrica bella : q ſub Auguſto olim in cãtabria militaſti:hoc ẽ in hiſpania:q nunc a parthis ſigna Romana quondã capta cũ Craſſo recepit:de quo in epiſtola q̃ incipit:fructibus Agrippæ facta eſt mentio. Reſixit:reuulſit. Tẽplis:ex tẽplis parthiorũ: uñ in quarto carminũ.Et ſigna nřo reſtituit Ioui Direpta parthorũ ſupbis Poſtibus. Adiudicat:adiũgit impio Romano. Armis italis:ſeptimus eſt caſus. Si qđ abeſt.ſiq̃d amiſſum ẽ. Ac ne te retrohas & inexcuſabilis abſis.Sẽſus eſt pẽdens a ſupiore Et ne inq̃t a rebus ꝓrſus bellicis recedas:& ſine excuſatiõe abſis ab urbe(licet nihil niſi ſapienter agis)interdũ in agro paterno certaminibus bellicis exerceris iuxta illud Iuuenalis.Medi- tatus p̃lia uilla Fuſcus marmorea.ordo aũt eſt. Ac interdũ nugaris rure paterno.i. ludis & q̃ſi p iocum in ar- mis exerceris:ne te retrahas a bellis q̃lia fuere cãtabrica:& certaminibus qualia in cãpo martio es meditatus & ne abſis ſine excuſatiõe.Nã quũ rure paterno exerceris excuſationẽ habes nõ eẽ mirãdũ ſi ĩ cãpo martio nõ exerceris quũ alibi id facias:uis.n. hr̃e excuſationẽ qa nihil unq̃ facis extra numeꝝ & modũ. Quãuis nil ex tra:hæc p parẽtheſim leguꝛ. Extra numeꝝ:extra pfectionẽ. Valeri⁹ lib.viii. Loq̃ns de Catõe ſupiore.Om nib⁹ numeris uirtutis diuitẽ. Modũ:mẽſurã. Nugaris:ludis:hoc ẽ ludos nugatorios exerces. Partiꝛ lin- tres exercit⁹:imaginẽ pugnæ acciacæ ſignificat:q̃ cõmiſſa fuit iter Auguſtũ Cæſarẽ.M.Antoniũ & Cleopa- trã:iuxta Acciũ ꝓmõtoriũ.nota ẽ hiſtoria.Eſt ergo ſenſus. Tu Lolli tanq̃ Cæſar rep̃ſentas pugnã illã acciacã. Cantabri

Te duce:tanq̃ Auguſto Cæſare. Per pueros:p ſeruos tuos. Referꝛ:rep̃ſentaꝛ. Aduerſari⁹ ẽ frater : hoc dicit:frater tu⁹ uicẽ aduerſarii p̃ſtat:hoc eſt.M. Antonii. Lac⁹ : Lacũ ubi tu hãc pugnã rep̃ſentas ſimulato nomine Adriam appellas:q in mari Adriaco pugna illa tua acciaca ſit commiſſa. eſt autem adria oppidum Etruriæ:de quo ſic Liuius libro quinto ab urbe condita: Toſci mare inferum communi uocabulo gentis:tu- ſcum.Superum adriaticum ab Adria Tuſcorum colonia uocauere Italice gentes. Donec alterutrum.Et tã diu nomina ſimulata ſeruanꝛ:donec alteruter uincat:aut tu:aut frater tuus.Fronde hoc eſt lauro: nã lauro coronabanꝛ uictores:unde Plinius ſcribit lauro delphica uictores delphi coronari & triũphãtes Romæ.

Conſentire ſuis ſtudiis:qui crediderit te
Fautor utroq; tuum laudabit pollice ludum.
Protinus ut moneã:ſiquid monitoris eges tu:
Q uid:de quoq; uiro:& cui dicas ſæpe uideto.
Percũctatorẽ fugito:& nam garrulus idẽ eſt,
Nec retinẽt patulæ commiſſa fideliter aures.
Et ſemel emiſſum uolat irreuocabile uerbum.
Non ancilla tuum iecur ulceret ulla:puer ue
Intra marmoreum uenerandi limen amici.
Ne dominus pueri pulchri:caræue puellæ
Munere te paruo beet:aut incõmodus angat.
Q ualẽ cõmẽdes etiã atq; etiã aſpice:ne mox
Incutiant aliena tibi peccata pudorem.
Fallimur:& quõdã:nõ dignũ tradimus:ergo
Q uẽ ſua culpa premet:deceptus omitte tueri:
V t penitus notũ ſi tentent crimina ſerues:
Tuteriſq; tuo fidentem præſidio:qui
Dente Theonino cum circũroditur ecquid?
Ad te poſt paulo uentura pericula ſentis?
Nã tua res agitur:paries cum proximus ardet,
Et neglecta ſolent incendia ſumere uires.
Dulcis inexpertis cultura potentis amici.
Expertus metuit.tu dum tua nauis in alto eſt:
Hoc age:ne mutata retrorſum:te ferat aura.

Conſentire ſuis ſtudiis q̃ crediderit te:Ille inq̃t q crediderit te nulla in re a ſtudiis ſuis diſſentire tibi oĩbus in rebus fauebit.q.d. ſi Auguſtus Cæſar cognouerit te a ſtudiis ſuis nõ diſſentire oĩbus in rebus uehemẽter tibi fauebit:hoc aũt ab eo ſenſu pendet quo monuit nihil eſſe quo magis amicitiæ diſſoluant̃ q̃ diuerſitate ſtudiorũ: unde dixit Gratia ſic fratrũ geminorũ Amphionis atq; Zetæ diſſiluit:monet igit̃ p cõtrarium nihil eẽ quo magis amicitiæ ſtabiliant̃ q̃ ipſa ſtudiorũ ſimilitudine. Tuũ ludũ:ſi ludũ edideris. Laudabit fautor: i. fauens laudabit. Vtroq; pollice:aut utraq; manu ut ſit tropus ſynecdoche a parte totũ: hoc ẽ plauſu utriuſq; manus:aut qa quũ fauemus pollices p̃mere iubemur:uñ plinius ut recitauim⁹ apud Iuue.illic Et uerſo pollice uulgi lib.xyiii.ĩ magicis.Pollices inq̃t quũ fauemus p̃mere ẽt ꝓuerbio iubemur:Porphyrio ait ſic.Qui laudat uehemẽtius manus iungens iungit pollicẽ cũ ꝓximo. Protinus ut moneã:aliud p̃ceptũ ſaluberrimũ:ut diligẽter tria cõſideret qd dicat:& de quo dicat:& cui dicat. Quoq;:duæ partes ſunt oratiõis:ut ſit & de quo uiro. Percũctatorẽ fugito. Aliud p̃ceptũ uera ẽ ſententia:nam eodem ſtudio prodit:quo audit q̃ perſcrutat̃. Fideliter:Ordo eſt nec retinent fideliter. Et ſemel emiſſum:terribiliter eſt ꝓnunciandũ. Non ancilla.aliud p̃ceptũ in domo inq̃t diuitis non ames ſeruũ aut ancillã:ne ille paruo munere te donet putetq; te accepto mãcipio obnoxium ſibi factum:aut non accepto te cruciet. Alterutrum enim faciet:aut dabit tibi mancipiũ ut te ſibi obnoxium faciat: aut non dabit:ſicq; cruciaberis quum id hr̃e nõ potueris q̃ maxime optaueris. Qualem commendes. Aliud præceptum monet ne quem incognitum:hoc eſt cuius ingenium nõ norimus diuiti amico commendemus ne eo peccãte nos poſtea puteat talem commendaſſe. Commendare autem hoc loco accipe pro laudare. Ne mox:ne poſtea. Fallimur:non eſt inquit mirũ ſi hoc moneo: ut neminẽ temere cõmendemus: ſæpe.n. fallimur ut quos dignos eẽ cõmendatione putamus indignos eẽ reperiamus. Et quondã:aliq̃ndo:Tradim⁹:cõmendam⁹. Ergo quẽ ſua culpa p̃met:qd ergo inq̃t fiet ſi peccauerit? Si peccauerit inq̃ & in offenſionem uenerit ſua culpa:noli tu deceptus eum tueri quemadmodum ſerues & tuteris penitus notum fidentem tuo preſidio ſi maledicorum criminatione leditur: hoc eſt ſicuti debes ſeruare & protegere penitus notum quum maledicorum criminatione urgetur: nam quum roditur maledictis obtrectatorum non ſentis p̃icula uẽtura ad te paulo poſt? Deceptus. Tu deceptus:quum aliter eum iueneris q̃ putabas. Vt ſerues:quẽadmodum:q̃lr̃ ſerues:hoc eſt ſeruare debes.Penitus notum:ualde notũ & probatum. Si crimina tentent: ſi maledicorum criminationes eum tentent:calumnientur. Qui dente Theonino quum circumrodit̃:hoc eſt:qui cũ mordetur ab inuidis obtrectatoribus tibi iuuandus eſt:ne tu quoq; lædaris.Theon autem auctore Porphirione: quidam fuit adeo rabioſæ dicacitatis:& maledicentiæ ut in ꝓuerbium ceſſerit.Dente theonino illum rodi & qui cõuitiis laceraret̃:unde Auſonius in carmine hendecaſyllabo poeta quendam indoctũ & mordacem Theonem appellat.Nec poſt hac metues ubiq; dictũ.Hic eſt ille Theon poeta falſus.Bonorũ mala carminũ Lauerna.ergo dente theonino:hoc eſt mordacitate theonina:uehementi & rabioſa. Et qd ſentis? Sétuſne? Pericula uentura ad te:futurum ut tu quoque paulo poſt mordearis? Nam tua res agitur: ſententia per alegoriam demonſtrans uicinorum periculum noſtrum eſſe:quo colligit patrocinium amici apud diuitem ſuſcipiendum:ne ſi neglectus fuerit.nos quoque obtrectatorum maledictis labefactemur. Dulcis inexpertis cultura potentis amici: ſubaudi extrinſecus eſt: hoc autem dicit amicitiam diuitis uideri dulcem ei qui eam non ſit expertus: cæterum experto ſolere eſſe moleſtam & plenam timoris: ſemper enim timet nequid committat:unde mereatur excludi:unde ſubdit ſibi cauendum eſſe: ne dum proſperum amicitiæ curſum tenet ab aliquam offenſionem ab amico excludatur. Dum tuam nauis in alto eſt.Allegoricos hoc dicit: dũ tu in proſpera uerſaris amicitia. Hoc age:hoc ſerua & diligentiam adhibe ne aura mutata ferat te retrorſũ hoc eſt tenuis & leuis culpa abſtrahat te ab amico.Eſt aũt uerbũ:ut ante diximus antiquæ religiõis Rõanæ. Nã Nũma Põpilius uir põtificii iuris prudẽtiſſimus expoſitor inſtituit:ut quũ pricipes:aut ſacerdotes rẽ diuinã facerẽt p̃co ingẽti uoce p̃cedens clamaret:hoc:age aĩos ſacrificio adhiberi iubens: ne ullis interiectis operibus: quæ plurima humanis in rebus ui & neceſſitate quodãmõ fieri cõtingit, diuinus auerteretur cultus.

Oderunt hilarẽ triſtes:hic oñdit ſimilẽ ſimili delectari:unde eſt illud Ciceronis Pares cũ paribus ueteri prouerbio facillime cõgregari. Potores bibuli. Qui uino inqt delectanť nõ amát eũ: qui pocula a ſe porrecta recuſauerit:licet ad excuſationẽ nõ bibendi dicat ſe morbo laborare:hincq; oñdit quid ſit leuis aura:hoc eſt parua cauſa cur qs nõ ametur. Potores bibuli falerni:bibuli noiatiuus eſt pluralis:hoc eſt bibaces.ná bibulus dicit̃ q libenter & ualde bibit:uñ & bibulá dicimus harená:q̃ libenter & ualde bibat. Tepores:febres. Bibulus
De me ſupcilio nubé:monet ne triſtẽ aut nimiũ ſeuerũ ſe pbeat:muti.n. ppter hoc in odiũ inciderũt: hilaré inqt fac pſtes.

Oderunt hilarem triſtes:triſtemq; ioco ſi.
Sedatum celeres:agilem : gnauumq; remiſſi:
Potores bibuli media de nocte falerni
Oderunt porrecta negantem pocula : quãuis
Nocturnos iures te formidare tepores.
Deme ſupercilio nubem.plærunq; modeſtus
Occupat obſcuri ſpeciem:taciturus acerbi.
Inter cuncta leges : & percunctabere doctos:
Qua ratione queas traducere leniter æuum:
Ne te ſemper inops agitet : uexetq; cupido:
Ne pauor: & rerum mediocriter utilium ſpes.
Virtutem doctrina paret:natura ne donet:
Quid miuat curas:quid te tibi reddat amicũ:
Quid pure trãquillet:honos:an dulce lucellũ:
An ſecretum iter : & fallentis ſemita uitæ.
Me quoties reficit gelidus Digentia riuus:
Quem Mandella bibit rugoſus frigor̃ pagus:
Quid ſentire putas?qd credis amice precari?
Sit mihi:quod nunc eſt:ẽt minus:ut mihi uiuã
Quod ſupereſt æui : ſiqd ſupereſſe uolunt Di.
Sit bona librorum:& prouiſæ frugis ĩ annum
Copia:neu fluitem dubiæ ſpe pendulus horæ:
Sed ſatis eſt orare Iouem:qui donat: & aufert:
Det uitã:det opes:æquũ mi aĩum ipſe parabo.

Plerũq; modeſtus:deeſt ẽt:ut ſit etiá modeſt⁹. Plærũq; inqt accidit ut etiá modeſtus occupet ſpeciẽ obſcuri:hoc ẽ triſtis : hoc eſt ut q modeſtus ſit triſtis & ſeuerus cenſeať. Et taciturnus acerbi.i. hois:cuius mens non facile dephendať. Inter cũcta leges. Oſtendit pbiæ morali operá eſſe dandá:ex qua pcepta habenť q̃ doceát:quõ aĩ noſtri cupiditates domádæ ſint ac p hoc monet doctriná eſſe neceſſariá ad potẽtiorũ amicitiá pmerendá. Et percũctabere Doctos.ſ.pbos. Qua rõne:quẽadmodũ poſſit qete & ſuauiter uiuere. Leguntť hæc cõiuncti cum ſequẽtibus uſq; ad illud Me quotiens reficit: ut legendũ ſit Ne ſemp inops & nõ nec te ſemper inops: ná ſi pbiæ morali opam iquit debes habebis pcepta q̃ doceant te ſuauiter uictuꝝ ſi auaritiam fugeris:q̃ ſtudio acqrendi:& metu amittẽdi q̃ſita cruciat. Ne te ſemp inops:ne ſemp auaritia te maceret. Ne pauor & reꝝ mediocriter utiliũ ſpes. Eleganter docet utrũq; eẽ ſtulticiæ & miſeriæ uel timere ne amittat:uel ſpare cum uoto igẽti res medeocriter utiles : hoc eſt bona fortunæ. Ne pauor: ſubaudi uexet a ſuperiore: ná quẽadmodũ ſpes eſt expectatio boni:ſic met⁹ eſt expectatio ipẽdentis mali. Virtute doctrina paret:a ſupiore pendet. Tu inqt pcunctabere doctos doctrinane paret:uirtutẽ:an natura:hoc eſt doctrinane an natura ſapiamus. Natura primũ:ars extremũ inuenit. Quid minuat curas: quid te tibi reddat amicũ:ipſam át uirtutẽ intelligit q hoiem ſapientẽ facit ita ut neq; curis obnoxius ſit:neq; qcq̃ ſtulte faciat:uñ ſe ledat pinde q; ſibi amicus eſt. Quid pure tranqllet.i.q res delectet & uere tranquillum reddat animum:an honos:an dulce lucrum an iter ſecretũ: ideſt an receſſus in ſolitudinem & ſemita uitæ fallentis:ideſt uitæ latentis & ignoratæ ab hominibus. Nam qui ſe a cõſortio hominum ſeparant:uitam uidentur in obſcuro agere quum eorum opera publice non appareant:uidetur q; ea uita eſſe tranquilla:quando ab omni rerum humanarum ſtrepitu ſemoti uiuant:multi enim ſeueri & graues uiri tranquillitatem animi expetentes a negotiis publicis ſe remouerunt ad ociumque perfugerunt:uixeruntque in agris & ſolitudine delectari re ſua familiari:hæcque omnia ſumuntur ex philoſophia morali.
Vitæ fallentis:uitæ latentis & ignoratæ:ſic & alibi ante. Nec uixit male:qui natus morienſque fefellit. Me quotiens reficit. Senſus eſt. Quid putas me ſentire & petere a diis quum ſum in meo rure? Digentia riuus: Digentia
fluuius eſt labens per agrum Horatii. Mandela pagus eſt in Sabinis :iuxta quem Horatius habuit agrum. Mandela
Bibit pagus:tropos metonymia:hoc eſt pagani bibunt. Rugoſus frigore. nimio enim frigore incolæ corpora habent contracta & rugoſa. Quid ſentire putas quid credis amice precari : deeſt niſi illa quæ ſequuntur:ut ſit mihi ſcilicet quod nunc habeo:etiam minus dummodo uiuam mihi id æui quod ſuper eſt : hoc eſt arbitrio meo nullas prorſus inſeruiens cupiditatibus. Ille eniꝫ dicitur ſibi uiuere qui uiuit ut uult. hoc eſt qui liberi eſt animi. nec affectibus ſeruit. Si quid:ſubaudi æui. Si bona librorum:ut habeam magnam copiam librorum:ubi obſeruandum eſt Horatium id primum precari quo maxime delectabatur:quod ad uirtutem tendit:eſt enim bonum mentis uirtutis:mox fruges & uictum quæ bona ad corporis conſeruationem ſpectant. Neu fluitem dubiæ ſpe pendulos hore. Ne eo miſeriæ perueniam:ut mihi expectandum ſit tempus cœnandi apud alium ſub incerta ſpe. Fluitem:agiter animo & in dubio ſim. Sed ſatis eſt orare Iouem:Petam inquit ab Ioue id:quod ipſe mihi præſtare non poſſum uitam & opes. cæterum ut æquum animum geram in mea magis poteſtate eſt quam Iouis:per quod colligit in poteſtate noſtra eſſe quales eſſe uelimus:quando deus ut in eccleſiaſtico legitur ab initio conſtituit hominem & reliquit illum in manu conſilii ſui. Aequum:patientem:& qui non huc magis quam illuc pendeat.

PRiſco ſi credis Mecœnas docte Cratino. Hanc epiſtolã ſcribit ad Mecœnatẽ in q̃ demõſtrat ꝙ & quõ carmina ſcripſerit q̃ſi neminẽ imitatus fuerit: ſed libero cõſilio ſua iuenta pſcripſerit: ſed piꝰ uitupat imitatores oẽs & iprimis poetas q uirtutes aliquorũ admirati nõ aſſecuti continuo: ſe iis ipſis ſimiles fore exiſtimãt ſi ſola illoꝝ uitia cõſectent̃ queadmodũ faciũt ii q quũ itellexerim Homeꝝ fuiſſe uinoſum putãt ſe bonos poetas fieri poſſe ſi uinolẽti & ipſi fuerit. Ergo hoc totũ p ironiã dr̃: non ꝙ Horatius id ipſuꝫ ueꝝ exiſtimet uel de Cratini opiniõe: uel de Homero uinoſo. Senſus ãt ẽ. Nulla carmina laudabilia fieri poſſe nec duratura niſi ab iis qui multo uino inebriant̃ hocq; ex opiniõe Cratini ſcriptoris comœdiæ ueteris: de quo in ſermonibus Eupolis atq; Cratinꝰ Ariſtophaneſq; poetæ: ſed hoc totũ ut diximꝰ ironicos. Ab aq̃ potoribus: hoc ẽ abſtemiis & ſobriis: illud nõ placet ꝙ aliq exponũt ab aquæ potoribus. i. pauperibus: quũ oino poeta hoc itelligat (ironicos tñ) bona ſolũ carmina fieri a potoribꝰ uini nõ aq̃. Quũ cõtra oñdat Iuuenaſis poetis abſtinẽdũ eẽ uino dicens. Fuit utile multis Pallere & toto uinum neſcire decẽbri. Vt male ſanos adſcripſit liber ſatyris fauniſq; poetas. Senſus eſt. Ex quo liber adſcripſit inſanos poetas ſatyris & faunis: ipſæ certe muſæ ẽt mane ſobriæ nõ fuerunt: q̃ſi quæ prima luce uino indulſerint. ſicq; oñdit multos extitiſſe q ſe p uinũ putarũt poſſe fieri bonos poetas ex quo bacchus ipos in numeꝝ & q̃ſi militiã ſatyroꝝ & faunoꝝ recepit. Satyri enim & fauni bacchũ tanq̃ eius milites ſequunt̃. Nã ut ſcribit Strabo Silẽt. Satyri: bacchæ: Lenæ: Thiades: Mimallones: Naiades: Nymphæ: & quos Tytiros uocãt ſacerdotes fuerũt Bacchi: uñ Ouidi. i arte amãdi. Ecce Mimallonides ſparſis in terga capillis: Ecce leues ſatyri puia turba dei: Ebrius ecce ſenex pando Silenus aſello. Vix ſedet & preſſas cõtinet arte comas: Dũ ſeq̃t̃ Bacchas. Vt. i. ex quo & ide ut: ẽ. n. aduerbiũ tpis. Male ſa. hoc ẽ iſanos: nam Democritus ait poeticam natura magis q̃ arte cõſtare: & eos ſolos poetas eẽ ueros qui inſaniant: in qua pſuaſione eſt & Plato: uñ illud ẽ in poetica. Excludit ſanos helicone poetas Democritus ubi plæraq; recitauimus ex ſnĩa Platonis in libro quẽ inſcripſit Ionẽ de furore poetico. Camenæ dulces oluerũt uina. Hippallage eſt: ut ſit uina dulcia. Camenæ aũt dicunt̃ ipſæ muſæ q̃ſi canenæ ꝙ bñ canãt. Adſcripſit quaſi i militiã ſuam: Nã adſcribere uerbũ eſt militare. Laudibus arguit̃ uini uinoſus Homerus: uerba ſunt Horatii ridẽtis eos q Homeꝝ uinoſum putarunt: qa ſæpe in Iliade & Odiſſea uinũ laudauerit: ut ſit ſenſus. Homerus arguit̃ eſſe uinoſus Laudibus uini. i. cẽſet̃ uinoſus: qa uinũ ſæpe laudauerit. Ennius ipſe pr̃: hoc totũ cũ irriſione & imitatiõe quadã ſtultæ pſuaſionis Ennium nũq̃ ad ſcribẽda carmina deſcẽdiſſe niſi potũ. Ennius pater. pr̃em Enniũ appellat ꝙ ipe primus Latinorũ ad heroici uerſus imitationẽ aſpirauerit. Ad arma dicẽda ad deſcribẽda bella q̃lia i annalibus ſuis cõplexus ẽ: bellũ. n. punicũ ſcripſit. Forum putealq; libonis: uerba ſunt credẽtis uerũ poetã eẽ nõ poſſe niſi uinolẽtũ: ut ſit ſenſus ita qdẽ cõuenit poetas eẽ uinolẽtos ſicuti cauſidicos & iuriſcõſultos eẽ ſobrios. Eſt ãt ordo. Poetæ nõ ceſſauere certare & putare mero nocturno & diurno ſimul edixit hoc. ſ. mãdabo ſiccis forũ & puteal libonis. Adimã cãtare ſeueris. Simul: poſtq̃. Edixit. ſ. Enniꝰ quẽ ſibi pſuadent ita edixiſſe. Forũ: p forũ lites & cauſas ſignificat. Puteal libonis: ſedes fuit p̃toris ppe arcũ fabianũ dictũ ꝙ a libone: ut ſcribit Porphyrio illic primũ tribunal & ſubſellia collocata ſint. Mãdabo: re legabo: tradã. Siccis: ſobriis. ſ. cauſidicis & iuriſcõſultis. Adimã cãtare ſeueris: ieiunis ingt & ſeueri nõ cãtabũt: ut inuat oportere uerũ poetã eẽ uinolẽtũ ut benecãtet. Hoc ſimul edixit. Stati ut hoc ingt uiſus eſt Enniꝰ oibꝰ dixiſſe: nõ ceſſauere poetæ dies nocteſq; potare. Quid ſiqs uultu: Quid ſiqs ingt ueſtẽ uultuq; Catonis imitet̃: nunqd cõtinuo & uirtutibꝰ erit Cato? ut ſit manifeſta irriſio eorũ q ſola uitia bonorũ imitant̃ putãtes ſe fore illis ſimiles & in uirtute: ſed decipiunt̃ qa uitia tñ eorũ ſectãt̃: uñ ut tradit Geliꝰ ab Herode attico uiro cõſulari & græca facũdia celebri eiuſus ẽ qdã q palliatꝰ & crinitꝰ barbaq; ppe ad pubẽ uſq; porrecta æs ſibi dari petiit. Quẽ Herodes quũ iterrogaſſet q̃ſnã eẽt: atq; ille uultu ſonituq; uocis, obiurgatorio pħm ſeſe eẽ diceret: mirari quoq; adderet cur q̃rẽdũ putaſſet qđ uideret: uideo ingt Herodes barbã & palliũ: pħm nõdũ uideo. Hicq; poeta exprimit quo habitu ſolitꝰ ſit Cato incedere. Textore exiguæ togæ metonymia id qđ ſit p eo q facit. textore igit̃ p textura itellige. Simulet: imitet̃. Repñtet: referat. Rupit hyarbitã: hoc exẽplo oñdit ſtultos imitatores i grauia plærũq; icidere pericula. Nã hic hyarbita mauꝰ fuit: q dũ Timagentẽ poſt cõuiuiũ & iter pocula declamantẽ imitari cõtẽderet nec poſſet: iuidia idiſruptus ẽ. Ordo ãt eſt Ligua hyarbitæ æmula. i. imitatrix Timagenis rupit ipm hyarbitã dũ ſtudet haberi urbanus & diſertus.

### Q. Horatius Flaccus ad Mecœnatẽ.

PRiſco ſi credis Mecœnas docte cratino:
Nulla placet̃ diu: nec uiuere carmina poſſunt
Quæ ſcribuntur aquæ potoribus, ut male ſanos
Adſcripſit liber ſatyris: fauniſq; poetas.
Vina fere dulces oluerunt mane camœnæ.
Laudibus arguitur uini uinoſus Homerus.
Ennius ipſe pater nũquam niſi potus ad arma
Proſiluit dicenda: forum: putealq; Libonis
Mandabo ſiccis: adimam cantare ſeueris.
Hoc ſimul edixit: non ceſſauere poetæ
Nocturno certare mero: putare diurno.
Quid? ſiquis uultu toruo ferus: & pede nudo:
Exiguæq; togæ ſimulet textore Catonem
Virtutem ne repræſentet: moreſq; Catonis?
Rupit Hyarbitam Timagenis æmula lingua:
Dũ ſtudet urbanus: tenditq; diſertus haberi.

hoc eſt dũ Timagenẽ & dicẽdo & paſcẽdo amicos:conat̃ adæquare. Timagenes aũt fuit hiſtoricus: de quo. ita Quinti.li.x. Clytarchi ꝓbat̃ īgeniũ:fides īfamat̃. Lõgo poſt īteruallo tpis natus timagenes uel hoc ipſo ꝓbabilis ꝙ intermiſſam hiſtorias ſcribẽdi īduſtriã noua laude recupauit. De eo Sene.i.iii.de ira ſic ſcribit. Hiſtorias q̃s poſtea ſcripſerat recitauit & cõbuſſit:& libros acta cæſaris Auguſti cõtinẽtes ī ignẽ ꝓiecit. Inimicitias cũ Cæſare auguſto geſſit:& quũ q̃dã ī Auguſtũ & uxorẽ eius & ī totã domũ eius dixiſſet nec ꝑdidiſſet dicta:Sæpe illũ Cæſar monuit ut moderatius lĩgua uteret̃ ꝑſeuerãti domo ſua īterdixit:Poſtea timagenes ī cõtubernio pollionis Aſinii cõſenuit:ac tota ciuitate dilect⁹ ẽ.

Decipit exemplar uitiis imitabile:quod ſi
Pallerem caſu:biberent exangue cuminum.
O imitatores ſeruum pecus:ut mihi ſæpe
Bilem:ſæpe iocũ ueſtri mouere tumultus.
Libera per uacuum poſui ueſtigia princeps.
Non aliena meo preſſi pede.qui ſibi fidit
Dux:regit examen.Parios ego primus iãbos
Oſtendi Latio numeros:animoſq; ſecutus
Archilochi:nõ res:& agẽtia uerba Lycambẽ.
At ne me foliis ideo breuioribus ornes:
Quod timui mutare modos:& carminis artẽ:
Tẽpat archilochi muſã pede maſcula:Sappho
Temperat Alcæus:ſed rebus:& ordine diſpar.
Nec ſocerũ quærit.quẽ uerſibus oblinat atris:
Nec ſponſæ laqueum famoſo carmine nectit.

Decipit exẽplar uitiis imitabile. Decipiunt̃ inq̃t ſtulti:q quũ ꝓpoſitũ ſit exẽplar bonoꝝ:eos tñ uitiis imitãt̃ ut ille q ſe Catonẽ imitari putat:ſi ſemp triſtis & ſordidatus īcedat. Ergo exẽplar imitabile.i.qđ eẽt imitãdũ ut bonũ decipit uitiis:q̃ tñ ſeq̃mur:ſicq; uituperat tales imitatores. Quod ſi.p.c. Adeo inq̃t ſtulti ſunt ut ſi caſu pallerẽ:ipſi quoq; talẽ pallorẽ medicaminibus imitarent̃:nã cyminũ auctore Pli. potu ſũptũ pallorẽ gignit:p qđ colligit ut diximus eos decipi q ſimiles ſe fore putãt iis:quos ī uitiis tñ imitant̃. O imitatores.ſ.p. acclamatio ſũma cũ īdignatiõe & riſu ī tales imitatores q nõ minus ſerui ſunt ad ꝑſcriptũ alienũ:q̃ pecora ad ꝑſcriptũ dñi:q̃ſi q ab eoꝝ ueſtigiis tã q̃ impiis nõ diſcedãt unñ ſubiicit iã de ſe loquẽs libeꝝ ſe nõ ſeruũ eẽ q̃ ſi q nemĩnẽ ſecutus fuerit:ſed libero cõſilio ſua īuẽta ꝑſcripſerit. Ait ergo ſe poſuiſſe ueſtigia per uacuũ:hoc ẽ neminis ſe imitatorẽ eẽ. Mouere bilẽ.colerã:īdignationẽ. Iocũ:riſũ. Alienã.ſ. ueſtigia:ſignificat ãt carmĩa iãbica ſ more latio ſe primũ ſcripſiſſe:unñ Quinti.li.x.ſic ſcribit. Iãbus nõ ſano a Romanis celebratus ẽ:ut ꝓpriũ opus a qbuſdã īterpoſitus:cuius acerbitas ī Catullo Bibaculo:Hora. At lyricoꝝ idẽ Hora. fere ſolus legi dignus. Priceps prim⁹. Qui ſibi fidet ille iq̃t q ſibi fidet:alios nõ imitabit̃ ſed ipſe duxerit alioꝝ:hoc ẽ ipſe libero cõſilio ex ſe excogitata ſcribet:q̃ alii ſequãt̃:quẽadmodũ apes regẽ ſequũt̃ ſuũ. Parios.e.p.i.ego igt primus apud latinos ſcripſi carmẽ iãbicũ q̃le Archilocus parius apud græcos.q.d. alii q carmẽ iãbicũ uolẽt ſcribere me neceſſe ẽ ſequãt̃. Parios iãbos:qa parius fuit archilochus:pos ãt iſula ẽ cũ oppido ab Delo.xxxviii.milibus paſſuũ diſtãs:marmore nobilis:q̃ auctore Pli. prio plateã poſtea minoida uocarũt. Nũeros aĩoſq; ſecutus Archilochi:hoc dicit:ſe de Archilocho nihil trãſtuliſſe ꝑter metꝝ:res & argumẽta neglexiſſe:qbus ille lycãbẽ ꝑſeq̃t̃:a quo repudiatus ẽ gener. Nã quũ lycãbes ut diximus ī poetica. Neobolẽ filiã ſuã ī mr̃imoniũ ꝓmiſiſſet Archilocho:moxq; eã denegaſſet. Iratus Archilochus carmẽ Iãbicũ tãta acerbitate ī eũ ſcripſit ut pr̃ cũ filia laq̃o ſibi gulã fregerit. In Archilocho ſũma auctore Quinti. uis fuit elocutiõis:cũ ualdæ tũ breues uibrãteſq; ſnĩæ:plurimũ ſanguinis atq; neruoꝝ. De eo ſic Hora. ī poetica Archilochũ ꝓprio rabies armauit iãbo. Numeros dimẽſionẽ pedũ. Aĩos:ui & acrimoniã illã ſnĩaꝝ. Agẽtia:ī ſequẽtia: Virg. Paſtor agẽs telis. Ac ne me foliis iõ breuioribus ornes. Et ne me igt putes penus eẽ laudãdũ:qa nihil auſus ſum īnouare ac ꝓferre p meo illud ſcies multa me ex ꝓbatis auctoribus cõpoſuiſſe. Foliis mi. minore lauri corona ac p hoc mĩore laude. Tẽperat.A.m. Metrũ igt archilochi qđ nos imitamur tẽpat̃ uerſibus Sapphus & Alcæi quos imitor:nã & ipſi carmẽ iãbicũ ſcripſere:ſed neq; eodẽ ordĩe uerſuũ:neq; rebus tẽperat̃.qa Alceus ñ eo ordĩe utitur nec rebus qbus Archilochus:ſed pedes tñ nõ materiã ſeq̃t̃:ut deniq; illud ītelligi uelit:ſe nõ ſolũ Archilochũ ſ; & Sappho & Alcæũ ī carmĩe iãbico imitari:ſicq; eorũ ſtilũ & caracterẽ metri ī carmĩe ſuo miſcere.

Maſcula Sap. uel qa ī ſtudio poetico tã q̃ uir uerſata ẽ ī quo ſæpi⁹ enituit uel qa (qđ magis placet) trib⁹ fuiſſe ferẽ. τριβειν.n.ẽ qđ fricat̃. Nã ꝑter uirũ:mulieres quoq; ſupra cõditionẽ muliebrẽ amauit:q̃s īſultãdo ſricabat. Tres ãt ꝑcipue amauit Atthidẽ:Teleſippã:& Megerã. Ipſa ãt Leſbia fuit & Mitylene: ſcripſit auctore. Suida libros lyricos nouẽ:pr̃ia plectrũ reppit:ſcripſit epigrãmata:Elegias:iãbos & Næniás:Huius poemata Laſciua fuiſſe īdicat Oui. Leſbia qd docuit Sappho niſi amar̃ puellas:Et ī arte amãdi. Nota ſit & Sappho:qd .n. laſciuius illa? nata ãt ẽ q̃dragẽſima ſecũda olympiade:quo tpe & Alcæus & Steſichorus & Pyttacus unus ex ſeptẽ ſapiẽtibus:Cũ his Sappho claruit admirãda res. Nã ut refert Strabo li.xiii.nullã fœminã ſcimus hoc nõ memorabili tpe huic ſimilẽ uiſam:nec ī minima pte poeticæ cũ illa cõpandã. Alcæus:poeta fuit lyricus mithyleneus quo tpe (ut diximus fuit & Sappho:quẽ Quinti.li.x.ſcribit magnificũ fuiſſe:breuẽ diligẽtẽ:& plurimũ Homero ſimilẽ.ſed ī luſus amoreſq; deſcẽdiſſe:ī pte opis aureo plectro donatũ qa tyrãnos īſectatus ẽ multũ ẽt morib⁹ cõfert. Nec.ſ.q. nec ſocerũ lycãbẽ poſcit:hoc ẽ materiã Archilochi nõ ſumit: q ut dixim⁹ lycãbẽ cũ filia carminis acerbitate ad laqueũ cõpulit. Quẽ oblinat:quẽ cooperiat & maculet eũ calũniãdo. Famoſo crimĩe:qđ ei obiiciebat:aut (qđ nõ minus placet) legẽdũ ẽ famoſo carmĩe hoc ẽ maledico:quo eã īſectatus ẽ. Hunc ego:Ego inq̃t hũc Archilochũ primus apud latinos uulgaui:hoc ẽ primus fui q eũ metro imitatus ſum. Nõ dictũ prius alio ore latinis.nõ prius ab alio celebratũ apud latinos. Fidicen:nã talia car

Paros

Archilochus

Sappho

Alcæus

mina ad lyrā cātabāť a poetis. Iuuat ime. gaudeo ingt carmīa lyrica a nemīe alio ex latinis añ me dicta & memorata legi & teneri. Ordo āt ē. Iuuat me ferētē imemorata legi igeniis & oculis. & teneri manibꝰ. Scire .u.m.c. Deeſt audies. itelliges: uel aliqd tale: ut ſit ſenſus. Si uelis ſcire audies. Et hic rōnē reddit q̄re publice carmē ſuū nō laudeť: quū a plurimis domi & i abſtruſo cōmēdeť: dicēs id fieri iuidia: q̄ inimica ē uirtutis: qa ipſe muneribꝰ ueſtiū & cœnis fauorē uulgi nō ueneť ſicq; mores ſui tpis flagellat: quo multi cœnis & muneribus laudatores cōducebāt: uñ Perſius Calidū. ſ.p.ſ. Scis comitē horridulū trita donaſ lacerna. Suffragia suffragatiōes fauorē. Nō.e.n. hoc ēt mō fauor nobiliū cōpabať ſi ad eos audiēdos accedebatur quū carmīa ſua ſeu publice ſeu priuati recitarēt: gaudebāt.n. ſi a mltis audireť: pindeq; multi ad audiēdū rogabāť: qđ ſane moleſtū mltis erat qđ oñdit Iuue. initio opis ſui. Sēp ego auditor tm: & Hora. ſ.iii. ſmone. Porrecto iugulo hiſtorias captiuus ut audit. Scriptoꝝ: gtūs ē a ſcripto ñ a ſcriptore: hoc ē eoꝝ q̄ ſcribūt nobiles. Et.u. g.a.t. alia rō q̄re ſoris nō laudeť qa nō ābiat nec magiſtros nec diſcipulos ſuis eos adulatiōibꝰ ꝑmerēdo: ordo erit. Et ultro nō dignor ābire tribus grāmaticas. Tribus grā. diſcipuloꝝ multitudinē itelligit. Pulpita: ipſos magros: aut pulpita: hoc ē recitātes i ſcena ubi pulpita extructa erāt: de qbus alibi diximus ex auctoritate Vitruuii. Iuue. Nec tñ iuideas uati quē pulpita paſcūt. Hīc illæ lachrimæ. Hoc Terē. ē: & puerbialiter dcm hic cā ingt ē cur nō Lauder. q.d. hic hoc ē ex hac re q̄ nō digner audire nobiles recitātes & ābire tribus grāmaticas: ē oīs eorū idignatio aduerſuʒ me. Spiſſis ſ.p. Sēſus ē & ordo. Si dixi ob diff. dētiā me pudet recitare ſcripta mea publice iuidus ait me ridere. Indigna: hoc ex modeſtia ſua ait poeta. Et.n.a.p. addere laborē carminibus. Nā is q recitat: pōdus addit: hoc ē laborem quū carmīa pnūciat. Ait ri. Inuidus ait irrides quū diff. dētia ais nō recitare uulgo: & cū ſupbia faſtidiēs cæterorū aures ſoli Auguſto Cæſari. legas. Auribus Io. hoc ē Cæſaris: quē alterū Iouē i terris adulādo appellat Mimeſis ē. Fidis.n. uerba ſunt adhuc iuidi exprobrātis Hora. q̄ multū ſibi arroget d carminū ſuauitate. Manaſ: emittere. Nā manare tribus modis uſurpaſ ab auctoribꝰ: dicimꝰ.n. fons manat aq̄ dulcē: & fons manat aq̄ dulci: & ex fonte manat aq dulcis: de quo añ multis exēplis diſſeruimus. Mella poe. ſuauia carmina. Tibi pul. ſubaudi es. hoc ē tibi ipſi pulcher uideris: & iudicio tuo cōtētꝰ: te ipm laudas. Ad.h.e. uerba Hora. excuſantis ſe q̄re i theatris nō recitet: ē ergo ordo. Ego clamo ad hæc: hoc ē ad hæc q̄ mihi ab aduerſario obiiciūť rñdeo formido uti naribus: & iſte locus diſplicet ne ſecer ungue acuto Luctātis. Vti naribus. ſ. uituperantiū: nā naribꝰ ut ſcribit. Quīti. deriſus cōtēptꝰ: faſtidiū ſignificari ſolet: uñ poeta i ſatyris. Naſo ſuſpēdis adūco. Iſte. l.d. hoc ē theatrū ſiue ſcena ubi palā recitāt alii. Ne. ſ.a.u.l. ne lacerer & cōtundar pugnis & unguibus. Multi.n. æmuli offenſi bonitate carminis alieni omiſſa arte omiſſoq; ludo deſcēdūt i certamen. Et.d.p. itermiſſionē ludoꝝ uel dilationem. Ludus.n.g. hæc cā eſt q̄re diludia poſtulat: nā (ut diximus) ſæpe æmuli ex ludo i irā & ex ira i certamen deueniūt. Funebreq; bellū: exitioſuʒ odiū: pniciosamq; inimicitiā.

Manare

Hunc ego non alio dictum prius ore: Latinis
Vulgaui Fidicē. iuuat immemorata ferentem
Ingeniis: oculiſq; legi: manibuſq; teneri.
Scire uelis mea cur ingratus opuſcula lector
Laudet ametq; domi: ꝑmat extra limē iniquus:
Non ego uentoſæ plebis ſuffragia uenor
Impenſis cœnarum: & tritæ munere ueſtis.
Nō ego nobilium ſcriptorū auditor: & ultor
Grammaticas ambire tribꝰ: & pulpita dignor.
Hinc illæ lachrimæ. ſpiſſis indigna theatris
Scripta pudet recitare: & nugis addeř pōdus
Si dixi: rides ait: & Iouis auribus iſta
Seruas: fidis enim manare poetica mella
Te ſolum: tibi pulcher. Ad hæc ego naribꝰ uti
Formido: luctantis acuto ne ſecer ungue.
Diſplicet iſte locus clamo: & diludia poſco.
Ludus enim genuit trepidū certamē: & iram:
Ira truces inimicitias: & funebre bellum.

Q. Horatius Flaccus ad Librum ſuum.

VErtumnū. Ianumq; liber ſpectare uideris:
Scilicet ut proſtes Soſioꝝ pumice mundus.

VErtūnū. I.l.ſ.u. Hac epiſtola alloqť librū ſuū q cupidus eē uidebať ꝑdeūdi i publicū: eū dehortať ne ꝑdeat: ne i magnos lectores icidēs uituperť. Vertūnū: deus etruſcorū pricepꝰ: ꝑſes rerū uertēdarū: hoc ē uendēdarū: & emēdarū. Eū etruſci auctore Proptio appellarūt uertūnū q̄ i uarias ſe formas uerteret. At mihi q̄ formas unus uertebar i oīs. Nomen ab euentu pria ligua dedit. Alii uero a uertētis anni pomis q̄ huic deo dicata ſunt nomē iditū uolūt. Seu qa uertētis fructū ꝑcepimꝰ anni: uertūni rurſus credidit eē ſacrū. Is ut ſcribit Porphyrio ſacellū habuit i uico turario: de quo ſic Aſconiꝰ ſignum uertūni i ultimo uico turario ē ſub baſilicæ angulo flectētibus ſe ad dexterā. Baſilicā ſtruxit Paulus æmiliꝰ creatꝰ cōſul cū Callidio marcello mille & qngētis talētis corruptus a Cæſare: opus laudatiſſimū: uñ ē illud apud Statiū. Sublimis regia Pauli. Ianus quoq; ſilr uicus ē ab Iani genio ſic appellatꝰ: q i eo arcū hʒ ſibi cōſecratū: ibi Iani ſimulacra collocata uiſebāť: de quo Hora. ſic ſcribit añ. Hæc Ianus ſūmus ab imo ꝑdocet: Cic. i ultima antonianarū eius loci meminit. Nō poſſeʒ ſine riſu dicere. L. Antonio Iano medio: &c. ꝑ quos deos ſignificat loca i qbꝰ cū cæteris rebꝰ ēt libri uenales erāt. Illd āt aduertēdū ē ex his uerſibꝰ & pricipio ſequētis uoluminis

tis uolumis appere Hora.habuiſſe hic uolumē q̄ſi nouiſſimū totius opis:ut itelligamꝰ ſm q̄ſi coactū adieciſſe. Vt p.ut publiceris qūo meretrices dñr pſtare quū publicāſ:ac p hoc pponaris:uēaliſq; ſis. Mūdus:politus. Punice ſoſioꝝ:artificio bibliopolaꝝ:punice.n.utūſ ad poliēdos libros.Nā ſoſii frēs tpibus Hora.bibliopolæ fuerūt celeberrimi:de qbꝰ mētio fit i poetica illic.Hic meret æra liber Soſiis:hic & mare trāſit. Odiſti cla.odiſti icludi & domi cōtineri:& eē ſub ſigillo qd pudicis gratū eē cōſueuit. Et.g.ſi.p.ordo ē.Odiſti & ſigilla grata pudico:pudicū dixit q̄a pſtes pceſſit:pudici.n.gaudēt domi eē nec uagari Paucis.o.g.doles ingt q̧ paucis recitē. Cōia lau.cōuētꝰ publicos aut cōia:hoc ē q̄ publica ſiūt & cōia oibꝰ:neq; i priuato tenenſ. Nō.i.n.nō ita a me iſtiturꝰ es.

Proſtare

Odiſti claues:& grata ſigilla pudico.
Paucis oſtendi gemis:& communia laudas.
Non ita nutritus:fuge:quo deſcendere geſtis:
Non erit emiſſo reditus tibi.quid miſer egi:
Quid uoluiſ dices ubi quis te leſerit:& ſcis
In breue te cogi:cum plenus languet amator.
Quod ſi non odio peccantis deſipit augur:
Charus eris Romæ:donec te deſerat ætas.
Contrectatus ubi manibus ſordeſcere uulgi
Cœperis:aut tineas paſces taciturnus inertes:
Aut fugies Vticā:aut unctus mitteris Ilerdā.
Ridebit monitor non exauditus:ut ille
Qui male parentem in rupes detruſit aſellum
Iratus.Quis enim inuitum ſeruare laboret:
Hoc quoq; te mãet:ut pueros elemēta docētē
Occupet extremis in uicis balba ſenectus.
Cum tibi ſol tepidus plures admouerit aures:
Me libertino natum patre:& in tenui re
Maiores pennas nido extendiſſe loqueris:
Vt quantum generi demas:uirtutibus addas.
Me primis urbis belli placuiſſe:domiq;
Corporis exigui:præcanum:ſolibus aptum:
Iraſci celerem:tamen ut placabilis eſſem.
Forte meum ſi quis te percontabitur æuum:
Me quater undenos ſciat impleuiſſe decēbres:
Collegam Lepidum quo duxit Lollius anno.

Fuge.q.d.g.fuge igt deſcēdere quo geſtis:hoc ē eo ire quo cupis. Emiſſo ti.hoc ē tibi edito. Vbi.q.t.l.ubi aliqs te ludibrio habuerit. Et.ſ.i.b.t.c.q.p.l.a.Qui ēt te amabit tedio affectus lōgæ lectiōis i breue te coget:hoc ē nec totū : nec ordie te leget.Ea.n.dñr cogi i breue hoc ē i breuitatē:q̄ nec articulatī nec ſuato ordie pcurrūſ Q.d ſi.ſi.o.p.d.a.Sēſus ē.Niſi ego q̄ſi augur deſipio:hoc ē erro.odio tui peccātis:q̄ſi nimiū turbatus:tu eris carus romæ q̄diu pulchritodinē retinueris noui libri:ubi uero tpe factus fueris ſordidior nemo te leget:ſed aut tineis deſtiturꝰ abſumeris:aut fiēt ex te epiſtolæ opiſtographæ:q aut i africā aut hiſpaniā mittāſ:eſt.n.utica ciuitas africæ Catonis morte nobilis uñ cognomi natus ē uticēſis a morte.Ilerda citas hiſpaniæ citerioris iuxta q̄ fluuiꝰ ē ſicoris:ac p hoc belloꝝ ciuiliū cā adhuc illic romanū exercitū dtineri ſignificat. Deſerat ætas:q̄ſi iuuēta:hoc ē pulchritodo ipſa. Aut un.mit.ilerdā:qd ſe intelligeret fore ut ex eo fiāt cuculli & receptacula rerū pingui. Ridebit mo.i.ego monitor nō exauditꝰ ridebo:quū tibi hic acciderit. Vt ille.ſ.riſit. Aſellū Ma.pa.obſtinatū. Quis.n.iuitū ſeruaſ laboret:hæc p parēthesim legūſ. Hoc q.te m. hic ēt icōmodū te expectat:ut ēt balba ſenectꝰ. i.aliqs magr ſenex pueros elemēta docēs occupet te q̄ſi ipe liber pueros elementa doctorꝰ ſit. hoc cōmemorat tāq̄ rē laborioſam. In ex.u.in extrēa pte uicorū Terē.i ultīa platea. Elementa:lrās:nā elemēta p lrīs & lræ p ipſis elemētis ſæpe ponunſ:quū oino elemēta ſint ipaꝝ lraꝝ pnūciationes:lræ ipſæ figuræ.

Vtica
Ilerda

Elementa
Litteræ

Quū tibi ſol tepidus:ſm morē pceptorū locutus eſt q ut auctor ē Porphirio circa q̄rtā uel q̄ntā horā dictata pueris pbere ſolebāt:quo tpe tractabiliores ſunt.Sēſus ē āt a ſupiore carmine depēdēs.Quū ergo futurū ſit ut tu doceas pueros elementa:hoc facito ut quū ſol tepidus hoc eſt quū hora diei q̄nta plures ad te adduxerit auditores:dicas me natū pře libertino & i tenui re extēdiſſe pēnas maiores nido:Cynice āt hoc eſt libere & ſine rubore cōmemorat gñs ſui ignobilitatē.Pēnas maiores nido:metaphoricos a pullis auiū:quos & corpe & pēnis ſuccreſcentibꝰ nidus mīnus cape nō pt:hoc ait uirtutes ſuas lōge maiores eē q̄ genus ſuū:hoc ē igenio ſuo ſupaſſe gñis ſui humilitatē ut p pēnas ingeniū. p nidū genus ſuū intelligat.Schema āt ē puerbiale ab iis q quū tenue patrimoniū a ſuis accepint:id iduſtria ſua multo amplius reddūt. Vt q̄tū gñi demas:cā quare nō pudeat pfiteri humilitatē gñis ſui:q̄a uirtute ingt redimo qd p humilitatē generis amiſi. Primis urbis:primoribus ciuitatis ut auguſto Cæſari:Mecœnati: pollioni:uano & cæteris. Belli domiq;:hæc nunc aduerbia accipienda ſunt nō noia. Corporis exigui:breuis ſtaturæ
Præcanū:aut ualde canum:aut añ annos canum:quū quattuor & quadraginta tūc tpis eſſet annoꝝ. Solibus aptum:ſolitum apricari:aut perunctū oleo iacere in ſole & chroma:hoc eſt nitorem cutis facere:q̄ cōſuetudinē tangit Perſius illic:& ſigas in cute ſolem.Nā antiqui añ cibū exercebanſ:eā exercitationem aucto re Celſo recte ſequebaſ modo unctio uel in ſole:uel ad ignem:mō balneū:deſcendebāt.n.in ſolium: tū multo oleo ungebanſ:leniterq; perfricabanſ. Forte meū ſiqs:facetæ.q.d.nō oēs ſciāt:ſed is tm̄ qcūq; q̄ſierit. Quater un.de.hoc eſt q̄ttuor &.xl.annos:& ſimul oñdit & quo mēſe natus:& quo anno ætatis ſuæ hūc pſcripſerit.Hincq; liqdo appet q̄rtū librū odarū annis ſex poſt hos libros ſcriptū fuiſſe:ſic.n.ipſe ſcribit initio q̄rti lib.Deſine dulciū Mr ſæua cupidinū circa luſtra decē flectere mollibus Iā duꝝ impiis. Collegā le.eo ingt anno.iiii.&.xl.annos cōpleui:quo Lollius.M.lepidū ſortitus eſt collegā in cōſulatu. Duxit:ſortitus eſt.Nā ca pprie dñr duci ſorte:q ſortimur:unde apud Sueto.in Domitiano.Sorte ducti qui magiſterio fungerenſ.

Q .Horatii Flacci Epiſtolaꝝ Liber ſecundus cum cōmenrariis Ioannis Britannici Brixiani.

QVum tot ſuſtineas & tāta negotia ſolus. Fecerat Horatius finem ut diximus ſcribendi prio
re libro: uerum hortatu Cæſaris augusti hūc etiam conſcripſit: cuius rei auctore Porphirio
ne meminit Suetonius. Nam apud eum epiſtola inuenitur Auguſti increpantis Horatium:
ꝙ non ad ſe quoq; plurima ſcribat. Ergo hoc principium eſt cum laude imperatoris & ab ex
cuſatione ꝙ illum noluit occu
patum in rem pu. ſuis impedire
carminibus. Summa huius epi
ſtolæ de poetis eſt: ad hoc: ut ſubtiliter Cæſarē
incendat in eorum fauorem: quod Iuuenalis ſi
militer fecit i ſatyra. Et ſpes & ratio ſtudiorum
in Cæſare tantum: Laudando enim Traianum
artificioſe eum inflāmat in fauorem ſcriptorū
Senſus igitur eſt. Quum tot & tantis diſtrictus
ſis negociis in gubernatione imperii: circa quā
tpa tua conſumis peccem ꝑfecto ſi te longo ſer
mone remorer: ordo autem eſt peccem in publi
ca cōmoda ſi morer o Cæſar tua tpa longo ſer
mone quum ſolus ſuſtineas tot & tanta negocia
& cætera. Moribus ornes: operam des ut om
nes probatis uiuant moribus. Peccem i publi
ca cōmoda. detrimentum afferam publicis com
modis oium: eſt tamen incerta diſtinctio an le
gendum ſit legibus emendes in publica commo
da: an peccem in publica commoda. Morer:
detineam occupem te: qui omne tempus in pu
blica commoda confers. Romulus & liber pa
ter laudata uirtute Cæſaris. Laudat etiam eius
fœlicitatem: dicit enim ei ſoli contigiſſe ut ad
huc inter mortales agenti honores diuini decer
nerentur: quod nulli conceſſum ſit horū quos
enumerat: hoc ē Romulo libero Caſtori & Pol
luci & cum his Herculi. Senſus autem eſt & or
do. Romulus & liber poſt ingentia facta recepti
ſunt in numerum deorum: quaſi dicat: hoc dū
inter homines agerent non ſunt aſſecuti: ut hoc
totum ſit ad laudem Cæſaris qui diuinos hono
res uiuus meruerit. Recepti: ſubaudi ſunt.
Dum terras. Occurrit iis qui poſſent dicere non
eſſe mirum ſi honores diuinos uiui non ſunt aſ
ſecuti: quia ocio & inertiæ dediti eſſent: atqui
inquit dum inter mortales agerent: egregia mul
ta fecere: ut bella componerent: colonias dedu
cerent: nouas ciuitates conderēt: ut omnino ho
nores diuinos mererentur: ſed fœlices non fue
runt qualis fuit Auguſtus: Ordo autē eſt & ſen
ſus. Illi de quibus dixi plorauere fauorem ſpera
tum nō reſpondere ſuis meritis dum colunt ter
ras & genus hominum: dum aſpera bella com
ponunt ut ubiq; ſubaudias dum. Agros aſſi
gnant. Qui colonias deducebant: ciuitatibus
agros aſſignabant. De Colonia & Municipio le
ge Gelium libro decimo ſexto capite. xiiii. Di
ram q cōtudit hydrā. Senſus eſt. Hercules q tot mōſtra domuit cōpetit exptuſq; eſt inidiā: q̄ ſemp eſt inimica
bn̄ agentiū finiri quū ultra finit quaſi inuat ob inuidiā eū diuinos honores uiuū nō potuiſſe aſſeq: quos poſt
ea mortuus eſt aſſecutus: nā in numeꝝ deoꝝ eſt receptus: uñ Apuleius i Apologia. Q. d hercules luſtrator
orbis: purgator feraꝝ: gētiū domitor i cælū ob uirtutes aſſecutus ē: q̄ inidiā Auguſtus uirtute ſua uiuēs eui
cit. Supmo fine. morte ipſa. Cōtudit hydrā: bn̄ ār hydrā elegit: ꝙ inter eius labores is maximus fuit: hydrā
ār itelligit Lerneā q̄ iteremit: ex cuius corpe cētū ꝓdibār ſerpētū capita ex quoꝝ ceruicibus ſingulis recīſis duæ
renaſcebāt: ob eāq; rē minime uici poſſe uidebat: quū ps āputata ualidior redderet: hāc difficultatē arte ſu
perās Iolaū monuit ut e ueſtigio icīſā ceruicē face lignea ne ſanguis efflueret iureret: auctor Diodorus in. v.



QVINTI HORATII FLACCI EPI
STOLARVM LIBER. II.

AD AVGVSTVM.

QVm tot ſuſtīeas: & tā
ta negocia ſolus:
Res Italas armis tu
teris: moribus ornes:
Legibus emēdes: in pu
blica ɔmoda peccē:
Si lōgo ſermone mo
rer tua tpa Cæſar.
Romulus: & liber pater: & cū Caſtore Pollux
Poſt ingentia facta: deorum in templa recepti.
Dū terras: hoīumq; colunt genus: aſpera bella
Cōponunt: agros aſſignant: oppida condunt:
Plorauere ſuis non reſpondere fauorem
Speratū meritis. Dirā qui contudit hydram:

Portenta

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Portenta nota:oībus uulgata q̄ ſunt in.xii.erumnis eius:lege Diodoꝝ li.ÿ. Fatali labore:hoc eſt magno exitioſo & piculoſo:aut labore fatali q ei ita a fatis erat tribut⁹ut mōſtra illa domaret. Vrit.n.fulgore ſuo: Rōnem exponit pp q̄ minus colunť uiui q uirtute antecellūt:poſt obitū āt diligunť:hocq; ait fieri inuidia: Ille inqt q pgrauat artes poſitas infra ſe.i.ille q pmit & antecellit cæteros uirtute & artibus bonis urit & torquet inuidia iferiores ſe:ſed tñ extinctus deſiderať & regrit. Fulgore ſuo pſeuerat in metaphora icendii fulgore ergo ſuo.i.ſplēdore ſuæ uirtutis. Vrit torquet:Teren.uro hoiem. Artes poſitas infra ſe:hoc eſt eos urit quoꝝ artes:hoc eſt uirtutes poſitæ ſunt infra ſe:hoc eſt q artibus & uirtutibus ſunt iferiores ſe. Præſenti tibi.ſ.uiuēti. Honores matu. opportunos tuis meritis atq; maturos.hoc ē tēpeſtiuos & recte aliis.n.nō maturi:ſʒ ſeri dati ſūt

Iurādaſq; tuū p no.po.aras: ac p hoc diuinos honores tibi decernimus:Nā ei ut ſcribit Sueto. Prouīcieꝝ plæraq; ſup tēpla & aras ludos quoq; qnquēnales pene oppidati cōſtituerūt. Fatētes.ſ.nos. Nil orituꝝ:ſplēdidius dixit orituꝝ& ortū q̄ ſi dixiſſet naſci debere aut natū eē:dr.n. ſol ꝓprie oriri. Tale:qualis tu ē Cæſar. Sed tuus hic populus ſapiēs.Populus inqt Romanus i una hac re ſapit & iuſtus ē:q te oibus aňponit In cæteris āt peccat q nil optimū niſi antiquū putat & ſui tpis uniuerſa cōtēnit:ſicq; nactus occaſionē eos notat ut iſipiētes q uetuſtatē tm̄ i ſcriptis cōſiderāt:oňdens & nouos eē laudādos ſi bñ ſcripſerint. Terris.ſ.ſ.t.d.bis idē dixit:hoc ē de mortua & q̄ a nobis ſeiūcta ſūt ac p hoc uetera.

Defuncta ſuis tpibus:q̄ ſūa tpa cōpleuerint & finierint. Faſtidit & odit:auxeſis eſt: plus.n.eſt odit q̄ faſtidit. Sic.ſ.u.adeo ueteribus fauēs ut ēt leges.xii.tabulaꝝ a decemuiris ſcriptas:& fœdera ſub regibus romanis facta uel cū ſabini:uľ albanis ob auſterā & rācidā uetuſtatē dictitet eē cōdita a muſis latinis in mōte albano:ordo āt ē. Sic fauor ueteꝝ ut dictitet muſas locutas in mōte albano tabulas uetātes peccare &c. Bis qnq; uiri:hoc ē decē uiri:q publica auctoritate cōſtituti ſunt p quos peterenť leges a græcis ciuitatibus & ciuitas fundareť legibus:quas in tabulis eburneis pſcriptas ꝓ roſtris cōpoſuerūt:ut poſſent leges apertius pcipi:datūq; ē eis ius in eo anno in ciuitate ſummū uti leges corrigerent:& ſi opus eſſet interptarenť:neq; ꝓuocatio ab eis ſicut a reliqs magiſtratibus fieret:qđ ipſi aiauertent aliqd deeſſe iſtis primis legibus:Ideoq; ſequēti anno alias duas eiſdē tabulis adiecerūt:& ita ex accidenti appellatæ ſunt leges duodecim tabularū:quaꝝ ferendaꝝ auctorē fuiſſe ex decē uiris Hermodoꝝ quēdā epheſiū exulantē in Italia qdā retulerūt.

Nотаq; fatali portenta labore ſubegit:
Comperit inuidiam ſupremo fine domari.
Vrit enim fulgore ſuo qui prægrauat artes
Infra ſe poſitas:extinctus amabitur idem:
Præſenti tibi maturos largimur honores:
Iurandaſq; tuum per nomen ponimus aras:
Nil oriturum alias:nihil ortum tale fatentes.
Sed tuus hic populus ſapiēs:& iuſtus in uno:
Te noſtris ducibus:te Graiis anteferendo:
Cætera nequaquā ſimili ratione:modoq;
Aeſtimat.& niſi quæ terris ſemota:ſuiſq;
Temporibus defuncta uidet:faſtidit:& odit:
Sic fautor ueterū ut tabulas peccare uetātes:
Quas bis quinq; uiri ſanxerunt:fœdera regū
Vel Gabiis:uel cum rigidis æquata Sabinis,
Pontificum libros annoſa uolumina uatum:
Dictet Albano muſas in monte locutas.
Si quia Græcoꝝ ſunt antiquiſſima quæq;
Scripta:uel optima:Romani pēſantur eadem
Scriptores Trutina:nō ē qđ multa loquamur.
Nil intra eſt oleam:nil extra eſt in nuce duri:
Venimus ad ſummū Fortunæ:pingimus:atq;

Fœdera regū.ſ.romanoꝝ. Aequata uel gabiis.i.iuſte & æq; facta cū gabiis:ciuitas āt eſt latii. Rigidis Sabinis:Seueris:de qbus ſupra dictū eſt. Pontificum libros utrū annales an ius potificium ſignificat. Nam a pontifice maximo ſinguloꝝ annorū acta literis mandabanť ꝓponebāturq; domi eius:ut poteſtas eēt populo cognoſcendi:hiq; annales maximi dicebanť. Annoſa uolumina uatū. Veteres Martii uates.De qbus Cicero lib.i.de Diuinatione.Quid Afiem rex Priamus nōne & Helenū filium & Caſſandrā filiā diuinantes hēbat?Quo in genere Martios quoſdam fratres nobili loco natos apud maiores nřos fuiſſe ſcriptum uidemus.Et idem in ſecundo de diuinatione.Nec martiis uatibus nec Apollinis opertis credendum exiſtimo. Annales Maximi Martii Vates

Si quia græcorum ſunt antiquiſſima quæq;.Senſus eſt & ordo.Si romani inquit ſcriptores penſantur eodem examine & eodem iudicio ut ii tantum boni habeanť qui antiquiſſimi ſunt.quia quæq; ſcripta græcorū antiquiſſima optima habētur.Nō eſt ut multa loquamur qn negemus ēt naturalia & manifeſta eſſe uera:hoc eſt intra oleā aut extra nucem quicq̄ duri eſſe.q.d.non eſſe negandum & nouos eē bonos. Nil intra eſt oleam:manifeſtum eſt intra oleam nucleum eſſe durum:& extra nucem teſtam duram.Eſt autem ſchema prouerbiale in eos qui impudenter manifeſta negant:& falſa pro certis affirmant. Venimus ad ſummum fortunæ.utrum in imperio:an quod melius eſt cæteris in rebus quas enumerat:non habet inquit quod nobis amplius fortuna iam præſtet:ergo & perfecti poetæ ſumus:ſed hoc intelligi q̄ dici a ſe maluit.Hanc ſententiam uidetur ſumpſiſſe ex Cicerone qui ait initio Tuſcu.Meum iudicium ſemper fuit omnia noſtros aut inueniſſe per ſe ſapientius q̄ græcos aut accepta ab illis feciſſe meliora quæ quidem digna ſtatuiſſent in qbus elaborarent.Nā mores & inſtituta uitæ:reſq; domeſticas ac familiares nos profecto melius tuemur & Lautius.Rem uero publicam noſtri maiores certe melioribus temperauerūt & inſtitutis & legibus.Iam illa quæ natura non litteris aſſecuti ſunt:neq; cum græcia:neq; ulla cum gente ſunt conferenda:& reliqua.

Luctamur doctius achiuis unctis: in palæſtra peritius uerſamur q̄ græci ipſi. unctis: nā q in paleſtrā deſcē debant oleo perūgebanť nudoq; corpore exercebanť: uñ Statius in Achilleide. Et ligdam nudare palem & idem in thebaide. Sed corde labores Ante alios erat uncta pales. Ouidius. Aut fora uos retinēt. aut unctæ do na palæſtræ. Pſallimus: canimus: uñ & pſallo citharīſtæ dicunť q canūt ad citharā: inde eſt & pſaltes cātor & pſaltria cātrix & pſalmus cātus. Si meliora dies: Si tpis inqt longingtate poemata fiunt meliora ut uina: uelim ſcire q numerus annorum afferat æſtimationē ſcriptis. hæc tñ omnia a poeta dicunť irriſorie damnā te illos īſcitiæ q in libris uetuſtatē tm cōſiderāt & nō meritū: ut p hoc inuat nō minus nouos q̄ ueteres eē laudādos quū bene ſcripſerint. Quotus annus. quot anni. Quid decidit: mortuus ē. An inter utiles atq; nouos? hac īterrogatiōe ridet eos q ueteres dūtaxat Laudant. excludat iurgia finis: tanq̄ tacentē urget: numerꝫ annorꝫ eſſe ſignandū: pone inqt finē ipſis .ſ. annis: & ſic nulla erunt iurgia & nulla contētio ubi ſciuero quo numero annorū ſcripta cenſeanť uetera. Eſt uetus atq; ꝓbus: uerba ſunt pſonæ inductæ. Quid q deperiit: hoc ex pſona Horatii: ut ſit: quid dices de illo q mortuus ē uno mēſe uel anno minor? Et poſtera futura. Iſte qdem ueteres: ex pſona introducta. Vtor permiſſo: ex pſona Horatii: Accipio inqt quod conceſſum eſt ut ille ſit uetus & ꝓbus qui uno aut mēſe aut anno ſit iunior. Et demo: & detraho inqt unū atq; ēt unum annū ut paulatim euello pilos caudæ æquinæ. Hoc aūt eſt ex ꝓuerbio: quo colligiť id qđ uno impetu & ſummis uiribus effici non poteſt paulatī aſſiduitateq; fieri. Eſtq; alluſio ad illud Sertorii: qui in hiſpania ut ſcribunt Plutarchus & Valerius Maxi. duos ꝓpoſuit equos: alterum Imbecillū & inualidū: alterū ualidum: atq; inualido illi iuuenem adhibet magnarꝫ uiriū. Cōtra ualido illi hoīem paruū & ibecillū: qui ſingulos pilos paulatim uellēs totam caudam depilauit.

Pſallim⁹: & luctamur Achiuis docti⁹ unctis.
Si meliora dies: ut uina poemata reddit:
Scire uelī p̄tiū chartis quotus arroget annus.
Scriptor ab hinc annos centū qui decidit: īter
Perfectos ueteresq; referri debet: an inter
Viles. atq; nouos? excludat iurgia finis.
Eſt uetus. atq; probus centū q perficit annos:
Quid? qui deperiit mīor uno menſe: uel anno:
Inter quos referendus erit ueteres ne Poetas
An quos & præſens: & poſtera reſpuet ætas?
Iſte quidem ueteres inter ponetur honeſte:
Qui uel menſe breui: uel toto eſt iunior āno.
Vtor permiſſo: caudæq; pilos ut equinæ
Paulatim uello: & demo unū: demo ēt unum:
Dum cadet eluſus ratione ruentis aceruī:
Qui redit ad faſtos. & uirtutē æſtimat annis:
Miraturq; nihil: niſi quod Libitina ſacrauit.
Ennius & ſapiēs: & fortis: & alter Homerus:
Vt Critici dicunt: leuiter curare uidetur
Quo promiſſa cadāt: & ſomnia Pythagorea.

Iuuenis uero totā apprehendens utriſq; manibus caudā fruſtra conatus ē uno īpetu euellere. Quæ res circūſtantibus riſui fuit. Sicq; Sertorius declarauit ingeniū plus poſſe q̄ uires. Dū cadet eluſus: tandiu ſingulos annos detrahā donec paulatī ſubtracto aceruo numeri: hoc ē multitudinis annorꝫ ille cadet eluſus. i. uincetur a me rationabili argumēto q redit ad faſtos: hoc eſt q a uetuſtate laudat poetas: & uirtutē æſtimat ab annis. Qui redit ad faſtos: hoc ē q p conſules colligit numerꝫ annorꝫ: & ad longā annorꝫ ſeriē redit: & uirtutē
Faſti tantū æſtimat ab annis. Nā faſti libri erant: qbus noīa conſulū reliquorūq; magiſtratuū cōtinebanť. Valerius maximus in. vii. lib. Quod tā uafre telluri īpreſſum oſculū urbi libertatē: Bruto primū in faſtis locū tribuit. Faſti ēt appellanť libri ordinē dierꝫ feſtorū cōtinētes: q̄les ſunt Ouidii: de qbus ipſe Sacra recognoſces annalibus eruta priſcis & quo ſit merito quæq; notata dies. Faſti dies dicti ſunt qbus p̄tori licebat ſine piaculo fari tria uerba: Do: dico: addico: & nefaſti: qbus nō licebat. Ille nefaſtus erit p quē tria uerba ſilenť: Faſtus erit p quē lege licebat agi. Miraturq; nihil: & nihil Laudat niſi quod ſepultū fuerit. Mire ergo dictū & face
Libitina te libitina ſacrauit: q̄ſi ab ipſo pheretro uenerationē accepit poeta defunctus. Libitina: hoc ē mors ipſa. Nā & p morte & pheretro accipiť hoc ē lecto quo mortui efferūť: uñ alibi poeta. Nō ois moriar magnaq; pars mei uitabit libitinā Sidonius. Sed quū libitinā ipſam flētis exoſcularenť: ꝑuſitarēt: remorarēť. Libitinā exercere dicūť q q̄ſtui īſeruiētes oēm apparatus funebris curā habēt: uñ eſt illud Valerii in q̄nto. Marco Cornuto p̄tore fun⁹ Hircii & pāſæ locāte: q tūc libitinā exercebāt: tū rerū ſuarū uſum: tū miniſteriū ſuū gratuitum polliciti ſunt: q̄ſtūq; cōtēpſerunt. nulli alii rei q̄ q̄ſtui uiuētes. Libitinā ēt deā eē dixerunt in cui⁹ tēploq̄ ad ſepulturā ꝑtineāt uēdere cōſueuerūt: q libitinarii ſunt appellati: polictores uero ſerui dicebať q ſepeliebāt: uñ
Libitinarii Vlpianus de iſtitoria actiōe: Si libitinari⁹ ſeruū polinctorē habuerit: iſq; mortuū ſpoliauerit dādā in eū q̄ſi īſtitoriā actionē. Enni⁹ & ſapiēs & fortis & alter Homerus. Iā Ennius inqt in tantā gratiā uenit ob uetuſtatē ut iā ſecurus ſit de ꝓuentu ſuæ laudis: ꝓpter q̄ añ ſollicitus fuerat: ei. n. tantū tribuunt critici ut appellēt eū
Polictores
Critici ſapientē: fortē: & alterū Homerū. Vt critici dicūt. Nā critici ita Enniū laudāt κριτικοὶ. n. iudicē κριτικὸς iudicialem ſignificat Ennius maior fuit natu q̄ Plaut⁹ & Neuius. Tarēti natus ē: ut ſcribit Euſebius: ut uero Mella Rudiis: quod oppidū ē appuliæ: q a Catone q̄ſtore Romā trāſlatus habitauit in mōte auentino parco admodum ſumptu contentus: & unius ancillæ miniſterio. Alter Homerus floruit. Homerus añ Romā cōditam. clx. annis: Auctor Cor. Nepos. Leuiter curare uideť Quo ꝓmiſſa cadant: quē ſucceſſum habeāt: an ꝓmiſſis rñdeat: ac ſi dicat iam ſecurus ē ſe nō poſſe Laudem nō mereri quocūq; cadāt promiſſa ſui carminis ſiue bene ſiue ſecus: ſicque oſtendit poetas ueteres facile ſolere laudari. Et ſomnia Pytgagorea: Libri annalium:

naliũ:in quorũ initio ſcripſit ſe ſomniaſſe aĩa Homeri in corpus ſuũ ueniſſe: hocq; ſm dogma Pythagoreæ q̃ ſentit aĩas hoĩum poſt mortẽ in uaria migrare uel brutoꝝ uel hoĩum corpora:q̃re carnibus abſtinẽt ne ſ. ẽdẽdo in aĩas humanas ſæuiret. Is ſamius fuit:q in Italiã uenit Tarqnii filio regnũ obtinẽte:cui cognomẽtũ ſuperbus fuit. Neuius in manibus nõ ẽ. Hoc dicit Neuiũ q̃a nouus ſit & recẽs nõ eẽ ĩ p̃cio. Nã primo bello punico ſtipẽdia fecit:uticæ mortuus ẽ pulſus Roma factiõe nobiliũ ac p̃cipue Metelli annis tribus añ morte plauti. Fabulas apud populũ dedit:eo anno quo Spuri⁹ Caruilius diuortiũ cũ uxore fecit. De eo ita Geli⁹.

Neuius in manibus non eſt: & mẽtibus hæret
Pene recẽs:adeo ſanctũ eſt uer⁹ omne poema:
Ambigitur quoties uter utro ſit prior: aufert
Pacuuius docti famã ſenis. Accius alti.
Dicitur afrani toga conueniſſe Menandro:
Plaut⁹ ad exẽplar Siculi p̃perare Epicharmi.
Vincere Cecilius grauitate: Terentius arte.
Hos ediſcit: & hos arcto ſtipata theatro
Spectat Roma potẽs:hẽt hos:nũeratq; poetas
Ad noſtrũ tẽpus Liui ſcriptoris ab æuo
Interdum uulgus rectũ uidet: eſt ubi peccat.

De Neuio quoq; accepim⁹ fabulas eũ in carcere duas ſcripſiſſe ariolũ & Leontẽ: quũ ob aſſiduã maledicẽtiã & p̃bra in p̃ncipes ciuitatis de græcoꝝ poetarum more dicta in uincula Romæ a triumuiris cõiectus eẽt: unñ poſt a Tribunis ple. exẽptus ẽ:quũ in iis q̃s ſupradixi fabulis delicta ſua & petulãtias dictorũ:q̃bus multos añ læſerat diluiſſet. De morte ſue hoc epigrãma ſcriptũ reliq̃t incidẽdũ ſepulchro ſuo. Immortales:mortales ſi foret fas flere:flerent diuæ Camenæ Neuiũ poetã. Itaq; poſtq̃ ẽ orco traditus theſauro. Obliti ſunt Romæ loquier lĩgua latina. Et mentib⁹ heret pene recẽs:& habet pene recens & nouus. Ambigit quotiẽs uter utro ſit prior. Quotiẽs inq̃t ambigit uter altero ſit prior:hoc ẽ melior in eodẽ ſcribẽdi ſtudio:ambo laudant: pacuuius aufert famã docti ſenis. Accius alti. Afranius menãdro æquat: Plautus Epicharmo. Hoc ãt illuc tẽdit hos oẽs laudari q̃a antiq ſunt. a Liuii ãt ſcriptoris æuo uſq; ad noſtrũ tẽpus q̃dã recte:q̃dã praue iudicari a populo. Liuiũ ãt intelligit Andronycũ qui primus oĩum latinas fabulas repperit q aĩt comœdiã eſſe quotidianæ uitæ ſpeculum. Is annis quadrigentis & decẽ poſt romã cõditã fabulã dedit Appio Claudio cæci filio. M. Tuditano cõſulibus anno añ natũ Enniũ:poſt Sophoclis & Euripidis mortem annis plus fere. C.&.LX. Poſt Menãdri annis circiter. L. duobus. Pacuuius. Accius & Pacuuius fuere iiſdẽ tẽporibus ſcriptores tragœdiarũ clariſſimi ſentẽtiarũ grauitate:ut ſcribit Quintilianus:& põdere uerborũ:cæterũ nitor & ſumma ĩ excolẽdis opibus manus defuit nõ eorũ culpa:ſed tẽporũ:q̃bus ſtudia adhuc erant inculta. Vnde Martia. uerborũ aſperitatẽ notans eos irridet q ueteribus delectant. Attonituſq; legis terrai frugiferai Accius & q̃cq̃d pacuuiuſq; uomũt. Sic & a Pellio notant. Eſt nunc briſei quẽ uenoſus liber Acci. Sunt quos pacuuius & uerucoſa moret Anthiopa erumnis cor luctificabile fulta. Aufert:accipit:uẽdicat ſibi. Famã docti ſenis:alii ſic accipiunt tanq̃ ſenis doctrina & gloria aſcribat pacuuio. nam ei iam ſeni Accius tarẽti ſua ſcripta recitauit:a quo fundus Accianus iuxta Piſaurũ dicit:q̃a illuc inter colonos fuerat ex urbe deductus: natus ẽ acci⁹ Mãcino & Serano cõſulib⁹ parẽtibus libertinis. pacuui⁹ brũduſinus fuit Ennii poetæ ex filia nepos. pacuuio iã ſene Accius floruit. Accio uero altitudo ingenii ſublimitaſq; uerborũ. An ambo famã cõſequunt alter docti:alter alti tragœdiographi. De iis ita ſcribit Quĩtilianus. Virtũ tñ plus Accio tribuit. Pacuuiũ uideri doctiorẽ:q eẽ docti affectãt:uolũt. Dicit Afranii toga. Bene toga. togatas. n. ſcripſit Afranius: in q̃bus ſtilũ Menãdri ſecutus ẽ:& par ei fuit. De togata Afranii ſic ſcribit Tranq̃llus in Nerone. Indicta ẽ Afrani togata q̃ incendiũ ſcribit:cõceſſumq; ut ſcenici ardẽtis domus ſupellectilẽ diriperent ac ſibi haberẽt: Sunt. n. togatæ & palliatæ comœdiæ:togatæ Romanæ ſunt ab habitu togæ q̃. Romana ẽ. palliatæ uero græcæ a pallio quod græcorũ ẽ. de iis plæraq; ex auctoritate Diomedis & Donati diximus apud Iuuenalẽ illic. Impune ergo mihi recitauerit ille togatas. Cõueniſſe Menãdro:ſtilo nõ diſſimilis fuiſſe ſed par Menãdro. Quĩtilianus de eo ſic ſcribit. Togatis excellit Afranius:utinãq; nõ inq̃naſſet argumẽta pueroꝝ fœdis amoribus mores ſuos faſſus. Togatæ Palliatæ

Menãdro:poeta comicus fuit genere atheniẽſis Dioppidis filius a quo Terẽtius q̃ttuor primas comœdias ſuas trãſtulit:qui iudicio fabii diligenter lectus ad cuncta q̃ præcipit efficienda ſufficiat:ita omnẽ uitæ imaginem expreſſit tanta in eo inueniendi copia & eloquendi facultas:ita eſt omnibus rebus:p̃ſonis: affectibus accõmodatus:Philemoni tñ ſuis tẽporibus poſt habitus iniquo uulgi iudicio ab eo ſæpe uictus. quem tñ ſequẽtia ſæcula p̃ſtãtionẽ cognouere:unñ eſt illud Martia. Rara coronato plauſere theatra Menãdro: Ad exẽplar Epicharmi ſiculi. ad exẽplar epicharmi Plautus creditus eſt p̃perare:Fuit ãt Epicharmus ſiculus poeta comicus acumine ingenii p̃ditus. Ad exẽplar ad modũ & formã ſtili ipſius Epicharmi. Nã exẽplar ẽ:ex quo ſimile faciamus:exẽplũ uero qđ ſequamur:aut uitemus. De hoc ſciẽtiſſime Laurẽtius uallẽſis diſputat ĩ ſuis elegantiis:& nos in poetica. Cecilius:poeta comicus natione gallus & Ennii primũ cõtubernalis:q̃dã mediolanẽſem ferũt:mortu⁹ ẽ anno poſt mortẽ ennii & iuxta Ianiculum ſepultus:auctor euſebius in chronicis: de quo Quintilianus ſic. Licet Ceciliũ ueteres laudibus ferant. Vincere:an alter alterũ:an cæteros uniuerſos: nã uult cæteros antiq̃ores itelligi ab eo ſuperari grauitate carminis. Terẽtius arte:artificio: de quo ita ſcribit Cicero. Tu quoq; q ſolus lecto ſermone Terẽti. Cõuerſum expreſſumq; latina uoce Menandrũ. In medio populi ſedatis uocibus effers. Quidq̃d come loquẽs ac oĩa dulcia dicẽs. Hos ediſcit:ordo ẽ. Roma potens Hos ediſcit. Stipata:condenſata & cõglobata. Arcto:ſtricto & anguſto ob multitudinem theatrum licet amplũ occupantem. Theatro:in ſpectaculis & cœnis. Habet. Credit. Ad noſtrum tempus: ab æuo inquit ut diximus Liuii andronyci uſq; ad tempus noſtrum populus q̃dam in poetis recte:q̃dam praue iudicat. Menander Epicharmus Cecilius

Si ueteres ita miratur:Laudatq; poetas
Vt nihil anteferat:nihil illis comparet:errat.
Si quædam nimis antique:ſi pleraq; dure
Dicere credit eos.ignaue multa fatetur.
Et ſapit:& mecũ facit:& ioue iudicat æquo.
Non equidẽ inſector:delendaq; carmina Liui
Eſſe reor:memini quæ plagoſum mihi paruo
Orbilium dictare:ſed emendata uideri:
Pulchraq;:& exactis minimũ diſtantia:miror:
Inter quæ uerbum emicuit ſi forte decorũ:&
Si uerſus paulo concinnior unus:& alter
Iniuſte totum ducit:uenditq; poema:
Indignor quicq̃ reprehendi:non quia craſſe
Cõpoſitum:illepide ue putetur:ſed q̃a nuper:
Nec ueniã antiquis:ſed honorẽ:& pmia poſci.
Recte ne crocum:floreſq; perambulet actæ
Fabula:ſi dubitem:clament periiſſe pudorem
Cũcti pene patres:ea cum reprehẽdere coner:
Quæ grauis Aeſopus:q̃ doct⁹ Roſcius egit:

Si ueteres ita miraẽ:in hoc inqt erat ſi ueteres ita miraẽ ut nihil illis cõparet. Si q̃dã nimis antiq;.Ordo ẽ & ſenſus Et ſapit & mecũ facit:hoc eſt ille mecũ ſentit ſi credit eos q̃dam nimis antiq; q̃dam nimis dure:& ſi fateẽ eos multa ignaue dicere. Quædã nimis dure.Ea.n.dñr dure ſcripta quoꝝ ſenſus cõfuſus eſt:cõſtructio ĩtricata:uerba affectata:& uerboꝝ aſpitas & alia id genus uitia. Ignaue:negligẽter:exigua adhibita diligẽtia. Et Ioue iudicat æquo.Ille inquit iudicat ſanctiſſime & ꝓpitio Ioue:uñ cõtra dicimus illũ hẽre Iouẽ iratũ q aliqd praue facit:uñ eſt illud Perſii:Diis iratis genioq; ſiniſtro:& illud Iuuena. Marius bibit & fruiẽ dnis iratis. Nõ equidẽ inſector:qđ faciũt inuidi obtrectatores. Delẽdaq; carmina Liui eẽ reor. Faceta ſubtilitas neq; inqt cenſeo carmina Liuii eſſe delẽda:& hoc illi honoris cã ob uetuſtatẽ defero:quũ ex libris eius orbilius ſæu⁹ magiſter dictata mihi ꝓbere ſolitus ſit:ſed idignor illũ ꝓ
Plagoſus ꝑfecto & emẽdato auctore laudari. Plagoſũ:
Plagiarius ĩuenimus plagoſum & plagiariũ. Plagoſus is ẽ q ſæpe plagas ĩfert.Plagoſum itẽ dicimus plenũ plagaꝝ:uñ Apuleius li.viii.de aſino aureo. Crura plagoſa appellat plagaꝝ plena.Plagiarius uero ut eſt in lege cõſtituta a Flauio de plagiariis:is dr̃ q obliqs & inſidioſis pollicitationibus ſeruum & pecus a dño:aut filiũ a patre ſubtrahit: πλαγιος.n.obliquũ & trãſuerſum ſignificat.
Orbilius Orbiliũ.Hic eſt orbilius ille pupillus bñ uenranus q amiſſis pentibus una eadẽq; die inimicoꝝ dolo interẽptis apparituram magiſtratibus fecit. Deinde in Macedonia corniculo mox equo meruit:functuſq; militia ſtudia repetiit:q̃ iã inde a pucro nõ leuiter attigerat:ac ꝓfeſſus diu in pr̃ia qnquageſimo demũ anno Romã cõſule Cicerone trãſiit:docuitq; maiore fama q̃ emolimẽto. Nã iam ſenex pauperẽ ſe & habitare ſub tegulis quodã ſcripto fateẽ:ſæuus fuit in diſcipulos:uñ Hora.eũ plagoſum appellat:& Domitius Marſus de eo ſic ſcribit.Si quos Orbilius ferula ſcuticaq; cecidit. Vixit ꝓpe ad centeſimũ ætatis annũ amiſſa iam pridẽ memoria ut uerſus Bibaculi docet.Orbilius ubi nã eſt lrãꝝ obliuio? Statua eius Beneuẽti oñdiẽ in capitolio ad ſiniſtrũ latus marmorea habitu ſedẽtis ac palliati appoſitis duobus ſcriniis Reliquit filiũ Orbiliũ & ipm grãmaticũ ꝓfeſſorẽ:Hæc Suetonius de claris grãmaticis. Sed emendata uideri:miror ingt ea haberi emendata & ꝑfecta inueniens aliqua in illis foiẽ ſe emendanda. Exactis:ꝑfectis & bñ examinatis. Inter q̃ uerbũ emicuit ſi forte.Senſus eſt.Si forte inqt in carminibus Liuii aliqđ uerbũ extiterit decoꝝ & aliq uerſus cõcinniores:ſtatim populus totũ poema ducit eſſe decoꝝ ut bis reperas decoꝝ.Ordo ergo ẽ.Popul⁹ ducit totũ poema(ſed iniuſte)eẽ decoꝝ. Inter q̃.ſ.carmina.Cõcinniorẽ q bñ cõueniat & quadret. Vẽditq; poema:in cã eſt ut uendaẽ quũ id maxime laudet.Nã opa poetaꝝ ſi placuiſſent emebanẽ ab ædilibus:qđ innuit Iuuenalis illic.Haud tñ inuideas uati quẽ pulpita paſcũt:qđ & Terentius apte docet in Ecyra.Et is q ſcripſit hãc ob eã rem uoluit iteꝝ referre:ut poſſet iteꝝ uendere uñ coſtat Terẽ.ex Eunucho ſua accepiſſe ab Aedilibus octo milia nũmum. Indignor qcq̃ rephendi.Indignor inquit in poetis nouis quicq̃ repræhendi ꝑp nouitatẽ tñ. Sed quia nuper.ſ.cõpoſitũ ſit nõ q̃a puteẽ cõpoſitum craſſe aut illepide:hincq; ois eſt indignatio. Nec ueniã antiquis poſci:ſubaudi indignor a ſuperiore:aut ſubaudi extrinſecus uideo:ut ſit eclypſis:& ut ſit ſenſus. Tantũ abeſt ut ueniã antiquis poſcant ob eoꝝ errata ut eos ẽẽ honore & ꝑmiis dignos diiudicent.q.d.quũ ſciant eos peccaſſe ꝓindeq; eis ueniam poſcendã:honore inſup & premiis dignos putant. Recte nec ne crocũ:Titus Quintius Acta ſcriptor togatarũ Romæ mortuus eſt(auctore euſebio)anno ſequẽti poſtq̃ Lepidus iudicatus eſt hoſtis publicus:ſepultuſq; in uia ꝑneſtina ad miliariũ ſcm edita prius fabula titulo materteræ:in qua ita florũ genera enumerat ut ſine dubio rephendẽdus ſit ob nimiã loquacitatẽ.Huius Actæ meminit Gelius bis li.vii.cap.ix.ſic. Itẽ Acta ĩ cõciliatrice urſum ſe momordiſſe autumat:& paulo ĩfra.Pepugero æque Acta ĩ ædilicio dicit.Sed ſi pepugero metuet.Eſt ergo ſenſus & ordo.Cũcti patres magno me clamore rephendant.ſi dubitẽ:hoc eſt ſi ſtatim nolim amoto oĩ dubio eius ſcripta cõmendare:q̃ ab Aeſopo & Roſcio celebratiſſimis fabularũ actoribus ĩ ſcœnis acta ſunt:nã Aeſopus tragœdus fuit Roſcius uero Comœd⁹.Sicq; oñdit eos ſtultos q nõ merito aut uirtute ſtili:ſed tñ nõ perſonarũ auctoritate moueanẽ:quaſi omnino laudabilia eſſe debeant quæ talibus placeant hiſtrionibus. Cuncti patres:bene patres quibus ſola pura antiquitas placet:ut ſit cuncti ſenes.

Clament:dixit non dicant ſed clament ad maiorem exprimendam indignationem. Si dubitem: plus dixit quam ſi diceret repræhendam.Ordo eſt.Si dubitem recte ne an non fabula Actæ perambulet crocum & flores:hoc eſt recte percurrat. Aeſopus Roſcius & Aeſopus hiſtriones fuerunt celebratiſſimi temporibus Ciceronis:quibus tam familiariter uſum eſſe conſtat ut res rationeſque eorum ſua ſolertia tutatus fuerit. Roſcius

rit. Roſcius cariſſimus fuit Lucio Syllæ & annulio aureo ab eodẽ dictatore donat⁹ ẽ. Tãta ãt fuit gr̃a & gloria: ut mercedẽ diurnã de publico mille denarios ſine gregalibus ſolus accepit. Aeſopũ uero ex pari arte ducẽties ſeſtertiũ reliq̃ſſe filio cõſtat. Lege Macrobiũ & Pli. Doctus: multæ doctrine & eloquẽtiæ: librũ cõſcripſit quo eloquẽtiã cũ hiſtrionia cõpauit. Vel qa: alia rõ q̃re clamẽt: uel qa inq̃t nihil dñt rectũ ẽẽ niſi quod placuit ſibi: hocq; uitiũ eſt ſupbiæ: uel qa turpe putãt parere minoribus: hoc ẽ iunioribus. Et q̃ ĩberbes dicere: & putãt inq̃t turpe nũc exiſtẽtes ſenes fateri ea ẽẽ pdẽda: q̃ adoleſcẽtes didicere: qđ nr̃is ẽt tpibus fit: ut ſenes in ſcolis ea dũtaxat legi liberis ſuis uelit q̃ uel inſulſiſſima ipſi pueri ſub iperitis p̃ceptoribus didicere. Iã ſaliare Numæ carmẽ. Salii ſacerdotes fuere martis inſtitui a Numa Põpilio quo tpe e cælo in terrã delapſum ẽ ancilſe illud Aeneũ de quo hiſtoria ẽ notiſſima: iſtituit igit̃. Numa carmẽ quoddã a ſaliis canẽdũ in tẽplis. Salii ãt eligebant̃ ex nobilioribus: nomẽq; accepere a ſaltãdo ancilia.n. circũferẽtes ſaltitabãt: uñ Appius Claudius uir triũphalis q ſalius uſq; ad ſenectutẽ fuit p gloria obtinuit q inter collegas optime ſaltitabat. Eſt ergo ſenſus & ordo. Ille inq̃t q carmẽ ſaliare laudat & q ſolus uult uideri illud ſcire qđ mecũ ignorat .i. qđ nõ magis nouit q̃ ego: nõ tã fauet defũctis q̃ ipugnat nos: atq; odit: ſicq; oñdit eiuſmodi hoies ñ ſolũ ſtultos ẽẽ: q nõ merito ac uirtute ſtili: ſed tm̃ mõ auctoritate pſonaꝝ moti fauẽãt mortuis: ſed qđ pei⁹ ẽ inuidos: q nos cõtra meritũ oderit. Quod ſi tã græcis nouitas. Quod ſi græci ab initio idẽ feciſſent qđ nũc faciũt romani: ut odiſſent poetas nouos: q ẽẽnt inq̃t hodie ueteres? aut qd ad nr̃a tpa peruenirẽt qđ legere & i manibus hr̃e poſſem⁹? Vt primũ poſitis: hic oñdit qđ fuerit initiũ poeticæ pfeſſionis: ut pbet qđ nũc iueteratũ eſt antiq̃ñ cepiſſe. Itaq; ait græcos depoſitis bellis primũ p pacẽ & ociũ cepiſſe ſcribere mox alias quas enumerat exercere artes. Ordo ãt ẽ. græcia nũc arſit ſtudiis athletaꝝ: nũc equoꝝ ut primũ cepit nugari poſitis bellis. Vt primũ: exide ut. Nugari ludere: ſcribere. qa bella ñ ſunt nugæ uñ & nugas appellãt carmina ſua poetæ.

Vel quia nil rectum: niſi qđ placuit ſibi: ducũt:
Vel qa turpe putant parere minorib⁹: & quæ
Imberbes didicere ſenes: perdenda fateri.
Iam ſaliare Numæ carmen: q laudat: & illud:
Quod mecum ignorat. ſolus uult ſcire uideri:
Ingenis non ille fauet: plauditq; ſepultis:
Noſtra: ſed impugnat. nos: noſtraq; liuid⁹ odit.
Quod ſi tam græcis nouitas: inuiſa fuiſſet:
Quã nobis: qd nũc eſſet uet⁹: aut qd haberet:
Quod legeret: tereretq; uiritĩ publicus uſus?
Vt primum poſitis nugari Græcia bellis
Cœpit: & in uitium Fortuna labier æqua:
Nunc Athletarum ſtudiis nunc arſit equorũ:
Marmoris: aut eboris fabros: aut æris amauit.
Suſpendit picta uultum: menteq; tabella:
Nunc tibicinibus: nunc eſt gauiſa tragœdis:
Sub nutrice puella uelut ſi luderet infans:
Quod cupide petit: mature plena reliquit.
Quid placet: aut odio ẽ: qđ nõ mutabile cre(das?
Hoc paces habuere bonæ: uẽtiq; ſecũdi
Romæ dulce diu fuit & ſolenne: recluſa
Mane domo uigilare chlienti promere iura.
Cautos nominibus rectis expendere numos:

Fortuna æq̃: fortuna pſpera. In uitiũ: i nimias delicias: i q̃s lapſa ẽ poſtq̃ bella depoſuit. Nũc: mõ. Arſit: delectata ẽ uehemẽter. Athletarũ. Certatoꝝ: dicti ſũt athletæ certatores a uerbo græco ἀθλεῖν qđ ſignificat certo. Scribit iuriſcõſultus athletas quũ uirtutis gr̃a athleticã exerceãt nõ ẽẽ ignominioſos. Hercules prim⁹ olympiæ iſtituit athleticã auctor Pli. li. vii. ſcribit tria fuiſſe athletica certamina uidelicet curſoꝝ: pugilũ & luctatoꝝ. Marmoris aut eboris fabros aut æris amauit: delectata ẽ ſtatuis marmoreis: aut eburneis æreiſq;: quas res Roma: deinde humaniſſima ambitiõe excepit: q̃ nõ ſolũ ex materia haꝝ reꝝ ſtatuas paſſim p urbẽ erexit: ſed domos. Lacunaria lectoſq; ornauit. Suſpẽdit picta uultũ mẽtẽq; tabella. Delectata ẽ ẽt tabellis pictis: q̃bus deinde magno ẽptis p̃cio pinacothecas repleuerũt romani. Lege Pli. li. xxxv. Suſpẽdit. u. & mẽ. expſſio ẽ admirãtis picturas. Tibicinibus: hoc ẽ arte ſcænica q̃ ſine tibicinibus nõ exercet̃ uñ ſeq̃t̃ gauiſa tragœdis hoc eſt hiſtrionibus & ſcænicis. Sub nutrice puella græcia inq̃t æq; cupide appetiit ſtudia q̃ celeri ſacietate deſeruit: ac ſi puella eẽt & ſub nutrice agẽs laſciuiret. Ordo ãt ẽ. Græcia mature plena reliq̃t qđ cupide petiit: uelut ſi eẽt puella ĩfans & luderet ſub nutrice. Nã ĩfantes cupide aliq̃d petũt: qđ celeriter ueluti ſaciati deſerũt. Maure: celeriter. Plena: ſaciata. Quid. p. a. o. ẽ. Sñia ẽ: q̃ oñdit nihil nos cupe aut odiſſe: qđ ſecuta ſacietate nõ mutemus. Hoc. p. h. b. uitio inq̃t ocii & pacis factũ ẽ ut diuerſis delectationibus aĩ hoĩum paſcerent̃. Vẽtiq; ſecũdi pſpera fortuna: ẽ ãt ſchema pũerbiale: Sic alibi añ: uẽtis ſecũdis agimur. Romæ. d. d. f. & ſ. A moribus græcoꝝ trãſit ad cõſuetudinẽ ueterẽ romanoꝝ: q̃ docet mutatã fuiſſe a poſteris in uſum poeticæ diſciplinæ. Solẽne: q̃ſi legitimũ & uſitatũ. Vigilare mane: ſolebãt inq̃t romani uariis negociis intẽti ẽẽ anteq̃ ad poeticẽ ſe accõmodaſſent: uigilabãt inq̃t mane apta ianua ut cliẽtibus de iure cõſulẽtibus rñderẽt. Promere: fodere exponere. Cautos nũmos: uel q̃ p chirographũ & cautionẽ credebãtur: ut cautos legibus. ſ. hoc ẽ nõ illicitis uſuris datos. Expẽdere: credere fœnore: uñ dicimus fero tibi expẽſum. i. facio te debitorẽ. Noĩbus: debitoribus: nã nomẽ & p debitore & debito ponit̃: uñ Columella libro primo rei ruſticæ. Quũ uel optima nomina non appellando: fieri mala fœnerator Alphius dixiſſe ſeueriſſime fertur. Cicero ad Atticum. Perfeci ut Salaminii totum nomen perſoluerent: hoc eſt debitum. Rectis: recte & ſm leges factis. Alii codices habent nominibus certis: ut ſit debitoribus minime fallentibus.

Maiores audire:in iure offi͂i minoris eſt audire maiores aut reuera:hoc dicit Romanos oĩbus in rebus:ſolitos audire maiores tanq̃ q putarenſ plus ſcire p ætatē. Minori dicere:hoc eſt docere minores rõnē augēdaꝝ opū. Minui dānoſa libido:Docebant inqt minores rõnē minuendæ libidinis:ut hoc loco rē uenereā itelligamus:q̃ dānoſa eſſe ſolet:ne.ſ.adulteria:aut ſtupra ſeq̃renſ. Mutauit mentē leuis:reddit rõnē cur mutauerit mentē qa leuis. Calet.icendiſ. Vno ſtudio ſcribēdi oĩbus rebus aliis poſitis poeticā ſolā delegit. Iuueneſq; patreſq; ſeueri:hoc ē oĩs ætas:& bñ additū ſeueri:q; maior ſit cā rephenſionis in re ludicra. Fronde comas uincti cœnāt:ſignū ē itēpantiæ:q; tāq̃ poetæ coronati frõde cœnāt:& carmina dictāt.

Maiores audire.minori dicere:per quæ
Creſcere res poſſet: minui damnoſa libido.
Mutauit mentem populus leuis: & calet uno
Scribendi ſtudio.iuueneſq; : patreſq; ſeueri
Frõde comas uicti cœnant: & carmina dictāt.
Ipſe ego:q nullos me affirmo ſcribere uerſus.
Inuenior Parthis mendacior: & prius orto
Sole:uigil calamū:& chartas:& ſcrinia poſco.
Nauē ager ignar⁹ nauis timet: abrotanū ægro
Non audet:niſi q didicit:dare. Q đ medicoꝝ ē;
Promittunt medici. Tractant fabrilia fabri.
Scribimus indocti:doctiq; poemata paſſim.
Hic error tamen: & leuis hæc inſania quantas
Virtutes habeat:ſic collige. Vatis auarus
Nõ temere ē aius:uerſus amat:hoc ſtudet unū:
Detrimenta.fugas ſeruorum.incendia ridet:
Non fraudem ſocio puero non cogitat ullam
Pupillo.uiuit ſiliquis: & pane ſecundo.
Militiæ quãquam piger: & malus:utilis urbi.
Si das hoc: paruis quoq; rebus magna iuuari:
Os tenerum pueri:balbumq; Poeta figurat:
Torquet ab obſcænis iam nunc ſermõib⁹ aurē
Mox etiam pectus præceptis format amicis:
Aſperitatis: & inuidiæ corrector: & iræ.
Recte facta refert.orientia tempora notis
Inſtruit exemplis.inopem ſolatur: & ægrum:

Frõde:hedera qua poetæ ornanſ. Virg. Paſtores hedera creſcentē ornate poetā:aut qđ magis placet qa romani in cõuiuio:ut pbe docet Valerius maximus in.ii.lib.coronati epulabanſ. Ipſe ego q nullos. Satyrice ne ſibi qdē pcit: Ait.n. ſe mēdacē eſſe q affirmet ſe nullos uerſus ſcribere.quū añ ortū ſolis q̃ſi prima luce poſcat libros & calamū ad ſcribendū:ut nõ ſolū dicat ſe ſcribere:ſed ſtudioſiſſime. Mēdacior pthis:bñ parthis:qa pfidi ſunt ut q romanos fraudib⁹ duces ſæpe decepint:Nec mirū:nā ut ſcribit ioſephus mos barbaroꝝ eſt nõ pſtare fidē. Prius orto ſole:figurate dictū.i.priuſq̃ ſol oriaſ:hoc eſt tpe añ lucano. Scrinia:capſas i qbus ſcripta & res pciosæ reponunſ. Nauē ageræ ignarus nauis timet. Hæc exēpla q̃ ex puerbiali ſumunſ dicto referunſ aduerſus eos:q artis poeticæ ignari cupiunt haberi docti:quū in cæteris pfeſſionibus nullus ſit:q diſciplinæ titulū niſi edoctus ſibi audeat uſurpare:p qđ monemur nullā cuiq̃ artem eſſe ptractandā:cuius pitiā nõ ampliter nouerit uñ exit illud Cice. Quā qſq; nouit artē:in hac ſe exerceat. Abrotanū:mire dixit nõ helleboꝝ ſ3 abrotanū:qđ minori piculo ēt indoctus miſceſ pt & dare. Duoꝝ generū tradiſ cāpeſtre & montanū:amaritudo abſinthii in utroq;: Neruis utile:tuſſi:orthopnoicis:cõuulſis:ruptis: lūbis urinæ anguſtiis. Daſ bibendū manualibus faſciculis decoctis ad tertias ptes.ex iis quaternis cyathis bibiſ:pdeſt & uuluæ. Pli.lib.xxi.cap.xxi. Promittūt:pfitenſ:hoc dicit:nemo ullā artē exercet niſi q̃ pꝰe didicit.uerū nos docti pariter & indocti ſcribimus:hinc eſt tota idignatio poetæ. Hocq; iuuandū pnunciatiõe. Hic error tñ: oñdit Horatius ex hac tñ temeritate poetarū q̃ inſaniā & errorē appellat:quū docti & indocti ſcribant colligi utilitates multas. Sic collige:pcipe:intellige. Vatis auarus nõ temere ē aius. Hoc dicit:raro poetas iueniri auaros:bñ aūt ſm artē pceſſit ut in laude prius oñderit qbus uitiis careāt:mox quas habeāt uirtutes. Nõ temere:fere. Hoc ſtudet unū:hoc unū cõplectiſ. Ridet:nõ ægre fert:q auarus nõ eſt quaſi bona fortunæ cõtemnens. Viuit ſiliqs:hoc eſt tenui uictu:ideo auarus nõ eſt:ſiliquia āt hoc loco itelligit legumina q̃ folliculis continenſ:quæ ſiliquæ appellanſ. Virgilius. Siliqua quaſſante legumen. Perſius. Inuigilat ſiliqs & grandi paſta polenta. Siliquam item oſtendit Plinius lib.xiii.capi.viii.arborem eſſe pomo fertilem in Syria:ioniaq; & circa gnidum:atq; in Rhodo:ſemper comantibus foliis:flore candido cum uehementia odoris. Columella lib.ii.ait ſic. Fœnum græcum quod ſiliquam uocant ruſtici:duo tpa ſationū habet. Militiæ quanq̃ piger. Licet inquit ad tractanda arma ſit piger & imbellis:utilis tamen eſt urbi:carmina enim componit quibus dii placanſ p ora pueroꝝ uel puellarū:& multa alia bona moſtranſ quæ in ſequentibus cõnumerat. Et malus.debilis & ibellis. Vtilis urbi Si das hoc:utilis iquit eſt urbi ſi das hoc.i.ſi cõcedis hoc:ut quæ magna ſunt:a paruis poſſint iuuari:quaſi dicat ſi a poetica uel grāmatica profeſſione:re ſane parua:ciuitas poteſt iuuari. Os tenerum pueri:poeta inquit lectione ſui carminis pueros inſtituit:oſq; eorum adhuc tenerum & balbum corrigit. Figurat:format inſtituit. Torquet ab obſcœnis:ſuis inquit carminibus auertit:auocat a turpi colloquio:aliiſq; obſcœnis facinoribus. Mox etiam pectus. Nam in poetis ſententiæ inueniuntur utiles:quarum præceptis ad uirtutes formamur. Notis exemplis inſtruit:poeta efficit ut propoſitis multis exemplis ex rebus ante geſtis inſtruamur cuiuſmodi futura ſint tempora uenientia:per præterita.n.cognoſcimus futura. Inopem ſolatur & ægrum.præceptis enim uel ſuis uel philoſophorū docet quemadmodū inopia curæq; ſint tolerandæ:ut pægrū intelligas non corpis morbo.ſed aĩ laborātem.

Caſtis cũ pueris:nõ ingt carmina haberenť q̃ pueri & puellæ canerent in templis ad placãdos deos niſi exi ſterent poetæ:ſicq̃ p auxeſim infert qd quiſq̃ a diis ĩpetrat.p choros puero℞ ac uirginũ. Præſentia numina ſentit:hoc eſt ꝓpicia:ac p hoc exaudiť:hic ãt ſignificat carmina q̃bus dii placanť:hoc eſt pæanas. Dithyrambos.hymnos:pſodias.Pæanes ãt dñt carmina laudes deo℞ cõtinentia:peculiariter uero Apollinis: παιανι ζειν.n.græci uocãt uoce lætari qd' latini ueteres uitulari dixerũt.Dithyrãbi uero uerſus in laudem Bacchi dicti ut q̃dam tradunt a Dithyrãbo ĩuentore.Hymni laudes proprie deo℞.Hymneo.n.græce idem eſt qd' deos ꝓprie laudo.Proſodiæ item græce:cãtus ſiue accentus dicunt latine:πρὸς n.ſignificat ad:& ᾠδὴ cantũ.

Pæanes
Dithyrãbi
Hymni
Proſodiæ

Caſtis cum pueris ignara puella mariti
Diſceret unde preces:uatẽ ni Muſa dediſſet?
Poſcit opem Chorus & pſentia numina ſentit.
Cœleſtes ĩplorat aquas docta prece blandus.
A uertit morbos.metuenda pericula pellit.
Impetrat & pacẽ:& locupletẽ frugibus annũ.
Carmine Dii ſuperi placãtur carmine Manes.
Agricolæ priſci:fortes:paruoq̃ beati
Condita poſt frumẽta:leuantes tempore feſto
Corpus:& ipſum animũ ſpe finis dura ferẽtẽ:
Cum ſociis operum:& pueris:& coniuge:fida
Tellurem porco:Syluanum lacte piabant:
Floribus & uino Geniũ memorẽ breuis æui.
Feſcenina per hunc inuenta licentia morem
Verſibus alternis opprobria ruſtica fudit:
Libertaſq̃ recurrentes accepta per annos
Luſit amabiliter:donec iam ſæuus apertam
In rabiem uerti cœpit iocus:& per honeſtas
Ire domos impune minax.doluere cruento
Dente laceſſiti.fuit intactis quoq̃ cura
Conditione ſuper communi quin etiam lex:
Pœnaq̃ lata malo:q̃ nollet carmine quẽquam
Deſcribi.uertere modum formidine fuſtis
Ad benedicendum.delectandumq̃ redacti.
Græcia capta:ferum uictorẽ cœpit:& artes
Intulit agreſti latio.ſic horridus ille
Defluxit numerus Saturnius:& graue uirus

Cæleſtes ĩplorat aquas:hoc eſt pluuias:enumerat ãt q̃ & q̃ta dii pueris & puellis p̃ cantibus pſtent bñficio carminis. Impetrat & pacem:utrũ pacem deo℞:an pacem.i.finẽ belli. Agricolæ priſci fortes:hoc dicit carmina uſq̃ adeo grata fuiſſe ubiq̃:ut etiã ruſtici ueteres carminib⁹ ſe oblectarẽt:quũ diuinis rebus operarenť. Fortes:duri & opoſi. Cõdita poſt frumẽta:hoc eſt poſt meſſem. Leuantes:recreãtes. Spe finis.Sñia eſt uera.oẽm laborem tolerabilẽ fieri ꝓpoſito fine laboris.Siluanũ.Deũ agreſtẽ. Virg.uenit & agreſti capitis Siluanus honore. Floribus & uino geniũ:ſubaudi piabãt a ſuperiore:bñ ãt ait floribus & uino geniũ coli. Nã quũ geniũ antiq̃ deũ eſſe dixerũt:q uim obtineat rerũ gignenda℞:in cuiuſq̃ tutela ut quiſq̃ natus ẽ uiuat:id moris tenuerũt ut quũ die natali genio munus natale ſoluerẽt:manũ a cæde & ſanguine abſtinerẽt:ne qua die ipſi lucẽ accepiſſent aliis demerent:iõ ait poeta floribus & uino nõ hoſtia.De genio lege qd' ex auctoritate Cenſorini ſcripſimus in cõmentariis Perſii illic. Funde merũ genio. Memorẽ breuis æui.bñ additũ ẽ memorẽ breuis æui.Nã q genio ĩdulgẽt memores ſunt uitã hãc noſtrã eſſe breuẽ:uñ eſt illud Perſii Indulge genio carpamur dulcia:noſtrũ eſt qd' uiuis:cinis & manes & fabula fies. Feſcenina: carmina feſcenina ĩuenta ſunt auctore Porphyrione in q̃bus exprimebãť iocoſa cõuitia:uñ Seneca in Medea.Feſta dicax fundit cõuitia feſcenninus:dicta ãt feſcenina auctore Feſto ab oppido feſcenino a quo allata ſunt:ſiue iõ dicta q̃ faſcinũ putabãť arcere.De feſcenino uerſu ita meminit Liuius li.vii.ab urbe cõdita.Hiſtriones ñ ſicut añ feſcenino uerſu ſimilẽ ĩcõpoſitũ temere ac rudẽ alternis faciebãt.

Syluanus
Feſcenina

Per.h.i.l.m.p hũc ingt morẽ & cõſuetudinẽ uete℞ ruſtico℞ ĩuenta eſt licẽtia carminis feſcenini. Verſibus alternis.Ordo ẽ.Licẽtia feſcenina ĩuẽta p hũc morẽ fudit opprobria ruſtica uerſibus alternis. Opprobria:cõuicia.Nã hmõi uerſibus ſe ĩuicẽ lãcinabãt. Libertaſq̃ recurrentes.Et licentia illa ingt canẽdi & libertas iocylariũ accepta p annos recurrẽtes:hoc eſt anniuerſaria q̃ ſingulis ãnis celebrabať. Luſit amabiliter:oĩbus grata fuit.De ſaturnalibus nõ ẽ ut q̃dã ſenſerũt ĩtelligẽdũ hic.n.de carminib⁹ tm̃ ĩtelligit feſceninis. Donec:carmẽ ingt feſceninũ oĩbus gratũ fuit donec iocus ille mordax cepit cõuerti in rabiẽ aptã:mox.n.poetæ ceperũt ſtilo ſuo dicẽtius abuti & paſſim multos ledere:qd oẽs ægre ferẽtes lege cauerũt neq̃s carmen ĩfame cõponeret:q̃re cõſtituta ſilentiũ ĩpoſitũ eſt hmõi carminib⁹ potiſſimũq̃ archeæ comœdiæ:i qua uitia ciuiũ cũ denoĩatiõe pſona℞ carpebanť. Iocus minax:minabanť.n.ſe nemini pſuros.

Ire p domos honeſtas:hoc eſt honorato℞ domos notare. Dente cruento:ſæuo morſu. Fuit.i.q.c.c.ſ.c. ẽt illi ingt q notati nõ fuerãt doluerũt alios carpi:quũ id poſſet ẽt ſibi accidere:iuxta illud.Res tua tũc agiť paries quũ ꝓximus ardet. Vertere mo.Ordo ẽ.Poetæ redacti ad bñdicendũ & delectãdũ uertere modũ formidine fuſtis:hoc ẽ mutauere modũ & ſtilũ ſcribẽdi. Redacti.bñ redacti:q̃a nõ ultro correcti:ſed edocti malo:ne.ſ punirenť. Formidine fu.q̃a ſuppliciũ fuſtuariũ cõſtitutũ erat. Bñdicẽdũ:aut diſerte dicendũ:aut q̃ melius ẽ nõ lacerãdũ nõ mordendũ. Græcia.c.f.u.c.Elegãter oñdit græciã captã a romanis uirtute militari:cepiſſe ipſos uictores:hoc eſt lr̃is ſupaſſe romanos.arteſq̃ liberales latio ĩtuliſſe:qd antea rude & ſine lr̃is græcis erat.Sicq̃ illa ruditas ſaturnia expulſa ẽ mũdiciis græcis.hoc ẽ diſciplinis græcis:ut ad diſciplĩas referas ĩpas mũdicias:ñ ãt ad luxũ:nã ro(lz ſeri)lr̃is ſe applicarũt græcis. Latio.a.ñ ſp:ſz tũc agreſti. Ille.n.ſ.illd metrũ rude & ĩcultũ quo poetæ utebãť rudi illa ætate q̃ regnauit Satur. Defluxit:abiit:abolit⁹ ẽ & deſiit.

Munditiæ pepulere.ſed in lõgũ tamen æuum
Manſerunt:hodieq; manent ueſtigia ruris.
Serus enĩ Græcis admouit acumina chartis:
Et poſt punica bella quietus:quærere cepit.
Q uĩd Sophocles:& theſpis:& Aeſchyl⁹ utile
Tẽtauit quoq; rẽ ſi digne uerteř poſſet:(ferrẽt
Et placuit ſibi natura ſublimis:& acer.
Nam ſpirat tragicum ſatis:& fœliciter audet:
Sed turpẽ putat in ſcriptis metuitq; lituram.
Creditur ex medio:quia res acceſſit:habere
Sudoris minimũ:ſed habet Comœdia tanto
Plus oneris:q̃to ueniæ minus.aſpice Plautus
Q uo pacto partes tutetur amantis Ephœbi:
Vt patris attenti.lenonis ut inſidioſi:
Q uãtus ſit Dorſennus edacibus in paraſitis:
Q uam nõ adſtricto percurrat pulpita ſocco.
Geſtit enĩ nũmũ ĩ loculos demittere:poſt hoc
Securus cadat an recto ſtet fabula talo.
Q uem tulit ad Scanam uentoſo gloria curru

